


13
2 F
6



ADDITIONES

AD

MOLINAM

DE

HISPANORVM

Primogeniis.



ADDITIONES, SEV ILLVSTRATIONES AVREÆ;

AD DOCTISSIMI LVDOVICI DE MOLINA

IN SVMMO REGNORVM CASTELLÆ SENATV Iustitiæ & gratiæ Consiliarij,

DE HISPANIARVM PRIMOGENIIS CELEBREM TRACTATVM,

DEPROMPTÆ EX NOTIS MARGINALIBVS, ET alijs manuscriptis, quas reliquere illustrissimi Iurisconsulti,

D. BALTHAZAR GILMON DE LA MOTA, MILITIÆ S. IACOBI Eques, apud Catholicam Maiestatem in vtroque iustitiæ, bellique Statu Consiliarius, necnon Haciendiæ, Rationaliúmque PRÆSES meritissimus.

ET D. ANTONIVS DE LA CVEVA ET SILVA, IN SVPREMO Indiarum Senatu eiusdem Catholicæ Maiestatis Fiscalis integerrimus.

PER D. DIDACVM LVDOVICVM DE LIMA, IVRIS PROFESSOREM.



LVGDVNI,

Sumptibus Iacobi Prost.

M. DC. XXXIV.



CLARISSIMO VIRO

D. D.

FRANCISCO DE SOLEYSEL,

D^NO DV CLAPIER,

ET IN PRÆFECTVRA LVGDV-nensi Regis Consiliario meritissimo,

S.

DABIS veniam (SENATOR AMPLISSIME) quòd librum hunc illustres celeberrimi Iurisconsulti Molinæ tenebras musæi pertæsum, atque in lucem, hominúmque conspectum prodire cupientem; non aliam, quàm purpuræ tuæ lucem; nec alium Solem, quàm nominis tui aspicere voluerim. Nihil enim erat ad manum aut elegantius, aut castigatiori ingenio elaboratum, aut Genio tuo conuenientius; præsertim cùm ad Authoris industriam singularem accederet dignitas augmẽti, vel hoc vno nomine tibi gratissimi, quòd de Primogenitis ageret, & tu nobilissimæ familiæ Primogenitus esses. Primogenitum autem vbi appellaui, illustrissima quæque elogia verbo complexum me puta. Quia enim ignorat nationes, non optimis

¶ 3

modò legibus inſtitutas, verùm etiam barbaras, atque incultas primogenitos cæteris liberis prætermiſſis, ad Imperiorum faſtigium extuliſſe, vt ætate, prudentiâ, corporis, animíque viribus præſtantiores? Quis neſcit eos olim Sacerdotes, diebus feſtis Deo litaſſe, ac fratribus ſuis in genua prouolutis benè precatos? Quid? quod & Parentes ipſi curuato tantiſper ſeueritatis ſupercilio, quo reliquos coërcent, atque degrauant, grandiores natu venerantur, eóſque ſuſpiciunt vt teſtatiſſima mutui amoris pignora; vt primitias felicitatis ſuæ diuinitùs cœlo miſſas, & certiſſimas ſpes æternitatis familiarum? Audeo ampliùs dicere, non hominibus ipſis, ſed & Deo cariſſimos ad aras ſolitos adhiberi, vt ſolos gregum primogenitos, ſolas frugum primitias, & opima ſolùm ſpolia rerum omnium Authori conſecrarent. Hæ ſunt maiorum natu prærogatiuæ mirabiles, quibus gaudes (SENATOR NOBILISSIME? Nunquid enim toga illa purpurea quâ fulges, diuinæ Iuſtitiæ myſtam facit, fratribus ſuſpiciendum: Nunquid acumen ingenij, iudicij ſolertia, memoriæ amplitudo, corporiſque dotes eximiæ conciliaturæ ſunt familiæ tuæ æternitatem? Quid dicam de Iuriſprudentia, cæteriſque ſcientiis, quibus inſigniter excultus maximam nominis ac famæ celebritatem in auguſto cœtu conſequutus es? Quid de pio in Deum, & cœlites affectu? quo te verè Primogenitum Deo dicatum omnibus ita probas, vt nemo

nemo ſit, quem non aliquis tuæ pietatis radius afflauerit. Hæ ſunt omnino cauſæ, cur ego tibi Primogenitum hunc dedicatum volui. Ad quas præterea acceſſit ſingularis mea in te obſeruantia, atque etiam amore, qui temeritatem omnem ab hoc facto abſterget, reddétque laudabile. Hoc ſi conſequutus ero, optimè collocatos meos labores, amorémque, lætus & memor pronuntiabo. VALE.

Tuæ Dominationis ampliſsimæ

Addictiſsimus ſeruus

IACOBVS PROST Bibliop. Lugd.

Licencia del Ordinario de Madrid.

NOS el Licenciado Don Iuan de Velasco y Aceuedo Vicario general desta Villa, por la presente damos licencia para que se pueda imprimir y imprima este libro intitulado *Notas al Dottor Luis de Molina, de Primogenus Hispanorum*, por quaoto por mandado se a visto y examinado, y no consta de que tenga cosa ninguna contra nuestra santa fe, y buenas costumbres, y le mandamos imprimir por lo que a nos toca, en Madrid, a 16. de Setiembre 1628.

Licenciado VELASCO Y ACEVEDO.

Facultas Vicarij Generalis substituti Lugdunensis.

NIhil in istis *Additionibus & Illustrationibus ad tractatum Ludouici de Molina de Primogenijs Hispanorum* fidei Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ aduersum, sed omnia planè aurea. Sic visum nobis Lugduni Idib. Octobr. 1633.

DE VILLE, Doct. Theol. V.G. substitutus.

APPROBATIONES THEOLOGORVM.

NOS infrà scripti in sacræ Theologiæ facultate Magistri, fidem facimus nos perlegisse *Additiones ad Molinam de Primogeniis Hispanorum*, nihilque in eis fidei Orthodoxæ contrarium reperisse. Lugduni die 10. Octobris 1633.

Fr. CL. COCHET, Ord. Præd.
Fr. BERN. MOLLIASON, Ord. S. Francisci.

Summa Priuilegij Catholica Majestatis.

POr priuilegio de su Magestad Catholica dado en Madrid a cinco del mez de Deçiembre 1631. tiene licencia Don Antonio de Zamora y Tapia o quien su poder huuiere, de imprimir vn libro intitulado *Additiones, seu Illustrationes aurea, ad Doctissimi Ludouici de Molina de Hispanorum Primogeniis celebrem Tractatum per D. Didacum Ludouicum de Lima*, por tiempo de diez años, y a qualquiera de los señorios di su Magestad esta prohibido el imprimir este libro sin licencia del dicho D. Antonio de Zamora y Tapia so las penas en el dicho priuilegio contenidas firmado. YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor;
IVAN LASSO DE LA VEGA.

Por escritura hecha en Madrid a 18. de Nouembre 1631. ante Andres Caluo escriuano se traspasso el sobre decho Priuilegio a Antonio Berthier agente de Iaques Prost para imprimir las dichas Additiones de Molina.

Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

REGIS Christianissimi Priuilegio, dato Parisiis 27. Decembris 1633. cautum est, ne quis in Prouinciis suæ ditioni subiectis, præter IACOBVM PROST Bibliopolam Lugdunensem, aut de illius facultate, opus hoc, cui titulus est *Additiones ad Molinam de Primogeniis Hispanorum*, intra sexennium, à die editionis primæ computandum, mandare typis queat, sub pœnis in eo contentis.

De mandato Regis, FARDOIL.

Hoc opus finitum fuit vltimo Ianuarij die 1634.

ADDI



ADDITIONES, SEV Illustrationes aureæ, AD LVDOVICI DE MOLINA CELEBREM TRACTATVM, De HISPANIARVM PRIMOGENIIS.

Liber Primus.

CAPVT PRIMVM.

IN RVBRICA.

IBI, *Quid sit maioratus*. Vide Mier. *tract. de maiorat.* 1. *part. in præfat. numero* 4. Et an sit dignitas, 1. *part. quæst.* 1. *num.* 10. An priuilegium, 1. *p. quæst.* 20. *num.* 9. vide Giurb. *decis.* 108. *num.* 16.

Num. 2.

MIer. *tract. de maiorat.* 1. *part. quæst.* 48. *num.* 62.

Num. 5.

PRimogenium quid sit, vide eundem Mier. 1. *part. quæst.* 2. *num.* 66.

Num. 7. & 8.

DOn Ioann. del Castillo *controuers. lib.* 5. 2. *part. cap.* 65. *num.* 84. & *cap.* 89. *num.* 44. vbi, fideicommissa & maioratus Hispaniæ non exæquari per omnia, neque in omnibus similia esse, sed quatenus eadem ratio dumtaxat subsistit, & vide *inf. cap.* 5. *n.* 31. & idem Molina *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 14. Mier. *de maiorat. in init.* 1. *part. num.* 3. & *quæst.* 1. *n.* 3.

Et inter primogenia & fideicommissa sexdecim discrimina refert Simancas *lib.* 1. *disceptat. cap.* 5.

Num. 10.

FLores Diaz de Mena *in add. ad Gam. decis.* 27. *num.* 6. & de coniecturis

quæ fideicommissum inducunt, vide Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst.* 276. *num.* 1. *&* *quæst.* 277. per totam, vbi luculenter, & annotabimus *infrà cap.* 4. *&* 5.

Num. 14. *&* 15.

VIde D. Ioann. del Castillo *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 65. *num.* 84.

Num. 17.

IN primogeniis tot sunt vocationes, siue substitutiones, quot sunt personæ vocatæ. vide Ioann. Garç. *tract. de nobilit. gloss.* 6. *à num.* 38. Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 24. *num.* 9. Henric. Rosenr. *tract. de feud. cap.* 9. *conclus.* 67. *num.* 2. *lit. F. folio mihi* 813. *&* *cap.* 11. *conclus.* 7. *num.* 5. *glos. C. fol.* 373. *tom.* 2. Suarez *in quæst. maiorat. num.* 18. Greg. Lopez *in l.* 23. *tit.* 13. *part.* 2. *glos. Omenagen*, Molina *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 88. Cabed. *decis.* 5. *num.* 3. *part.* 2. Castil. *lib.* 5. 2. *part. cap.* 93. § 8. *num.* 9. *&* *cap.* 161. *num.* 11. Valencuel. *consil.* 23. *num.* 9. *&* *consil.* 60. *num.* 14. *&* 15. Camil. de Medi. *conf.* 2. *num.* 46. Gratian. *disceptat. forens. lib.* 4. *cap.* 751. *ex num.* 23. Marius Giurba *decis.* 108. *num.* 12. Robles de Salzedo *de repræsent. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 62. Paz de Tenuta *cap.* 33. *à n.* 44.

Ex quo infertur, in maioratibus Hispaniæ caducato primo gradu sequentes non caducari vti independentes ab illo, quia vnusquisque ex propria persona & proprio iure vocatus dicitur, de quo articulo latè Mastrill. *decis.* 266. *à num.* 26. Ludouic. Casanate *conf.* 2. *per totum*, *&* *conf.* 3. *&* *conf.* 20. *&* *conf.* 36. *ex num.* 37. Mier. 2. *part. quæst.* 24. *num.* 47. Valencuel. *conf.* 23. *num.* 29. licèt hunc articulum Molina explicandum omiserit.

Sed quid in casu, vbi duplex adest obstaculum, nempe caduciratis, & conditionis defectus? Resolutiuè dicendum est, sequentes caducari, non ex vi caduciratis, sed ex defectu conditionis. latè Casanat. *supra*, & præcipuè *consil.* 36. *ex num.* 37. Ioseph. de Sesse regni Aragonum *decis.* 66. *&* *decis.* 138. *&* *decis.* 166 Gratian. *discept. forens. cap.* 979. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 23. *n.* 31. *&* 32. Castillo *lib.* 5. *cap.* 181. *post n.* 45.

Et in qualibet earum donatio temporaliter subsistit, *l. si seruus communis*, 18. *§. fin. ff. de stipul. seruor.* ibi, *sed vnicuique tantum adquiritur, quantum ratio ei permittit. l. antiquitas. &* *ibi glossa*, *verbo, cum herede. C. de vsufructu. l. fin. C. de legatis. l. ex facto*, §. *item quæro. ff. de vulg. & pupil. subst.* ibi, *magis autem est in vtroque eorum tempus suum separatim seruari. l.* 2. §. *si primus. ff. de bonorum possess. secundum tabul.* ibi, *nec sibi iungentur, cùm ad suam quisque causam substitutus sit.* Bald. *consil.* 373. *num.* 9. *lib.* 1. idem *consil.* 374. *lib.* 1. ibi, *item hæc non videtur propriè substitutio, sed quædam dispositio temporis, scilicet genitori in vita, & genito post mortem genitoris.*

Quare cùm quilibet possessor habeat per se ius in bonis maioratus, pater non potest filio præiudicare, eo quòd ipse filius succedat per se, & ex liberalitate & dispositione primi fundatoris. *l. si arrogator. ff. de adopt. l. vnum ex familia.* §. *si de falcidia. ff. de legat.* 2. ibi, *non enim facultas necessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium est. Quid enim est quod de suo videatur reliquisse, qui quod reliquit, omnino reddere debuit?* Et prosequuntur And. de Isern. *in cap.* 1. *si vas. feud. priuetur, num.* 4. *&* *in cap.* 1. *de alienatione feud. pat. num.* 11. *ad finem*; communiter receptam hanc opinionem dicit Mascard. *tract. de prob. tom.* 2. *conclus.* 767. *num.* 5. *&* 6. & antea Afflictis *decis.* 395. *num.* 3. *&* *seqq.* vbi Vrsil. *in addit. num.* 5. Iulius Clarus *in* §. *emphyteusis. quæst.* 16. *&* §. *feudum. quæst.* 41. Alexand. Trentazinq. *lib.* 3. *variarum, titulo de feud. resolut.* 3. *num.* 5. *vers. in 2. casu.* Intrigl. *de feud. quæst.* 47. *num.* 19. Petr.

Petr. Gregor. *de concess. feudi. part.* 3. *quæst.* 7. *numer.* 4. Iofred. *cons.* 3. *num.* 22. Hond. *cons.* 90. *num.* 17. *&* 18. Aluarot. *in cap. fin. quæ sit prima causa beneficij amittendi. conclus.* 7. Steph. Gratian. *lib.* 3. *disceptat. forens. cap.* 345. *numero* 5. *&* 7. Henric. Rosent. *de feud. cap.* 9. *membr.* 2. *conclus.* 66. *num.* 28. *litt. f.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 28. *numer.* 15. vbi alios refert Aluar. Velasc. *de iure emphyt. quæst.* 49. *num.* 11. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *part. num.* 98. Ceuall. *lib.* 3. *communium. quæst.* 783. *num.* 24.

Num. 18.

IN pactis matrimonialibus stipulatio fieri potest nascituris. hoc comprobant Tiraq. *de primogen. quæst.* 6. *num.* 11. *&* 12. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius. verbo, sobolem, num.* 5. *de testam.* & ex tali pacto nondum natis quæritur ius in futurum. Cassaneus *consil.* 53. *num.* 28. dicens quòd tale pactum matrimoniale restringitur ad filios ex illo matrimonio. Probant Berengarius *in cap.* 1. *de filiis nat. ex matrim.* Philip. Decius *in l. pactum quod dotale, num.* 11. *C. de pactis.* Idem *cons.* 578. *num.* 92. Guillel. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo, duas habens filias, num.* 200.

Et hinc est quod tradit Menochius *consil.* 92. *num.* 50. *cum sequentibus, & consil.* 203. *num.* 1. dicens pactum tale valere, quòd primogenitus succedat in vno castro. vide Anton. Fabr. *in suo Codice, tit. de pactis conuent. definit.* 6. qui loquitur de consuetudine. Sed etiam hoc valebit de iure; vt tradit Menochius *d. consil.* 203. *à num.* 1. quibus adnecte tradita per Fontanellum *tract. de pactis nupt. conclusione* 4. *glossa* 1. Et quòd nasciturì idem ius habeant ad fideicommissum, quod iam nati, tradit Mier. *de maioratu.* 2. *part. in præfat. num.* 461. & quid in feudis, *num.* 464. Pulchrè & eruditè Ioan. Francisc. Purpur. *in l. fin. num.* 201. *Cod. de pact.* vbi inquit quòd ex tali pacto concipitur promissio, quæ radicatur in persona promittentis, ex qua adquiritur ius primogenituræ, & resoluit talem primogenituram ex contractu constitui posse.

Num. 20.

NOta quòd textus *in d. l. quoties*, loquitur in contractibus, in quibus terminis potest dubitari, an adueniente casu donationis, dominium in secundum donatarium absentem sine traditione transeat? in qua quæstione vide quæ scripsit Decius *consil.* 239. *num.* 8. vbi affirmatiuè resoluit; sed contrarium latè defendit Couarr. *lib.* 1. *variarum, cap.* 14. *num.* 3. *cum seqq.* & contra Decium dicit iudicatum Franc. *decis.* 74. *part.* 1. & Robles *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. latè prosequitur.

Ibi, *vt eo mortuo ad alium transferatur.* Hîc se offert quæstio inter magnos Iurisconsultos satis controuersa: videlicet, si secundus donatarius, cui post mortem prioris, res donata restituenda est, viuo primo donatario decedat, an actionis spem in filios transmittat? Pro affirmatiua consuluit Oldrad. *cons.* 224. *num.* 28. *in fine.* istæ sunt allegationes Abb. *cons.* 85. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Paul. de Cast. *consil.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. Matth. de Afflict. *in cap.* 1. *num.* 26. *vers. vndecimò arguitur, de successione feudi.* Philip. Dec. *consil.* 443. *ad finem. vers. ita tamen.* Costa *tract. de patruo & nepote, column.* 9. quos refert & sequitur Aluar. Velasc. *de iure emphyt. quæst.* 50. *num.* 44. *vers. comprobatur aduersùs.* Ioann. And. ad Speculat. *tit. de instr. edit.* §. *nunc aliqua. vers. pro superiori, in fine.* Contrarium tenet Gregor. *in l.* 7. *tit.* 2. *part.* 5. *glossa penult.* Sed opinio Oldradi limitatur, si ex verbis donationis colligi possit, quòd paciscens non voluit secundo donatario ius adquiri, nisi superuixerit primo donatario, vt voluit Alciatus *resp.* 9. *ex num.* 17. *in*

illa donatione Petro sua vita durante, & post eius obitum Michaeli & suis hæredibus. & sequitur, dicens notabile Velasc. *vbi sup. in fine*.

Ex qua quæstione alia non minus dubia oritur, videlicet, si legatum relinquatur ad vitam legatarij, & hæres eo viuo decedat, an transmittat ad hæredem hæredis? Pro affirmatiua tenet Paul. *in l. fin. C. de legat. num.* 3. vbi inquit hanc quæstionem habuisse de facto Bononiæ, & cùm esset Aduocatus hæredis, allegabat Bart. *in l. Titia, el* 1. §. *fin. ff. de legat.* 2. & cùm Ludouic. Roman. fuisset interrogatus pro parte clienuli sui, videns recollectas quas ipse Paulus fecit *ad dict.* §. *fin.* & legi de qua Bart. opposuit, non videns responsum, consulere recusauit: vt ipse Paul. refert *vbi sup.* Prosequitur vltra alios M. Ant. Peregr. *tract. de fideicommi. artic.* 32. *num.* 76. Secus verò si res esset legata simpliciter legatario, & ipse esset rogatus restituere hæredi post mortem. *l. in causæ.* §. *Pomponius. ff. de minoribus.* vbi Bald. & cæteri, Marc. Ant. Peregrin. *consil.* 32. *à num.* 5. *lib.* 3. Alex. *consil.* 173. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 5. Anton. de Iogon. *sing.* 2. vbi in fine dicit hanc distinctionem Pauli audiuisse à Mariano Sozino, qui dixit quòd in contingentia facti, per eam bis senis obtinuit. vide Ludouic. Cassan. *consil.* 31. *à num.* 1. & *consil.* 32. Anton. Mazerat. *lib.* 2. *variarum resolutione* 2.

Num. 25. 26. & 27.

MAioratus institutus per viã vinculi particularis, aut meliorationis tertij, & hoc absque facultate regia, verus quidem maioratus est: & cum auctore consonant D. Ioann. del Castil. *lib.* 3. *controuersiar.* c. 19. *num.* 275. Idem *tom.* 5. *quotid. controuers. cap.* 65. *num.* 87. idem Castil. *cap.* 145. *ex num.* 30. & ipsemet auctor confirmat etiam *inf. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 36. Disputátque nouissimè Robles de Salzedo *tract. de repræsent. lib.* 3. *cap.* 5. Ex quibus primùm infertur, quòd maioratus ex tertio bonorum potest institui absque facultate regia, & ita institutus propriè maioratus dicitur, sicut ille, qui regia facultate instituitur, aliquando tamen multum interesse, an maioratus regia facultate, an sine illa instituatur, ex adductis *lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 11. *vsque ad num.* 17. & antea *cap.* 2. *sub num.* 11. 53. & 54. 55.

Secundò infertur, quòd leges omnes, quæ de maioratibus loquuntur, procedunt in meliorationibus tertij & quinti in vinculis particularibus, patronatibus, anniuersariis, capellaniis, & aliis quibuscumque dispositionibus iure maioratus relictis. ita in praxi receptum est.

Num. 29. & 30.

QVid in anniuersariis & capellaniis? vide pro negatiua Salaz tract. *de vsu & consuetudine.* sed affirmatiuè tenet Castill. *vbi sup. num.* 276. adducens Guitierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 85. vbi *num.* 3. relato Mieres pro sua opinione hæsitante, resoluit quòd *l.* 46. *Taur.* habet locum in anniuersariis & patronatibus sic iure maioratus relictis; & ea quæ disposita sunt circa maioratus habent etiam locum in anniuersariis & patronatibus, vt tradunt Matienz. *in l.* 5. *gloss.* 5. *num.* 7. *in fine tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* Ioan. Gutier. *dicta quæstione* 85. idémque tenet *in l. nemo potest. num.* 61. *ff. de legat.* 1. idem Molina noster *inf. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 42. & *cap.* 7. *num.* 19. quibus adde Mier. *tract. de maiorat.* 1. *part. in initio operis.* Et hanc partem in materia *l.* 45. *Taur.* circa translationem possessionis contra Gomezium ab auctore impugnatum, constanter sustinet Ioann. Gutier.

lib. 2.

lib. 2. *pract. quæst.* 8. *num.* 1. *& quæst.* 86. *per totam.* Marienz. qui cum auctore transit *in l.* 11. *gloss.* 11. *num.* 4. *tit.* 6. *lib.* 5. *recop. & in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *num.* 4. *gloss.* 3. disputátque latè, & Molinam nostrum refert Mier. *de maiorat.* 3. *part. quæst.* 1. *per totam.*

De interpretatione textus *in d. l.* 46. dicemus infrà. adde Ramon. *consil.* 100. *num.* 330. vbi de ducatu Cardonæ, qui in sui principio per Carolũ Magnum Imperatorem, post Comitem Barcinonæ, Vicecomitem Cardonæ elegit & deputauit, & quoad dignitates regales, quando non constat per authentica documenta de modo in eis succedendi, regulatur successio secundùm Regni successionem. Bologn. *consil.* 62. Paul. Castro *consil.* 154. idem Molina *lib.* 1. *cap.* 3. Peguer. *de laudim. cap. item ne super laudimio. vers. ad instans, num.* 77. *&* 78.

CAPVT II.

Num. 6.

Idendus est D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 93. §. 16. *num.* 33. vide Valençuela *consil.* 35.

Num. 7.

VIde Castill. *cap.* 82. *num.* 42. *vers. Caldas quoque Pereira.* Molina Iesuita *tom.* 3. *de iust. & iur. cap.* 576.

Num. 10.

IBi, *idem de omnibus aliis.* Regnum Castellæ, cæteráque Hispaniarum regna, indubitati iuris est; quòd iure sanguinis Philippo potentissimo Regi nostro competiit. Quid de regno Aragoniæ, Oldrad. *consil.* 94. *num.* 95. idem de regno Aragoniæ & maioricarum, *consil.* 231. & Anchar. *consil.* 339. de Lusitanorũ, *cap. grandi, de suppl. negleg. Prælat.* Philipp. Dec. *consil.* 443. *in principio.* & de Castellæ regno And. Barbat. *consil.* 10. *col.* 2. & de omnibus simul Paul. de Castr. *consil.* 164. & de forma successionis, vide nouissimè Camil. Borel. *de Regis Catholici præstantia, cap.* 56. vbi air, quòd in successione Regni tam masculi quàm fœminæ iure primogenituræ admittuntur: & ad satietatem de materia, plura illic inuenies.

Num. 11.

IBi, *Electione potiùs, non successione constabat.* An præstet principatum successione, vel electione deferri, quæstio apud politicæ disciplinæ professores agitatur passim. Vnica verò inter alias, contra electionem redditur ratio; videlicet, quòd meliorem legere fortuitum est: imò multos viros egregios regna fecêre malos, & incognita scelera regnum docuit, adulator instillauit, minister induxit. Alexius sine hærede moriturus de successione deliberabat. *Igitur alij* (prout Choniat. refert) *atque alij variè nominabantur; sed omnes qui sibi opportuni, atque vtiles essent, nominabant; de eo autem eligendo qui optimè & ex vsu publico imperaret, nulla cura, aut cogitatio erat.* Et honestior apud Romanos electionis Neronianæ excusatio fuit, prout refert Tacit. *lib.* 13. *Annal.* §. 2. & disputat nouissimè, & hanc partem exemplis, viribúsque tuetur Pater Adam. *Content. lib.* 1. *Politic. cap.* 23. *per totum.*

Num. 22. *&* 23.

CAstill. *cap.* 164. *num.* 2. *prope finem.* Quibus adnectenda sunt pulchra Eleazari verba, prout Scriptura testatur *Machab. lib.* 2. *cap.* 6. qui carnes

porcinas edere retinens, ad supplicium ductus sic constanter affatur: *Non enim ætatis nostræ dignum est fingere vt multi adolescentes, arbitrantes Elezarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ senectuti conquiram.* Et hoc quàm verum sit, notissima apud omnes experientia firmat.

Num. 24.

IBi, *sicut aliàs dicitur de feudo*: Adde *cap.* 1. *de feudo non hab. propr. nat. & cap.* 1. *de natur. success. feud. & cap.* 1. *de eo qui sibi, vel hæred.* §. *fin. in quibus causis feud. amittatur*; & quòd tenor inuestituræ sit inspiciendus, qui feudorum iuri, & naturæ derogat, probat Curt. sen. *consil.* 48. *ex num.* 14. dicens hanc conclusionem esse marmoream. idem *consil.* 49. *memoriæ recolendæ*, *num.* 36. *versic. primò igitur pro solidissimo fundamento.* And. Gail *obseru.* 50. *num.* 15. *lib.* 2. Et hanc in concessionibus feudorum communem vocat sententiam Iacob. Menoch. *consil.* 1. *ex num.* 124. inuestitura namque formam & naturam contractus denotat, illáque est radix & fundamentum omnium, quæ semper inspicitur. Facit *l.* 1. *Cod. de impon. lucratiua descript. lib.* 10. vbi à primordio tituli posterior formatur euentus, vbi glossa *verbo*, *Primordium*, ait quòd ex origine cuiuslibet contractus & causæ, quid sit statuendum, diiudicandum sit. *l. clàm possidere. ff. de adquirend. possess. l. quid quod. ff. de donat. l.* 3. §. 1. *ff. de minorib.* cum pluribus quos ad gloss. adducit in comprobationem. Et quòd scripturæ tenor præcipuus sit attendendus, tradunt Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 91. *num.* 1. Euerardus *in locis legalibus, argumento & loco à contrario sensu, num.* 31. Henric. Rosent. *de feud. tom.* 1. *cap.* 1. *conclus.* 12. *ex num.* 1. vbi *lit. A.* in hanc partem plures cumulat. Et in deuolutione feudorum inuestitura est sola fons, origo, & causa, cuius tenor (licèt repugnet feudorum naturæ, atque consuetudinibus) est inspiciendus: vt nouissimè cum aliis comprobat Carolus de Tapia *decisione supremi Italiæ Senatus* 2. *artic.* 2. *ex num.* 132. & nouissimè D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 155. *in fine.* & ante eos Valent. Velasc. *consil.* 23. *ex num.* 1. De quibus omnibus, & de aliis multis amplissimè prosequitur Salgado in suo eleganti, & perutili tract. *de regia protectione* 4. *part. cap.* 3. *à num.* 44. *cum multis sequentibus.*

CAPVT III.

Num. 1.

VIDE D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *quotidiar. controuersiar. cap.* 164. *ex numero* 1. vide *& num.* 5.

Num. 2. 3. & 4.

ADde Castill. *cap.* 43. *num.* 46. & *cap.* 159. *num.* 10.

Num. 5.

IBi, *Quod verum.* Idem tenent Anton. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 69. Castill. *in l.* 46. *Taur. col.* 2. *vers. item quæ.* Burg. de Paz iun. *quæst.* 2. *num.* 221. Et quòd in concessione emphyteusis semper attendatur natura illius, probant Calderin. *tract. de nomine emphyt. quæstione* 23. *numero* 34. Felicianus *tractatu de censibus*, *lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 10. & alios refert Mieres *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 1. *num.* 8.

Num. 6.

Num. 6. 7. & 8.

VIde auctorem *lib.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 1. & nouissimè D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 160. *ex num.* 1.

Num. 9.

ANnotauimus in locis hîc præcitatis per auctorem Castil. *lib.* 5. *cap.* 143. §. *vnico, num.* 12.

Num. 10.

DIcemus *infrà lib.* 3. *cap.* 6. & 7.

Num. 11.

VIde *infrà d. cap.* 8. *num.* 1. vbi erit annotandum.

Num. 12.

DE linearum materia vide D. Ioan. del Castill. *d. tom.* 6. *cap.* 138. & 140. & *cap.* 93. *num.* 9. & *inf. lib.* 3. *cap.* 4. latiùs dicemus.

Num. 14. & 15.

QVòd Regnum sit caput maioratuum, refert Mier. 4. *part. de maiorat. quæst.* 1 *num.* 243. Salgado *de Regia protect.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 152. Cuius successio est perpetua vsque ad millesimum gradum. Auctor *ibidem cap.* 4. *num.* 11. 12. 29. 30. & 49. *in fin.* D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 87. *num.* 25. *vers. quod sic.* idem *tom.* 6. *cap.* 143. §. *vnico. num.* 7.

Num. 16.

AN successor in regno teneatur soluere debita sui prædecessoris? vide Mierem *d.* 4. *p. quæst.* 26. *num.* 3. & 15.

Num. 17. & 18.

IDem resoluunt Bursat. *consil.* 124. *num.* 36. *lib.* 1. Mart. *tract. de iurisdict. p.* 1. *cap.* 30. Fernand. de Loaz *in consil. pro March. de los Velez dub.* 1. *per totum.* Iacob. Menoch. *consil.* 1003. *num.* 10. *lib.* 11. Neque de hoc dubitari potest, vt refert Caued. *decis.* 17. *num.* 1. & 5. *p.* 2. subdens quòd Reges à primordio regni sunt in possessione donandi ciuitates & oppida vasallis suis, & quòd ita fuit decisum super comitatu Portugalliæ anno 85. Ioan. Garç. *de nobilit. glos.* 1. *num.* 17. §. 1. vbi adducit pro hac parte quadraginta & quinque Doctores sic tenentes: & hoc fortiùs propter remunerationem seruitiorum, quod ex legum regiarum collectione maximè comprobatur. vide *l.* 1. *tit.* 17. & *l.* 8. *tit.* 1. *part.* 2. & *l.* 5. *titulo* 9. *lib.* 5. *ordinam.* & *l.* 1. *numer.* 10. *lib.* 5. *recopilat.* ex quibus iuribus ita concludit Matienç. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopilat.* & hoc, dummodo non ex eo ingens regni læsio contingat, vt ex auctore recenset Ioan. Garç. *de nobilit. gloss.* 1. §. 1. *ex num.* 13. & *tract. de expens. cap.* 16. *per totum.* sic præter auctorem asseuerant Restaur. Castal. *tract. de Imperatore & imperio, quæst.* 104. Menoch. *d. consil.* 1003. Rocast. Comest. *ex num.* 49. Azeued. *in l.* 1. *n.* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopilat.* & disputat latè Mier. *tract. de maiorat.* 4. *p. quæst.* 1. *limitat.* 3. & 6. *à n.* 16. & hoc verissimum quidquid in contrariũ teneant Alber. *in l. bene à Zenone, num.* 27. *C. de quadriennij præscript.* dicens quòd Princeps potest de suo remunerare, non de fiscalibus, quia libera ei administratio concessa est, non tamen donatio, exemplo filijfamilias. Ludou. Gom. *in* §. *item Seruiana. num.* 44. *Instit. de actionibus.* D. Fernand. de Menchac. *lib.* 1. *controuers. illustr. cap.* 1. *num.* 8. & *cap.* 4. *num.* 2. & 5. & *cap.* 5. *num.* 2. Roland. *consil.* 1. *num.* 122. *vol.* 2. Mier. *vbi sup. d. quæst.* 1. *num.* 45. & 60.

Quæ

Quæ iura, extante *lege* 3, *recopilat.* cessant omnino, qua reperitur cautum posse Principes de bonis regiæ coronæ liberè benemerentibus donare, modò & forma ibi præscripta, & non aliter: Quod intellige, etiam si non constet de meritis, nisi per assertionem Principis, ex Bart. *in l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordine faciendis. numer.* 2. *&* 27. Carol. Ruin. *consil.* 175. *num.* 14. *&* *cons.* 217. *col.* 2. *lib.* 1. Sozinus sen. *consil.* 4. *num.* 11. *lib.* 3 Natta *consil.* 475. *num.* 6. *lib.* 1. Iacob. Menoch. *d. consil.* 1003. *num.* 27. *lib.* 11. & dicemus *inf. cap.* 8. *numer.* 32. Idque etiam extantibus bonis liberis permissum censeri probat Loaz *in d. allegat. dub.* 1. *vers. neque obstat, num.* 2. *fol. nobis* 185. in impressis Mediolani. Sed alij contendunt non posse Principem ad alienationem immobilium procedere, nisi in mobilium defectu, etiam ex causa remunerationis, vt notant Gom. *in d. §. item Seruiani. numer.* 44. & Grat. *resp.* 147. *num. fin. vol.* 2. Et pro hac sententia facit *l.* 4. *tit.* 15. *part.* 2. Sed priori opinioni, extante *dict. lege* 3. *recopilat.* accedimus, eo quòd formam in harum largitione donationum præfixit, & de hoc ibi nihil reperitur expressum, sed indistinctè loquitur. Neque ideo ita adstrictus Princeps debet esse in alienando, vt quilibet alius maioratus possessor, vt auctor notat in præsenti, cui vltra relatos adde D. Ioan. del Castillo *tomo* 5. *cap.* 89. *num.* 92.

Et vlteriùs nota, quòd si Princeps plures largitiones (etsi modicas) fecerit, hæ à successore possunt reuocari, dummodo in præiudicium regni vertant. Lucas de Penna *in l. quicumque, num.* 12. *Cod. de omni agro deserto, lib.* 11. Paul. *consil.* 1. *à num.* 122. *vol.* 2. Et plurimis relatis idem tenet Morosius *resp.* 45. *num.* 26. quorum opinionem sectamur quando ex pluralitate donationum magnum regni præiudicium, ac detrimentum apparet, sicuti quando ex vnica donatione regni iura labefactantur. Sic ex Negusant. inter consil. Albert. Brun. *consil.* 12. *num.* 53. sic denique in specie resoluit Matienza *in d. l.* 3. *gloss.* 8. *num.* 1. *&* *gloss.* 13. *num.* 2. *vers. secus cum alijs.* Quarum modificatio sumitur ex vniuerso: vt Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 124. *num.* 10. Paul. Paris. *consil.* 75. *lib.* 3. *numer.* 13 *&* 24. Mart. Laud. quem refert & sequitur Iason *in præludiis feudorum, num.* 77. Ludouic. Moros. *d. respons.* 45. *num.* 26. Itaque neque primæ donationes ab vltimis debent abstrahi, quia regnum est quid indiuiduum, & vnitas causæ efficientis concernit omnes actus suos. *l. cùm quæritur. ff. de administratione tutorum. l. sed & cùm aliquis. ff. de negotiis gestis. l. nemen. §. filio,* iuncta glossa, *ff. de legat.* 3. licèt non ita in donatione inofficiosa respectu legitimæ filiorum, in quo casu loquitur Bart. *in l.* 1. *numer. fin. C. de inofficio. donat.* quia ibi vltima reuocatur. Geron. Gabr. *consil.* 137. *numer.* 11. *volum.* 2. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, omnia, vel partem aliquam. C. de reuoc. donat. num.* 34. Alex. Trentazinq. *variarum lib.* 3. *titulo de donationibus, resolut.* 4. *num.* 5. *volum.* 1. Ioan. Greb. Sequan. *decis. Dolana* 97. *num.* 15. *vers.* 2. Ioan. Petr. Fontan. *tom.* 2. *de pactis nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 2. *num.* 41. vbi *num.* 42. quærit quid si eodem tempore, & eodem contextu diuersis personis, vel eidem personæ fuissent plures donationes factæ?

Num. 22.

IBi, *Quod intelligendum est, nisi immemorialis.* Nota quòd vna linea præscribit contra aliam lineam tempore immemoriali. Mier. *tract. de maiorat.* 4. *p. q.* 21. *num.* 43. in noua editione. Auend. *in l.* 41. *Taur. gloss.* 1. *ex num.* 3. Flores Dias de Mena *in additione ad Gamam decis.*

decis. 93. *fol.* 48. Perez de Lara *tract. de anniuers. & capellan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 37. nouissimè Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 3. *p.* 2. *num.* 41. Ex quibus apparet non sufficere præscriptionem triginta, vel quadraginta annorū. Et ratio est, quia in præscriptione maioratus agitur de magno præiudicio nondum natorum, & regula est, quòd aduersùs non valentes agere de iure nulla currit præscriptio, ex traditis per auctorem *in fin. lib.* 4. *cap.* 10. sed aduersùs eos, qui agere ad rerum recuperationem possunt, bene procedit, *ex l.* 1. *C. de annali except.* Ideoque possessor aduersùs non possidentem pro sua vita præscribere potest, sed aduersùs successores eius minimè. Sic intelligendus est Sozin. *consil.* 47. *numer.* 9. *lib.* 3. pro vt intelligit Gama *dict. decis.* 93. *num.* 2. *in fine.* & ibi Flores de Mena, & ponderat Greg. Lop. *in l.* 10. *titul.* 26. *p.* 4. *in glossa, verbo, Non le empece*, dicens Sozinum locutum fuisse de præscriptione respectu illius cōtra quem præscribitur, non contra successores eius. refert Mier. *vbi sup. num.* 45. & ante eos Arias Pinel. *in auth. nisi tricennali. num.* 4. *Cod. de bonis mat. circa finem. vers. ex quo etiam.* Vbi admonet cum iudicio legendum Sozinum *in d. consil.* 47. quia eius conclusio secundùm communem opinionem restringi debet ad præsentem possessorem maioratus, neque extenditur contra successorem, cui ea præscriptio non potest nocere, & quòd eius opinio etiam in feudis ex pacto & prouidentia non procedat contra nascituros, consuluit Parisius *consil.* 23. *num.* 199. *lib.* 1. & an bona maioratus sint inpræscriptibilia, & de pluribus huic vtilibus, vide Salgado *de regia protect.* 3. *p. cap.* 10. *à num.* 283. *cum seqq.* & rursum *à num.* 150. vbi de immemoriali. Veroyo *consil.* 76. *num.* 40. *lib.* 1. Francisc. Becius *consil.* 230. *à num.* 35. *cum seqq.*

Vel dic quòd Sozinus loquitur in materia feudali, & forma succedendi in feudo, spatio triginta annorum præscribitur. Mier. *d. quæst.* 21. *numer.* 34. Gratian. *consil.* 9. *num.* 39. *lib.* 1. Curr. sen. *consil.* 82. *num.* 3. Tiber. Decian. *resp.* 24. *num.* 108. *volum.* 1. Secus in maioratibus, eo quòd ex dispositione legum partitæ, & 45. Tauri, mortuo vltimo possessore maioratus, possessio in sequentem transferrur; quare vna linea contra aliam (aliter quàm tempore immemoriali) non præscribit. Contrarium tenet Caued. *decis. Portug.* 121. *num.* 2. vbi aduersùs clausulam maioratus spatio quadraginta annorum succedendi consuetudinem admittit. Et idem cum Cauedo concludit Pereit. *decis.* 11. *num.* 8. pro quibus perpendi possunt tradita per auctorem *infrà lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 52. vbi præscriptio quadragenaria cum titulo, adæquatur præscriptioni immemoriali.

Quibus nihil, aut parum refragantibus, cum auctore hîc tenendum reor, neque præfatorum decisiones huic resolutioni obstant, quæ in maioratibus Hispaniæ nescio an valeant sustineri. Nam voluntatem testatoris normam & modum succedendi ab ipsomet testatore cautè, ac deliberatè præfixum, sola præscriptio immemorialis variare potest. Ex auctore *hîc, & lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 26. vbi constat immemorialem desiderari præscriptionem, eo quòd similis præscriptio habeat vim tituli, & priuilegij, vt per auctorem *d. cap.* 6. *num.* 13. Et sic ex tanti temporis antiquitate præsumitur rectè assensum regium interuenisse ad hoc vt daretur varius succedendi ordo, ex auctore *inf. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 10.

Nec verum est dicere cum auctore suprà allegato *num.* 52. quòd præscriptio quadragenaria cum titulo, habet vices præscriptionis immemorialis; siquidem indistinctè in materia maio-

ratus, id fatendum non est, tum quia ministerio *l.* 45. possessio statim in successorem transfertur, & sine possessione præscriptio non procedit: tum, quia contra non natos præscriptio quadragenaria non sufficit, vt dicemus *infr. lib.* 4. *cap.* 10. idque in specie resoluunt Roderic. Xuar. *allegat.* 3. *num.* 3. Gregor. *in l.* 10. *titulo* 26. *p.* 4. *gloss.* 3. *colum. fin. versic. sit tertius casus.* Matienz. *in l.* 8. *titulo* 7. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 5. *num.* 25. *versic. itaque.* Et est communis resolutio, pro vt testatur Garç. *tract. de nobilit. gloss.* 5. *num.* 37. *versic.* 9. *colum.* 2. & pulchrè Menchac. *tract. de success. creat. lib.* 3. §. 26. *num.* 125. Neque contrarium deducitur ex auctore *d. num.* 52. quia loquitur in præscriptione, vbi tractatur an bona sint libera, an verò sint maioratui subiecta. In qua specie contendit, præscriptionem quadragenariam cum titulo sufficere: secus in casu vbi bona maioratus non dicuntur esse libera, nec contra hoc allegatur præscriptio, sed de successione maioratus contenditur, quam vna linea contra aliam tempore immemoriali præscribit, vt per auctorem hîc, licèt hanc quæstionem pertractet turmatim & per transennam.

Num. 25.

VErsic. *ex quibus.* Dicemus *infrà lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 52. Castill. *tom.* 5. *cap.* 164. *num.* 9.

Num. 26.

REmedium possessorium qualiter in bonis regiæ coronæ competat, vide Aluar. Velasc. *consultat.* 126. Mier. *de maiorat.* 3. *p. in initio operis num.* 4.

Num. 27.

DE huius legis regni interpretatione dicemus *infrà cap.* 26.

CAPVT IV.

Num. 1.



VErsic. *In hac.* Vide Ias. *consil.* 164. *lib.* 2. Bertrand. *consil.* 4. *lib.* 5. & ita iudicatum fuisse testatur Gam. *decis. Lusitaniæ* 206. *num.* 19. *& decis.* 193. qui omnes loquuntur casu quo maioratus hac lege relictus fuit, vt vltimus masculus possit de eo liberè disponere: prosequitur Mier. *de maiorat.* 4. *p. quæst.* 29. & notat Greg. *in l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. glossa magna *quæst.* 4. Et in hanc partem inclinare videtur Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 14. *num.* 49. *& art.* 51. *num.* 2. Et de materia vide quæ scripsit D. Ioan. de Castill. *lib.* 2. *quotid. controu. cap.* 22. *num.* 34. *cum seqq.* vbi auctorem exornat, & hæc est recepta conclusio; neque alienationis prohibitio aliquid operatur vbi nulla superest persona cuius fauore dicta est, ex Menoch. *consil.* 325. *num.* 71. *& consil.* 732. *num.* 71. *& consil.* 732. *n.* 54. *vers.* 1 Surdus *consil.* 184. *n.* 19. *lib.* 2. *& consil.* 559. *num.* 9. *lib.* 4. *& tract. de aliment. titulo* 9. *quæst.* 25. *num.* 71. Fusar. *de fideic. substitut. quæst.* 551. *num.* 1. *&* 2. Sed vlteriùs nota quòd cùm verbum *maioratus* omnes de familia comprehendat, ex auctore *inf. num.* 13. vltimus censetur is, qui ex familia superetit, non verò qui vltimus nominatus in scriptura maioratus fuerit, vt explicat auctor *infrà num.* 23. Ex quibus infertur egregiè quòd si in pactis matrimonialibus hac lege fiat donatio vt donatarius non possit de re donata, nisi inter filios, & descendentes masculos illius matrimonij disponere, si donatarius decesserit relicto vnico filio, in illo bona sūt libera: vt per Soz. iun. *consil.* 13. *lib.* 4. Augustin. Berous *consil.* 84. *à n.* 38. *lib.* 2. Andreas Alciat. *consil.* 11. *lib.* 9. licèt secus, si talis prohibitio pro fauore familię facta fuisset: quo casu inter omnes de familia

milia perpetuum induceretur fideicommissum. Ex Zeuall. *commun. quæst.* 725. Reale, & non temporale, vt firmauit auctor *inf. cap.* 5. *numer.* 25. & sic vltimus ex illa familia disponere poterit.

His subiunge quòd si vltimus de feudo, vel de bonis maioratus testatur, tanquam si successio agnatorum finita esset (quæ reuera non erat finita) institutus si possessionem petat, impeditur per agnatos de iure suo dicentes: vt probat Alex. *consil.* 30. *volum.* 1. Nam in his quæ fundantur super veritate, cedit opinio veritati, *cap. veritate* 8. *distinct. l.* 2. §. 1. *ff. pro empt.* ibi, *qui potius substantiam intuetur quàm opinionem.*

Num. 2.

EAndem sententiam amplexi sunt Menoch. *consil.* 171. *num.* 15. *& consil.* 326. *num.* 18. *& consil.* 379. *num.* 12. *& consil.* 243. *per totum. & consil.* 679. *num.* 9. *& consil.* 532. *num.* 4. Petr. Surd. *consil.* 46. *num.* 2. *lib.* 1. Peregr. *de fideic. artic.* 1. *num.* 36. Cardin. Mantic. *de interpretatione vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 11. Ioseph. Mascard. *de probat. conclusione* 1136. nouissimè Fusar. *de fideicom. substitut. quæst.* 460. *ex num.* 1. Sed limita, vbicumque adsunt coniecturæ voluntatis, vt per auctorem *infr. num.* 4. *&* 24. vide inferiùs *num.* 24.

Num. 4.

HIs adde Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 5. *num.* 87. *&* 4. *part. quæst.* 29. *num.* 12. Peregr. *de fideicommiss. art.* 1. *num.* 27. *&* 30. *& consil.* 33. *num.* 43. *lib.* 3. Cardin. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 8. *& lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 22. Simon de Prætis *de interpretatione vltimæ voluntatis, fol.* 150. *num.* 156. *& fol.* 330. *num.* 93. Marcus Antonius Pereg. *de fideicomm. quæst.* 5. *num.* 56. vbi scribit communiter teneri, subdens hoc verbum, *si variatur persona substituti: secus verò si instituti*; & nouissimè Vincentius Fusar. *de fideicomm. substitut. quæst.* 458. *ex num.* 1. Et fortiùs hæc conclusio procedit, quoties fit extensio de persona vera ad personam fictam. ex Menoch *consil.* 97. *num.* 93. Fusar. *vbi sup. num.* 2. Quod limita, vbicumque adsunt coniecturæ perpetuitatis, vt *inf. cap.* 5. Fusar. *numero* 10. qui loquitur quando bona in agnatione, & familia testator voluit conseruare. Quibus adde D. Ioann. del Castillo *tom.* 6. *quotid. controuers. cap.* 146. *per totum*, vbi luculenter.

Num. 8. 9. *&* 10.

PRosequitur plura adducens D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *quotidian. controuers. cap.* 145. *ex num.* 1. Fusar. *quæst.* 291. *per totam.*

Num. 11. *&* 12.

ADde Mier. *de maioratu* 1. *part. quæst.* 15. *num.* 38. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *quotidian. controuersiarum, cap.* 66. *num.* 68. Mol. *de iust. tom.* 3. *de maioratib. disput.* 588. *num.* 2.

Num. 13. *vsque ad* 17.

AVctorem sequitur D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controuers. cap.* 22. *numero* 52. distinguens inter fideicommissum & maioratum, nam eo ipso quo quis de aliquibus bonis se facere maioratum profitetur, ac si dixisset, *hago mayorazgo*, censetur velle in propria familia bona perpetuò conseruare. ex auctore *hîc num.* 13. *&* 17. *&* 20. *&* 27. *&* 32. Quod notanter intellige, siue maioratus regia facultate instituatur, siue non: nam vtcum-

que sit, hoc verum generalissimum est, comprehendens omnes ex familia fundatoris, prout nouissimè animaduertit ipse D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controuers. cap.* 143. §. *vnico*, *ex num.* 3. reprobatis opinionibus Angul. & Ioann. Garç. distinguentium inter maioratum regia facultate, vel simpliciter institutum.

Cæterùm præsens conclusio facit in successione maioratus extra dispositionem clausulæ Regis Henrici. Vide *inf. cap. 6. num.* 21. vbi hoc verbum *maioratus*, non comprehendit transuersales, etiamsi hi à primo donatario descendant, sed in linea dumtaxat descendentium successio.

Padill. *in rubr. Cod. de fideicommiss. numero* 11. Tell. *in l.* 21. *Tauri*, *num.* 10. Couarr. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 5. *num.* 2. Burg. de Paz *consil.* 2. *num.* 75. Anton. Gom. *in l.* 40. *Tauri*, *num.* 59. & meliùs *num.* 64. Aluarad. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 6. Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 48. *num.* 22. Azeued. *in rubr. tit.* 7. *lib.* 7. *recopilat.* Molin. *disput.* 588. *num.* 3. Sesse *decis.* 37. *numero* 9. Cornass. *decis.* 22. *num.* 29. Adde Bardelon. *consil.* 95. *num.* 5.

Et quidquid in contrarium teneat Mier. 4. *part. quæst.* 29. auctoris sententia receptior est, eámque in hac amplissima curia, cum moderamine & cum hac distinctione vidimus practicari, scilicet, aut verbum *maioratus* in initio dispositionis profertur, posteáque vel plures, vel aliquæ particulares substitutiones subsequuntur, quo casu militat auctoris ratio; & praxis inconcussa viget: aut institutor incipit faciendo aliquas substitutorum vocationes, vel refert dispositionem ad aliquam certam, vel determinatam lineam, vel lineas; posteáque adiiciat in earum calce hoc verbum, *hago mayorazgo*. Tunc vltra gradus præscriptos substitutio protrahi non debet. Alex. Raudensis *variarum*, *cap.* 43. *num.* 12. Menoch. *consil.* 803. *num.* 36. *lib.* 9. Miet. 1. *part. quæst.* 48. *num.* 8.

Num. 18.

IOseph. de Rusticis *in repet. l. cùm auus*, *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 14.

Num. 19. & 20.

SVrd. *consil.* 448. *num.* 21. & 22. *volum.* 3. sequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 93. §. 6. *ex num.* 1. & iterum *cap.* 144. *num.* 40. & *cum pluribus seqq. tom.* 6. *cap.* 181. *num.* 1.

Num. 21.

DE quo vide D. Ioan. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 144. *ex num.* 41.

Num. 22.

ADde Riminald. iun. *consil.* 456. *num.* 50. *volum.* 4. Tiber. Dec. *consil.* 31. *num.* 137. *vol.* 1.

Num. 23.

DE interpretatione textus *in d. §. prædium*, diximus *suprà num.* 1. & auctorem hîc exornat nouissimè D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *quotidian. controuers. cap.* 143. §. *vnico*. & quòd vltimo loco vocatus potest extraneum hæredem instituere, vltra Molinam nostrum in præsenti, probant Angul. *tract. de meliorat. in l.* 11. *gloss.* 11. *à num.* 6. & Fulb. Pascian *consil.* 49. *n.* 99. & 100.

Quid si dubitetur, an maioratus sit extinctus, necne? Vide quæ tradit Mietes *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 29. vbi tenet propter honorem & dignitatem non esse extinctum pronuntiandum. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 143. §. *vnico*, *num.* 2.

Num. 24. *vsque ad* 29.

LAtissimè per Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæst.* 460. *ex numero* 4. Castill. *tom.* 5. *cap.* 144. *num.* 43. *cum seqq. & cap.* 146. *num.* 11. & plures refert id tenentes idem D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 181. *num.* 11.

Num. 25.

QVomodo & quando in fideicõmissariis substitutionibus fiat extensio de persona in personam, vide tradita à Petr. *de fideicom. quæst.* 5. *num.* 56. & de hac re latissimè scripserunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumptione* 65. *per totam.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 19. Marc. Anton. Peregr. *de fideicomm. cap.* 11. *per totum.* Cafaner. *consil.* 4. *num.* 820. & quid in contractibus, vide Fontanellum *clausf.* 11. *gloss.* 25. *ex num.* 40.

Num. 28.

VErs. *nam hoc.* Sic distinguit Peregr. *de fideicomm. artic.* 11. *num.* 32. Hieronym. Zeuallus *commun. quæst.* 725. *num.* 12. & in dubio, testatoris dispositio potius debet censeri perpetua, quàm temporalis. *cap. cùm venissent, de institutionib.* Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *verbo, el mas propinquo.* Couarr. *lib.* 3. *variarum. cap.* 5. *num.* 4. cum pluribus aliis, quos recenset nouissimè Fusar. *de substitutione fideicommiss. quæst.* 688. *numero* 13. & 14. similiter etiam vide infr. dicta *cap.* 18.

Num. 29.

ADde Mier. 1. *part. quæst.* 15. *num.* 38. & D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 181. *num.* 9. vbi explicat.

Num. 30. *vsque ad* 34.

VErs. *& quamuis.* Nota quòd si testator dixerit quòd bona perpetuò essent apud descendentes, talis prohibitio (procul dubio) vltra quartum gradum extenditur: secus verò si dixerit, quòd dicta bona de familia non exirent. Menoch. *consil.* 233. *num.* 23. & 24. licèt aliqui vtroque casu non extendi defendunt, vt ibi per eum & auctorem refert & sequitur Vincent. Fusar. *de fideicomm. substitut. quæst.* 381. *numero* 28.

Versic. sed quando. Quoties fideicommissum nominarim iungitur certæ personæ, eam tantùm tenet, non cæteros successores. Berret. *consil.* 174. & ita fuisse iudicatum in Senatu Parisiensi testatur, ibi, *in maioratu de monte mayor.* Facit *l. Celsus.* 29. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 1. §. *fin. ff. de legat.* 3. Nam ad hoc quòd omnes teneantur, est necesse quòd generaliter, siue indefinitè sit onus iniunctum. *l. si plures.* 96. *ff. de legat.* 3. *l.* 1. §. *id quod ex substitutione. ff. ad legem falcidiam.* vel saltim quòd testator appellatiuo, non proprio nomine vsus fuisset, iuxta Diui Seueri rescriptum, relatum ab Vlpiano *in l. si Titio & Mæuio.* 63. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l. licèt Imperator. ff. de legat.* 1. ibi Bart. *num.* 3. & 4. latè & eleganter ex communi opinione resoluit Alex. *num.* 9. & copiosè Ias. *numer.* 31. *cum pluribus seqq. & num.* 54. communem etiam sententiam professus est. Idem tenent Bart. *in d. l. Celsus.* 29. §. 1. *num.* 3. *ff. de legat.* 1. Salicet. *in l. vnica.* §. *pro secundo, numer.* 15. *Cod. de caduc. toll.* Imola *in l. si duobus* 16. *num.* 2. *ff. de legat.* 1. Carol. Ruin. *consil.* 67. *num.* 6. & 7. *vol.* 2. Petr. Surd. *consil.* 458. *num.* 29. *volum.* 3. vbi plurimis congestis respondet quòd quando testator verbis restrictiuis vtitur, vel grauamen alicui

nominatim imponit. non dicitur illud voluisse extendere de vna persona ad aliam: quo casu tamdiu permanebit, quamdiu permanserint personæ, quarum contemplatione adiunctum est. *l. pater filiæ. ff. de seruit. legat.* ibi, *Ne quod affectu filiæ datum est, hoc ad exteros eius hæredes transiri videatur: quia non refert cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur. l. cùm pater. §. donationis. ff. de legat. 2. l. si mulier. ff. solut. matrim. l. fideicommissa. §. interdum. ff. de legat.* 3. vide Bolognet. *in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. num.* 269. Hippol. Rimin. *consil.* 535. *num.* 13. *lib.* 5. Alban. *consil.* 1. *num.* 12. Honded. *consil.* 78. *num.* 34. Iacobus Menoch. *consil.* 376. *num.* 47. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 14. *num.* 47. & quæ tradunt Alciat. *resp.* 11. *lib.* 9. aliàs 134. Berous *consil.* 84. *lib.* 2. & Sozin. iun. *cap.* 13. *lib.* 4.

Num. 31.

IDem recensent P. Molina *tract.* 2. *disputat.* 188. D. Ioan. del Castillo *d. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 57. Cornazan *decis.* 122. *ex nu.* 29. Raudens. *variarum cap.* 43. *numer.* 12.

Num. 32.

PRosequitur D. Ioan. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 143. *ex numer.* 3. quod intellige cum distinctione à nobis tradita *suprà num.* 13.

Num. 33.

IBi, *Nominatio namque.* Prosequitur latè D. Ioan. del Castillo *tom.* 6. *quotid. controu. cap.* 166. *ex numer.* 26. Et nota quòd nominati præferuntur: ratio est, quia ex speciali nominatione colligitur maior affectio. ex Fusar. *de fideicom. substitut. quæst.* 359. *num.* 1. *&* 2. *cum seqq.* vbi latiùs de interpretatione textus *in d. §. in fideicommisso.* Paris. *consil.* 374. *à num.* 49. *volum.* 2. facit *l. fin. C. de vsuris. l. in plurium. ff. de adquir. hæred. l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebell.* ibi, *Propter gradus fideicommissi præscriptos, idest, nominatos.* & aliquando accidit testatorem vlteriores anterioribus anteferre, vt de facto vidisse testatur Fulgos. *consil.* 85. *numer.* 3. *vers. cæterùm.* sequitur Mantic. *lib.* 8. *de coniect. cap.* 18. *num.* 49. & facit *cap.* 1. *de duobus fratribus.* Peralt. *in rubr. C. de hæred. instit. num.* 108. adde quæ diximus *suprà cap.* 2. *num. fin.*

Num. 34.

DE materia textus *in dict. §. in fideicommisso*, plura recenset D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 93. *num.* 17. & vide Fusar. de quo *suprà.*

Num. 36.

IDem recensent Mier. *de maiorat.* 1. *p. quæst.* 48. *num.* 28. Aluarad. *de coniect. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. D. Ioan. del Castill. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 39. *quotid. controu. &* *tom.* 5. *cap.* 5. *cap.* 181. *num.* 30.

Num. 37.

COntrarium tenet Angul. *tract. de meliorat. in l.* 11. *gloss.* 11. *col. fin.* sed vide D. Ioan. del Castill. *tom.* 2. *cap.* 22. *num.* 39. *& tom.* 5. *cap.* 93. *§.* 2. *num.* 8. *& tom.* 6. *cap.* 166. *num.* 48.

In versiculo, *sed vt de hac re.* Non dissimilia tradita per Menoc. videbis *consil.* 233. *lib.* 3.

Num. 38.

EX hoc apparet quòd transuersalis non admittitur, si fideicommissum fuisset relictum pro descendentibus testatoris. Philipp. Dec. *consil.* 38. *num.* 3.

n. 3. *&* 4. Sozin. inter consilia Curtij senioris *consil.* 40. *n.* 14. *vers. & confirmatur secundò.* Zephal. *consil.* 17. *à numer.* 21. *& consil.* 269. *num.* 46. Paul. Paris. *consil.* 1. *num.* 59. *&* 60. *lib.* 3. Iacob. Menoch. *consil.* 233. *per totum*, præcipuè *num.* 16. *lib.* 3. Idem *consil.* 1177. *num.* 9. vbi fortiùs, etiam si testator in dispositione de transuersalibus meminerit, dicens quòd tunc dicta verba intelligi debent de transuersalibus, qui extabunt inter ipsos descēdentes à testatore, non verò de transuersalibus descendentibus à fratre ipsius testatoris. Quibus adde *l.* 3. §. 1. *ff. de legat. præst. l. quæ conditio. ff. de condit. & demonst. l. liberorum. ff. de verborum signif.* Et contra Molinam nostrum, in materia maioratus tenent Mier. *tract. de maiorat.* 4. *p. quæst.* 29. *num.* 17. Petr. Surd. *consil.* 448. *per totum*, præcipuè *numer.* 30. & vltra Gregor. *hic* citatum *in fine*, vide Burg. de Paz *consil.* 34. *à num.* 12. Angul. *tract. de meliorat. lib.* 11. *num.* 6. *gloss.* 11. *à num.* 9. Palaz. Rub. *in cap. per vestras.* §. 26. 3. *notab. num.* 20. *fol.* 497. Couarr. *lib.* 3. *variarum. cap.* 5. *num.* 3. *versic.* 2. cum Gregor. Peralta *in l. statuliberum.* §. *Stichum. ff. de legat.* 2. *num.* 3. & in materia vide D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 93. *num.* 14. Tandem in Hispanorum primogeniis cōmunis & vera resolutio est, quòd maioratus institutio non solùm simpliciter & absolutè facta, verùm etiam contemplatione certarū personarū, ne dum ipsas personas nominatas, sed etiam transuersales comprehendit, ideoque non solùm in descendentibus primi institutoris, & illarum personarum, quæ specificè vocantur, sed in transuersalibus quoque illorum & descendentibus perpetua esse, docet Castill. *lib.* 2. *cap.* 22. *& tom.* 5. *cap.* 166. *ex numer.* 26. *cum pluribus seqq.* & specificatio personarum, nominatis tantùm præcedentiam successionis tribuit, non verò cæterarum personarum exclusionē operatur, vt probat latè Castill. *vbi suprà.* Fusar. *de substit. quæst.* 359. *ex num.* 1. cum aliis.

Et sic eo ipso quòd qui de aliquibus bonis se facere maioratum profitetur, tunc in perpetuum, & in infinitum maioratus institutus censetur, non tantùm quo ad descendentes, verùm etiam quo ad transuersales, licèt de transuersalibus in successione in maioratu nullam mentionem fecerit, quia hoc verbum *maioratus* absolutum est, & generalissimum, & dubio procul omnes de familia fundatoris in infinitum comprehendit, siue regia facultate, siue aliter, siue ad certam & specificam lineam referatur, siue absolutè & indistinctè talis maioratus institutio facta fuerit, & siue præcedat verbum *maioratus* vocationibus, siue subsequatur. Burg. de Paz *quæst.* 2. *ex num.* 121. Mier. 1. *p. quæst.* 48. *num.* 22. in priori editione. Garç. *nobilit. gloss.* 31. *numer.* 6. Matienz. *in l.* 1. *num.* 7. *lib.* 5. *gloss.* 7. *num.* 4. Azeued. *in rubr. illius tituli numer.* 3. Aluarad. *de coniect. lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 6. Spur. *gloss.* 19. *num.* 83. Pater Molina *de iustit. & iur. disputat.* 588. *ex num.* 2. Castill. *tom.* 2. *cap.* 22. *numer.* 39. & latiùs *ex num.* 57. Menoch. *consil.* 803. *num.* 36. *lib.* 9. Peregr. *consil.* 64. *num.* 4. *lib.* 2. Raudens. *variarum cap.* 43. *num.* 12. Cornassa *decis.* 122. *num.* 29. *&* 30. Sesse *decis.* 37. *n.* 7. idem repetit auctor *infr. num.* 28.

Num. 39.

SEd quidquid in fideicommissis alij teneant, vbi dispositio fit per verbum *maioratus*, auctoris sententia verior est & receptior, cum moderamine de quo suprà *num.* 13. & idipsum fatentur Burg. de Paz iun. *quæst.* 2. *à num.* 67. Matienz. *in l.* 1. *numer.* 7. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 7. *num.* 4. qui loquitur in maioratu facto in filio primogenito, vt succedat

cedat per viam maioratus, & in hac ſpecie ſequitur Azeued. *in rubr.num.7. lib.5.recopilat.num.6.*

Num. 40.

HOc verbum *familia*, in iure dupliciter accipitur; in genere, vt comprehendat omnes de domo & agnatione: in ſpecie, vt ſolùm eos, qui à patrefamilias deſcendunt, comprehendat. Et in dubio præſumitur teſtatorem ſenſiſſe de propria familia in ſpecie, non in genere. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 22. *num.* 26. Cardinalis Mantica *lib.* 8. *coniect. titulo* 12. Petr. Surd. *conſil.* 247. *num.* 12. *volum.* 2. Iacob. Menoch. *conſil.* 233. *num.16. & præſumpt.* 88. *lib.4. n.* 2. & iterum *conſil.* 1177. *numer.* 7. *volum.* 12. Mand. Albenſ. *conſil.* 474. *numer.* 76. Paul. Pariſ. *conſil.1. num.* 59. *& 60. lib.*3. Sozin.ſen. inter conſilia Curt. ſenioris *conſil.*40.*num.*14. Proſequitur D. Ioann. del Caſtill. *tom.* 5. *cap.* 93. §. 13. *num.*10. *&* §. 16. *num.* 28. vbi latiùs de ſignificatione huius verbi, tam in fideicommiſſis, quàm in maioratibus.

Et ſic in ciuitate Piſana plures erant familiæ de Fõtana, quæ in genere vnã familiam ſignificabant: vna tamen appellabatur de Paueris, altera de Arulis, altera de Malaueris. Quidam de Paueris conſtituit fideicommiſſum, vt eius bona conſeruarentur in familia de Fontana: intelligitur in Fontana de Paueris, non de aliis. Paul. Pariſ. *conſil.* 51. *num.* 10. *lib.* 2. Iacob. Menoch. *conſil.* 30. *num.* 13. *lib.* 1. Et idem tenet Molina noſter *infrà lib.* 3. *cap.* 9. *num.*20. Vicentius Fuſar. *de fideicomm. ſubſtitut. quæſt.* 353. *ex num.* 1. Sic hærede vocato intelligitur de propriis hæredibus, vt erit annotandum infrà in notis eiuſdem auctoris *num.*6. Fuſar. *vbi ſup. num.* 2. vbi *num.*4. limitat.

Et hoc fortiùs, ſi dictum fuiſſet quòd per lineam directam ſuccederetur; linea enim recta, ſiue effectiua deſcendentes tantùm continet. *l.* 2. *titulo* 19. *p.* 2. Burg. de Paz *conſil.* 26. *ex num.* 40. Mier. *de maiorat.* 2. *p. quæſt.* 10. Caualc. *deciſ.* 31. *num.* 10. *p.* 4. Peregr. *art.* 22. *num.* 24. Menoch. *conſil.* 233. *num.16. lib.* 3. vbi ait non intelligi de tranſuerſalibus teſtantis. Proſequitur Paul. de Mont. Pico *conſil.* 96. *ex num.* 122. & nouiſſimè D. Ioann. del Caſtillo *tom.* 6. *quotid. controu. cap.* 112. *à num.*16.

Num. 41.

DE vocatione propinquorum vide Fuſar. *quæſt.* 397. *num.* 1. *&* 367. *num.*2. *&* 366. *num.*26.

Num. 42.

VErſiculo, *Quæ omnia.* Conſonant Anton. Gom. *in l.* 40. *Tauri*, *num.* 59. Gam. *deciſ. Luſitana* 206. Cornaz *deciſ. Lucenſi* 122. *num.* 30. qui omnes tenent cum auctore, quòd talis maioratus in familia alicuius tertij inſtitutus, omnes qui ex illa familia procedunt comprehendit. Idem reſoluunt Ioann. Garç. *tract. de nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *num.*27. D. Ioann. del Caſtill. *lib.* 2. *quotid. controu. cap.* 22. *num.* 39. facit *l. cum pater.* §. *à te peto. ff. de legat.* 2. cum eo quod notat Cumanus *ibi*, Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 20. *num.* 27. *& art.* 25. *num.* 49. Anton. Fab. *lib.* 6. *Codicis, titulo* 20. *definit.* 27. Simon. de Prætis *lib.* 3. *vltim. volunt. ſolut.* 3. *numer.* 42. *fol.* 343. Anton. Petr. *tract. de fideicommiſſ. quæſt.*11. *numer.* 19. qui loquitur in quæſtione, an proximitas attendatur quando maioratus inſtituitur in extraneo. Proſequitur nouiſſimè D. Ioann. del Caſtillo *tom.*5. *cap.* 93. §. 16. *num.* 27. *& tom.*6. *cap.*142. *n.*19.

Contrariam verò ſententiam firmarunt Gabr. *conſil.*107. Iacob. Cuiacius *lib.*8.

lib. 8. *ad Papinianum. in d.* §. *à te peto.* Burg. de Paz *quæst.* 2. *num.* 85. P. Molina *tract. de iust. & iure. lib.* 2. *disputat.* 589. Quæ extensio vt cum auctore concludam, ex verbo, & ex vi maioratus omnimodo deprehenditur. quòd verissimum, & indubitatum est per tot fundamenta ab auctore suprà plerisque in locis adducta ac repetita; sed cum moderamine id intelligendum censeo, de quo *num.* 13. *in fine.*

Num. 44.

RAtione perpetuitatis hoc admissum censetur; rectè equidem, sic cum auctore fatentur Mier. 2. *p. quæst.* 2. *num.* 27. Ang. *in l.* 11. *glos.* 5. *&* 6. Flores de Mena *lib.* 1. *variarum. cap.* 16. *art.* 2. *n.* 8. Qui omnes loquuntur in filio naturali, asseuerantes esse admittendum, deficientibus omnibus legitimis. Quod amplia, etiamsi transuersales in defectum filiorum legitimorum fuissent vocati, ex Menochio *lib.* 4. *de præsumptionibus, præsumptione* 78. *numero* 2. Mena *vbi sup. numero* 6. Mantica *de coniectur. lib.* 11. *titul.* 9. *num.* 2.

Num. 45.

QVid in Capellaniis, vbi vocatur consanguineus? Vide Nicol. Garç. *de benef.* 7. *p. cap.* 15. *à num.* 36. vbi quid si non adsint legitimi? Mier. 2. *p. quæst.* 2. *num.* 96. & cum Molin. nostro tenet Rota per Ludouic. *decis.* 433. *n.* 17. Quæ cum hac limitatione procedunt; aut substituti vocati sunt per verba iuris, seu ciuilia, (finge agnatio, domus, familia, parentela,) aut verba naturæ, vt sunt coniunctus, consanguineus.

In primo casu illegitimi comprehensi non censentur: in secundo secus. Garç. *dict. cap.* 15. Quam distinctionem admisit Rota; prout refert additio ad prędictam decisionem 433.

Num. 46.

DIcemus *infrà lib.* 3. *cap.* 3. vbi hanc quæstionem ipsemet auctor luculenter excitat.

CAPVT V.

Num. 1. *& sequentib. vsque ad num.* 7.



HIs adde D. Ioann. del Castillo *tom.* 2. *quotid. controu. cap.* 22 *numer.* 39. Idem *cap.* 144. *num.* 46. Garçia *de nobilit. gloss.* 1. §. 1. *à numer.* 29. Flores de Mena *lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 31. *cum seqq.* Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 68. *&* 69. *& consil.* 803. *ex num.* 1. *lib.* 9. Cald. Pereyr. *decis. Portugal.* 5. *num.* 3. qui omnes in eadem sunt sententia, asseuerantes quòd maioratus constitutio tenet, etiamsi expressè non fiat, dummodo verbis, seu coniecturis comprehendatur, & ista opinio in Hispanorum primogeniis communi scribentium voto recepta est, quod procedit etiam in terminis statuti, quòd standum sit chartæ. nam adhuc sufficit ex coniecturis percipi mentem disponentis eam fuisse, vt maioratum institueret, vt ex pluribus probat Sesse *decis. Regni Arago.* 63. *num.* 20. *cum seqq.* vbi plura refert, quia expressum dicitur, quod ex coniecturis colligi potest, vt per auctorem *sup. cap.* 1. *num.* 12. *& infrà lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 43. *vers. Sed quamuis.*

Num. 2. 3. & 4.

Vide Iacob. Menoch. *consil.* 713. *num.* 6. *& consil.* 803. *numer.* 4. *& consil.* 926. *num.* 1. Vincent. Fusar. *de fideicom.substit.quæst.* 384.*num.*3.

Num. 5. & 6.

Hoc ipsum probant D. Ioann. del Castillo, & Menoch. de quæstionibus sup. Ioseph. Mascard. *conclus.* 1285. *num.* 6. *& conclus.* 1417. *numer.* 17. & Mantic. *de coniect. lib.* 6. *cap.* 13.

Num. 7.

D. Ioann. del Castill. *cap.* 169. Fusar. *quæst.* 683. *num.* 16. Idem repetit auctor *infr. num.* 16. in qua quæstione sic distinguendum censeo. Primò quando prohibitio alienationis fit per modum causæ: secundò quando per modum dispositionis. Per modum causæ prohibetur alienatio, veluti si testator dixerit: *sic enim fiet vt bona non exeant de familia.* quo casu verissima est sententia tenentium prohibitionem restringi ad nominatos, quorũ fauore id accessoriè dispositum fuit. Ripa *in l. filiusfamilias* 117. §. *diui. num.* 107. *ff. de legat.* 1. vbi de communi testatur. Philipp. Deci. *consil.* 636.*num.*7.*vol.*2. Rota 1.*part.diuersorum decis.*568.*n.*3.*&* 8. Et verba perpetuitatis respectu vocatorum exponi debent, non verò aliorũ quorũ mentio facta non est. Carol. Ruin. *consil.* 153. *num.* 14. *volum.* 1. Ioan. Zephal. *consil.* 17. *num.* 16. *lib.* 1. & ita ad substitutiones expressim factas restringuntur, quibus deficientibus cessant etiam clausulæ perpetuitatem insinuantes. Rota *diuersorum* 2.*part. decis.* 203. *num.* 1. & cùm prohibitio alienationis sit adaptanda ad substitutiones præcedentes, non potest ampliari primogenium, seu fideicommissum ad alias personas, sed intra limites, seu cancellos præcedentis dispositionis continetur. And. Alciat. *in l. cùm pater.* 79. §. *fundum.num.*6.*ff.de legat.* 3. Philipp. Dec. *consil.* 513. *num.* 12. *volum.* 2. Rota *diuersorum decis.* 698.*part.*1. *n.* 16. *&* 17. Iacob. Menoch. *consil.* 220. *num.* 26. *lib.* 3. firmans quòd si generaliter dicatur quòd bona non exeant de familia, restringitur præceptum ad casum præcedentis dispositionis. Idem *consil.* 233. *ex num.* 27. idem *lib.* 4. *præsumptionum, præsumpt.* 68.*num.*18.*cum seqq.*

Secundus casus est, quando prohibitio alienationis fit per modum dispositionis, veluti, *Prohibeo bonorum alienationem, quia volo quòd mea bona perpetuò maneant in familia, vel agnatione mea.* quo casu satis controuerso, receptior sententia est, quòd prohibitio hæc perpetua perpetuum fideicommissum inducat, seu maioratum. Sed hoc fortissimum, vbi testator exprimẽdo rationem, verba perpetuitatis apposuit. Sic optimè & copiosè tenet Vincent. Fusar. *de fideicomm.substit. quæst.* 688. *num.* 17. & *num.* 18. ita consuluisse affirmat. Probat Alciat. *resp.* 101.*num.*4. *lib.* 9. & secundùm primam impressionem *resp.* 777. *num.* 4. vbi Mediolani ita iudicatum testatur. Quod magis receptum dicit Menoch. *consil.* 197. *num.*20.*& consil.* 900. *numer.* 19. *& consil.* 1012. *num.* 13. *& consil.* 1029. *num.* 1. in quibus locis plures adducit. Sequitur Rota per Farinac. *decis.* 193. *num.* 6. *part.* 1.*in nouissimis.* Idémque recensent alióśque citant Vincent. Fusar. *de subst. fideicomm.quæst.*688.*num.*30. & Rimin. *consil.* 20. *num.* 6. *cum seqq. & num.* 23. *& consil.* 23. *num.* 224. *&* 225. *lib.* 1.

Et conueniunt omnes quòd vbicumque dispositiuè prohibitio alienationis facta est, vt bona perpetuò in familia maneant, in fauorem familiæ fideicom-

fideicommissum perpetuum & absolutum est inductum.

Sed difficultas erit cognoscere quando dicatur testatorem per modum dispositionis principalis disposuisse, vt bona remaneant in familia: super quod recurrendum erit ad Petram *de fideicomm. quæst.* 5. in primo casu, & ad Peregr. *art.* 14. *dub.* 13. qui exempla nonnulla referunt.

At verò si verba prohibitiua ordinantur ad substitutiones præcedentes, vltra illas personas nominatas prohibitio non progreditur, neque fideicōmissum perpetuum inducūt; etiamsi tales substitutiones verbis quantumcumque generalibus, ac perpetuitatem, tractúmque successiuum denotantibus, conceptæ sint, ne ratio sit amplior dicto, quæ ad eas personas tantùm dirigitur, quibus prohibita est alienatio, & ideò ad alias trahi non debet: est etiam restricta ad casus, quibus facta est substitutio, & sic ad alios non est porrigenda. Doctores enim qui dicunt, quòd clausula illa absolutum denotat fideicommissum, generali clausula innituntur; cessante autem generali ratione, non potest subsistere extensio, siue comprehensio ab ea proueniens. Rota diuersorum 2. *part. decis.* 230. *n.* 2. *cum seqq.* Petr. Surd. *decis.* 85. *n.* 4. *&* 5. *part.* 1. *&* *consil.* 448. *n.* 25. *&* 26. *versic. minus refragatur. vol.* 3. Burs. *consil.* 337. *n.* 53. *&* 54. *vol.* 3.

Tunc verò prohibitio realis perpetuum & absolutum fideicommissum inducit, quando in initio institutionis, per modum & regulam generalitatis præponitur; sed post substitutiones factas efficitur personalis, & non egreditur personas nominatas. Et facit quod diximus *sup. cap.* 4. *num.* 13. *in fine. Authent. de restit. fideicommiss. collatione* 9. & si fiat in rem, restringetur ad personas, & personali par est, quamquam perpetuæ prohibitioni adiecta sint illa verba vniuersalia, *ne exeant de familia, vel de nomine, vel de posteritate.* §. *nos igitur. iuncto* §. 1. *in Authentica de rest. fideicommiss.* Animaduertendo quòd in §. 1. fuit facta prohibitio alienationis, per illa verba, *nullo vnquam tempore*, & impersonaliter, dicendo, *ne exeat de familia.* Et tandem *in d.* §. *nos igitur*, dicitur quòd prohibitio illa non egreditur primum gradum vocatorum: & est ratio, quia prohibitio impersonalis refertur ad vocatos, & non protrahitur de persona ad personas. *l. pater filium.* 36. §. *fundum. ff. de legat.* 3. vbi illa verba, *ita enim fuit vt fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat*, non extenduntur vltra personam primi vocati. & facit *l. quæ conditio.* 39. *ff. de condit. & demonstrat.* Bald. *in l. filiusfamilias.* 117. §. *Diui. num.* 3. *ff. de legat.* 1. vbi eleganter satis ad rem Bolognet. *ibi num.* 169. *&* 270. & copiosiùs *consil.* 15. *ex num.* 56. Carol. Ruin. *consil.* 127. *num.* 10. *vol.* 2. Berret. *consil.* 55. *num.* 1. *&* 2. Honded. *consil.* 78. *num.* 34. *volum.* 1. vbi respondet quòd ex perpetua prohibitione alienandi, censetur testatorem voluisse tantùm alienationem prohibere ad conseruationem fideicommissi præcedentis, non autem inducere nouum fideicommissum: ac deinde *num.* 35. ex auctoritate plurimorum Doctorum deducit in hac specie & aliis similibus, eam esse disponentis voluntatem, nempe vt conseruentur bona inter descendentes, in casibus antecedentium substitutionum, & non vlteriùs. Pluribus in id relatis Menochius *consil.* 376. *ex num.* 47. *vsque ad num.* 54. Hippol. Rimin. *consil.* 535. *num.* 13. *volum.* 5. Rotæ decisionem recenset, in qua iuxta hanc sententiam causa decisa fuit. Et ita concludit Peregr. *de fideicommiss. art.* 14. *numero* 47. quòd prohibitio alienandi adiecta fideicommisso præcedenti, illud non auget, quatenus verba prohibitionis

in sui generalitate pati videntur, sed ad terminos fideicommissi instituti, vt consecutiuè facta ad maius fideicommissi robur: & addit Cardin. Alb. *consil.* 1. *numer.* 12. quòd testatores communiter fideicommissa in principio substitutionis condere consueuerunt, non autem in prohibitione alienationis; & propterea si testator omisit in substitutione id facere, non est credendum, quòd in prohibitione alienationis illud voluerit inducere: & refert Menoch. *sup. num.* 53. & hoc probat Caualc. *decis.* 5. *num.* 90. *part.* 3. vbi ita decisum in Rota refert. Ex quibus limitantur tradita per auctorem *sup. cap.* 4. *num.* 22.

In contrarium pugnare videntur auctoris verba *sup. num.* 6. ibi, *secunda coniectura*. vbi verba generalia, vt bona perpetuò in familia conseruentur, etiã relatiua ad præcedentes vocationes, eas non restringunt, imò dispositionem ampliant, & perpetuum & absolutum maioratum inducunt. Quam partem amplectuntur Velaz. de Auẽd. *in l.* 41. *gloss.* 3. *num.* 11. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *numer.* 24. Burg. de Paz *quæst.* 2. *num.* 61. *&* 104. Ioann. Franc. de Ponte *consil.* 46. *num.* 28. Rota Romana *decis.* 11. *numero* 2. *part.* 1. in collectis per Farinac. Ludouic. de Peguer. *decisione Cathalon.* 113.

Neque hoc casu credendum est, quòd auctor noster dissonam superioribus sententiam protulisset, siquidem *in dict. vers. secunda coniectura*, loquitur quando ad successionem primogeniti sunt vocati, & cum qualitate primogenituræ substitutio concepta fuit, ibi, *si post factas aliquas vocationes primogenitorum*. & ibi, *vt in familia primogeniti conseruentur*. quo casu inducitur simplex & absolutum fideicommissum, ac perpetuus inter omnes de familia maioratus. vt per auctorem *inf. num.* 31. & melìùs *num.* 39. vel quando sunt verba denotantia perpetuitatem, ex his quæ inferiùs dicemus.

In versiculo, Quod etiam si non adsit. Auctor maiorem vim tribuit dispositioni, quando sic ordinatur, vt bona in agnatione conseruentur, quàm in familia, siquidem in priori casu, (etiamsi alienationis prohibitio non interueniat) maioratum institutum censeri; in secundo verò prohibitio alienationis, & hoc per modum causæ præcedere debet; & in terminis prioris conclusionis, quando nulla adest prohibitio, probant Petr. Surd. *consil.* 67. *&* *consil.* 96. Mier. *tract. de maiorat.* 2. *part. quæst.* 5. *per totam.* qui (licèt laboriosè) nihil concludit. Velasq. de Auend. *in l.* 41. *Tauri. gloss.* 3. *num.* 18. Flores Diez de Mena *lib.* 1. *variarum*, *quæst.* 18. *num.* 37. Gabr. Pereir. *decis.* 8. *Portugal. num.* 3 Rota per Farinac. *decis.* 196. *ex num.* 6. *part.* 1. *in nouissimis.* Et fortiùs adnotandum erit, si testator se facere maioratum profitetur, posteáque addat se velle vt talia bona in agnatione maneant: quo casu verbum *maioratus*, solùm sufficeret, vt tenet noster Molin. *sup. cap.* 4. *num.* 13. vbi diximus, *&* *num.* 39. ídque pari modo ex verbis tractum successiuum & perpetuitatem denotantibus statuendum opinor, ex traditis per auctorem *infr. hoc eodem cap. num.* 33. vbi expendit dictiones illas, *semper*, *perpetuò*, atque *in infinitum*, idémque *numer.* 38. *in fine*, prosequitur, alia adducens Iacobus Menochius *consil.* 1195. *lib.* 2. Rota Romana per Farinac. *decis.* 125. *num.* 2. *part.* 1. *in nouissimis.* Perez de Lara in specie *lib.* 1. *de anniuers. &* *Capellan. cap.* 5. *num.* 41. *&* 42. Molinus *tract. de rit. nuptiar. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 121. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 5. *num.* 6. eadem Rota Romana *decis.* 193. *per totam*, in recollectis per Farinac. Et hoc in Hispanorum primogeniis, ex perpetua eorum natura,

tura, sine aliqua hæsitatione, verum est, vt toto hoc capite demonstrabitur, *& sup. dict. cap.* 4. ostensum fuit. Sicque inter omnes de agnatione inductum fideicommissum censebitur, non modò intet descendentes, verùm etiam inter transuersales. Petr. Surd. *consil.* 45. *vers. respondeo.* Idque confirmatur ex traditis per auctorem *suprà cap.* 4. *num.* 39.

Et hoc fortiùs, si conditor maioriæ apposuisset prohibitionem alienationis, subiiciens postea rationem, quia volebat bona in sua agnatione conseruare. Tunc enim omnes de agnatione successiuo fideicommisso censentur grauati: vt per Manticam *de coniecturis. lib.* 11. *tit.* 6. *in fine.* Petr. *de fideicommiss. quæst.* 5. Iacobus Menochius *consil.* 117. *num.* 18. *& consil.* 220. *num.* 26. *& cons.* 310. *num.* 23. *& consil.* 348. *num.* 22. *& consil.* 1107. *num.* 27. Marc. Ant. Peregr. *consil.* 49. *lib.* 1. *& consil.* 98. *num.* 3. *lib.* 4. *& consil.* 47. *num.* 5. *lib.* 5. vbi testatur ita sæpiùs iudicatum. Rota pet Farinac. *decisione* 14. *num.* 4. *tit.* 7. *part.* 1. *in nouissimis.* vbi approbat hanc sententiam, quando prohibitio stat de per se; aliud verò si stat necessariò & consecutiuè ad primam substitutionem. Sed eadem Rota *decis.* 44. *in fine, & decis.* 47. tenet hoc ipsum, licèt ptohibitio stet consecutiuè. Qua retenta sententia, amplia, etiamsi dicatut, *prohibeo alienationem, donec aliquis ex meis descendentibus, vel agnatis extaret.* vt per Vincent. Fusard. *de fideicommiss. substit. quæst.* 480. *ex num.* 37.

Num. 8.

Rationis expressæ qualis & quanta sit vis, virtus, & effectus, vide D. Ioannes del Castillo *tom.* 6. *capite* 169. *per totum*, vbi luculenter & plenè.

Num. 9. & 10.

His adde D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *cap.* 28. *numer.* 22. & iterum *tom.* 6. *controu. quotid. cap.* 181. *num.* 5. *prope finem, & cap.* 169. *per totum.*

Num. 11. & 12.

Prosequitur nouissimè D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 120. *ex numer.* 18. & itetum 181. *numer.* 7.

Num. 13. & 14.

Vide *sup. num.* 8. Castill. *tom.* 5. *cap.* 172. *num.* 16.

Num. 16.

Diximus *sup. num.* 7. & vide Castill. *tom.* 5. *cap.* 143. *num.* 43.

Num. 17.

Auctotem sequitur Rota, (eo non relato) *decis.* 16. *num.* 8. *part.* 8. in collect. per Farinac. dicens quòd *in d. §. feudum*, prohibitio alienationis facta per verba enunciatiua, quæ non inducunt dispositionem. At vetò (tam magni Senatus, tantíque viri salua pace) vera illius textus interpretatio hæc est, animaduertendo quòd *in d. §. fundum Titianum*, ptohibitio illa non fuit simplex, & absoluta, sed limitata ad tempus vitæ: quod denotant verba textus, ibi, *quo ad vixerit*, quæ dictio *quo ad*, tempus significat. Battol. *in l.* 1. *num.* 15. *ff. de conditionibus & demonst.* & tempus limitatum (iuncto illo verbo) *vixerit*, vitæque metas non excedit. Quare prohibitio illa vsque ad mortem habuit limitatum effectum, & non vltrà. Idque fortiùs comptobatur

C 3 ex



ex verbis *venundari*, *donari*, *pignorari*, contractus potius quàm vltimas voluntates significātibus. Ergo prohibitus in vita alienari, non impeditur vt possit liberè testari, cessante causa & obstaculo temporalis impedimenti. Iuris namque regula est, prohibitum ad tempus, post tempus permissum censeri, *l. Imperator. ff. de post. l. statuliberum. §. Stichum. ff. de legat. 2.* & sic perinde est ac si dixisset testator, fundum Titianum filius meus quo ad vixerit neque vendat, neque donet, neque pignori det. Alienatio verò per institutionem hæredis exinde minimè fuit prohibita, imò permissa, vt patet ex textu, ibi, *Respondi hoc ex voluntate defuncti colligi posse, filium quo ad vixerit alienare, vel pignorare non posse, testamenti autem factionem, & in eo fundo in extraneos hæredes habiturum.* Ex quibus sic perpensis facilè auctoris aliorúmque Doctorum lapsus deprehenditur, existimantium talem alienationem valere, ex eo quòd prohibitio facta fuit per verba enunciatiua futurum euentum denotantia, quod quàm alienum à mente Consulti fuit, apparet.

Num. 18. & 19.

IN quo casu agnati & cognati instituti censeantur, Philip. Decius *consil.* 225. *n.* 3. & *consil.* 269. *colum.* 2. Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 15. Menoch. *consil.* 117. 14. & 15. & *consil.* 220. *n.* 34. & *consil.* n803. *ex n.* 43. & *de præs. lib.* 4. *præs.* 69. *n.* 15. vbi declarat *cons.* 21. Oldradi. Vinc. Fus. *de fideic. subst. q.* 366. *ex n.* 1. Amplia ad fœminas quæ veniunt appellatione proximorũ, per eundem Fusar. *num.* 3.

Sed hanc vltimam conclusionem limita. Primò, vbi sumus in materia, quæ non conuenit tam masculis, quàm fœminis. Fusar. *numer.* 9. Secundò, vt quando testator discretiuè de masculis & fœminis locutus fuit. Idē *num.* 20. Tertiò quando testator se restrinxit ad masculos dumtaxat. Idem *num.* 21. Quartò, quando vocatis masculis, in defectu eorum alios proximiores substituisset, per hoc verbum, *alios*, quod repetit præcedentem qualitatem. Idem *num.* 22. Quintò, vbi proximiores de agnatione essent vocati. Idem *num.* 24. Sextò, quando statutum extat exclusiuum fœminarum. Idem *num.* 25.

Et superior conclusio confirmatur ex traditis ab auctore *inf. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 8. Ex quo profluit quod refert Decius *consil.* 149. *num.* 1. vbi si vocentur filij & descendentes masculi, & his deficientibus antiquior domus ad ius patronatus, omnes censentur comprehensi, quia sola qualitas familiæ attenditur, quæ omnibus de familia communis est; ídque recenset Menoch. *consil.* 97. *num.* 190. & *consil.* 220. *num.* 20. *lib.* 3. & *lib.* 4. *præsumptione* 92. & vide *l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. l.* 3. *l. intestato. ff. de iure codicil.*

Num. 20. & 21.

HIs adde Paul. Paris. *consil.* 72. *num.* 90. *lib.* 4. D. Ioann. de Castill. *tom.* 5. *cap.* 93. *ex numer.* 17. Valenz. Velazq. *consil.* 23. *numer.* 17. Mol. *cap.* 6. *num.* 18. *lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 29. Castill. *tom.* 3. *cap.* 19. *n.* 166. & *tom.* 5. *cap.* 93. §. 1. Amat. *variarum resolutionum, resol.* 1. *n.* 30. vide *infrà num.* 39. & 43. Quæ conclusio proculdubio verissima est, vt Iacob. Menoch. *d. consil.* 220. *num.* 34. *lib.* 3. Ac propterea dispositio loquens de primogenito, intelligitur de eo qui talem qualitatem obtinebat, quando dies fideicommissi cessit. Ita Gregorius Lopez *in l.* 28. *titulo* 8. *part.* 5. *verbo, segun se vbiere.* Bald. *consil.* 275. *col. vltim. lib.* 2. Alex. *in l. ex facto. §. si quis autem. num.* 3. *ff. ad SC. Treb.* Ludou. Roman. *consil.* 438. *n.* 13. Mandel. Alb. *consil.* 382. *num.* 7.

n. 7. vol. 2. vbi notat quòd ille qui priùs erat secundogenitus, efficitur postea primogenitus, si ante diem successionis ille qui verè primogenitus erat, moriatur, vel aliter fiat inhabilis. Idémque tenent Hippol. Rimin. *consil.* 544. *volum.* 5. Iacob. Menoch. *in responso pro Tribulcis*, *num.* 354. Eman. Costa *de bonis regiæ coronæ.* 1. *part. num.* 11. Ioann. à Terrarubia *tract. contra rebell. regn. Franc. art.* 1. *conclus.* 12. *& seqq.* Corset. *tract. de potestate regia. quæst.* 10. Bellamer. *decis.* 723. *numer.* 16. Rota Romana *decis.* 128. *numer.* 1. *part.* 2. *in nouissimis.*

Et licèt primogenitus is tantùm dicatur qui primo loco genitus est, attamen illo deficiente iura primogenituræ consequitur is, qui illum proximè & immediatè sequitur ex fratribus. Qua retenta sententia, amplia, etiamsi testator vocasset priores. Ita super testamento Iasonis consuluit Menoch. *consil.* 915. & tenet Fusar. *de fideicom. subst. quæst.* 384. *num.* 8.

Ex quibus infertur quòd si legatum filio secundo, vel tertio genito esset relictum, id admittit, hac potissima ratione, quia deficientibus primo & secundo genitis, sequens filius, aut frater definit esse tertio genitus, & verba dispositionis tunc non applicantur ei propriè, cùm primogenitus efficiatur. Idque mirabiliter tenent Couarr. *lib.* 3. *variarum. cap.* 5. *n.* 4. *vers.* 4. *ex his.* Franc. Rip. *resp.* 132. *ex num.* 14. Andr. Alciat. *consil.* 101. *lib.* 9. & in antiqua impressione *consil.* 560. *& in l. proximus* 92. *n.* 2. *vers. sed & lex. ff. de verborum signific.* Iacob. Menochius *consil.* 211. *numer.* 46. *& seqq. & consil.* 220. *num.* 58. *vol.* 3. Cardin. Mantic. *lib.* 8. *de coniect. vltim. volunt. titul.* 10. *num.* 8. vbi aduersùs Zazium hanc partem tenet, qui contra communes & receptas sententias censebat primogenituræ qualitatem extincto primogenito filio non deuolui ad secundo genitum. Cuius opinio aliàs conuincitur, ex traditis per Riminald. *consil.* 544. *num.* 67. *vol.* 5. *& num.* 251.

Num. 22.

Mier. *tract. de maiorat.* 2. *part. quæst.* 4. *illat.* 3. dicens hanc clausulam intelligendam esse de omnibus primogenitis.

Ibi, *Que finguen al hijo maior.* Ex vocatione filij maioris plurimi existimarũt coniecturam maioratus induci, vide Mol. Theol. *tract. de iust. & iure, tom.* 3. *disputat.* 590. *lit. D.* Aluar. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 6. Flores Diez de Mena *lib.* 1. *variarum. quæst.* 17. *num.* 38. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 5. *num.* 3. Marc. Anton. Peregr. *consil.* 46. *numer.* 7. *lib.* 2. *& tract. de fideicomm. subst. art.* 14. *num.* 14. Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 69. *num.* 12. idem Menoch. *consil.* 1195. *numer.* 19. *lib.* 12. Peregr. *consil.* 22. *num.* 51. *& consil.* 56. *num.* 3. *lib.* 4. *l.* 11. *titulo* 9. *lib.* 5. Petr. Surd. *consil.* 141. *num.* 31. & ante eos Franc. Ripa *resp.* 131. *num.* 16. Tibet. Decian. *consil.* 50. *num.* 12. *lib.* 1. Prosequitur Valenz. Velazq. *consil.* 69. *num.* 6. vbi ex Oldrado & reliquis firmat vocationem filij maioris, siue primogeniti intelligendam esse de successione perpetua, non ad primum gradum restricta, siue ad primam successionem; sed interpretes citati tam exteri, quàm regnicolæ, aut prorsus aberrarunt, aut intelligi debent quando cum expressione verbi *maioratus* vocatio filij maioris, siue primogeniti concurrit, aut ex aliis probabilibus coniecturis id elici possit, vel quando dispositio concepta est per nomen collectiuum, quod tractum successiuum, & perpetuum in futurum inducat: ex traditis per auctorem *hic*, ibi, *indefinitè pronuntietur.* Cui consona sunt quæ scripsit ipsemet auctor *inf. num.* 35. vbi si testator masculis propriæ fami-

liæ

liç bona sua relinquat, ita quòd proximior in eis succedat, ex hoc induci tacitam maioratus coniecturam firmat. Sed *num. 36.* id explicat, his verbis, *hoc tamen quando fideicommissum masculis ex familia testantis procedentibus indefinitè relictum est, procedit.* & alibi *num. 20.* subdens, *idque quando dispositio tractum successiuum, seu perpetuitatem requirit, verissimum est. & num. 39.* ibi, *vel de hærede in hæredem, vel de masculo in masculum, gradatim, vel successiuè.* Quibus verbis potissimè suffragantur tradita per ipsũ *num. 18. & 32.* Aliter absurdum est dicere ex sola primogeniti, seu filij maioris vocatione, maioratus coniecturam capi. Quo casu nisi alia ad id suadeant (vt prædiximus) verbum, *maior,* simpliciter prolatum, prærogatiuam ætatis tantùm denotat. *l. si pater*, ibi, *nec maior, nec minor. ff. de adopt.* Alex. *consil. 4. num. 13. vol. 4.* Andr. Tiraq. *de primogenitis. quæst. 40. num. 160.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 456. num. 82. & 84. & cap. 695. num. 4. lib. 4.* Et in specie Iacob. Menoch. *consil. 442. numer. 19. lib. 4.* Et quòd non sufficiat primogeniti vocatio, siue filij maioris, vbi restator alias vocationes per nomen collectiuum non ordinauerit, vel indefinitè & successiuè locutus fuisset, probat Azeu. *consil. 18. num. 1.* Nec toto isto capite contrarium tenet auctor, imò ex sola vocatione filij maioris, siue filij primogeniti, coniecturam maioratus non deducit; nisi testator alibi profiteatur se velle maioratum facere, vel ex coniecturis hoc posse deduci, appareat. Et in specie nouissimè cum auctore tenent Sesse *decis. Aragon. 362. numer. 63. & 64.* D. Ioann. del Castill. *lib. 2. controu. quotid. cap. 22. ex num. 44.*

In versiculo, *id verissimum*, innuit auctor quòd idem est si in maioratu vocetur filius maior, vel filius primogenitus. Et cum auctore tenet Burg. de Paz *quæst. 1. num. 1. & quæst. 2. num. 84.* vbi de communi testatur, & antea firmauit Bald. *in l. cum antiquioribus. num. 15. versic. primò permitto. Cod. de iure delib.* Mantic. *tract. de coniecturis vltim. volunt. l. 8. titulo 10. num. 1.* & quòd inter has vocationes nulla differentia sit, comprobat Menoch. *consil. 1006. numer. 37.* Contrarium tenet Emanuel Costa *de maioratu regiæ coronæ. part. 1. num. 11.* vbi maiorem vim tribuit dispositioni, quando vocatus fuit filius maior, eo quòd verbum hoc magis sit relatiuum ad qualitatem illius, qui de futuro, & tempore successionis futurus est maior. Idémque sectantur Gratian. *disceptat. forens. tom. 5. cap. 834. ex num. 1.* Iacob. Menoch. *cons. 442. num. 19. cum seqq. & consil. 97. lib. 1. & consil. 220. numer. 102.* Sed in Hispania ex communi vsu loquendi verbum *filius maior* sumitur pro filio primogenito; eandémque significationem generat. Et his subiunge tradita per auctorem *infr. lib. 3. cap. 8. num. 19.*

Num. 23. & 24.

IBi, *Tunc enim non omnes.* Hîc concluditur quòd si vocata est familia, agnatio, seu cognatio, non omnes simul, sed ordine successiuo admittũtur. Quam partem tuentur Castill. *cap. 22. num. 29.* Petr. Surd. *consil. 96. num. 18. in fine.* Rota per Farinac. *decis. 203. numer. 3. & decis. 300. per totam, part. 1. in nouissimis.* Et hoc, etiamsi collectiuo modo sint instituti, nec specificè nominati, aliàs namque transitus bonorũ in perpetuum considerari non possit: prout animaduertunt Peregr. *tract. de fideicom. art. 13. num. 76.* Cardin. Mantic. *tract. de coniecturis vltim. volunt. lib. 6. titulo 14. num. 24.* Petr. *tract. de fideicomm. quæst. 5. num. 43.* Matheaz. *eodem tract. lib. 1. cap. 22.* Iacob. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 68. ex num. 8.* Franc. Molin. *tract. de rit. nupt. cap. 24*

cap. 24. *numer.* 118. Steph. Gratian. *tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 536. *num.* 61. Aymon. Crauet. *consil.* 130. *num.* 6. Gabriel *consil.* 132. *num.* 59. Nec aliter bona in agnatione possunt conseruari, nisi per grauamen impositum reciprocè vnius in alterum. Michael Cras. *recept. sentent.* §. *fideicommissum. quæst.* 5. *num.* 6. Borgni. Caualc. *decis.* 5. *num.* 74. *part.* 3. Petrus Surd. *decis. Mantuæ* 84. *numer.* 1. & *decis.* 85. *eodem num.* Rota Romana per Seraphinum *decis.* 579. *num.* 9. & per Farinac. *decis.* 105. *numer.* 7. *part.* 1. *in nouissimis.*

Et vbi agnatio vocata est ordine successiuo (vt prodiximus) exclusis fœminis & masculis ex fœminis, succedendum erit. Petrus Surd. *d. consil.* 67. idem *consil.* 443. *num.* 15. Petra *tract. de fideicommiss. quæst.* 5. *ex num.* 9. Franc. Molin. *d. tract. de rit. nupt. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 119. D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controuer. cap.* 4. *ex num.* 76. & iterum *tom.* 5. *cap.* 93. §. 1. *numer.* 74. Rota per Farinac. *decis.* 195. *n.* 6. *part.* 1. *in nouissimis.*

Num. 25.

ADde Mier. *tract. de maiorat.* 2. *part. quæst.* 5. *à num.* 6. & auctoris opinio *in vers. hi tamen*, in Hispaniis primogeniis communiter admitti solet, nam etsi verum sit quòd non vocentur filij & descendentes, censentur vulgariter substituti, ita vt primo adeunte hæreditatem, cæteri remaneant exclusi, hoc facit primò, quando vocati sunt per verbum commune *relinquit*, aut simile. Vt post alios reducit Rota per Farinac. *decis.* 344. *num.* 6. *part.* 1. *in nouissimis.*

Secundò quando adsunt verba tractum successiuum denotantia. Rota *vbi sup. numer.* 4. & *decis.* 266. *numer.* 12. *part.* 1. *in nouissimis*, & *decis.* 300. *num.* 8. vbi testatur ita bis fuisse resolutum in Rota.

Num. 26.

VErs. *quod autem.* Adde Peregr. *de fideicommiss. art.* 15. *num.* 12.

Num. 27.

VIde Pereir. *decis.* 48. & *decis.* 5. vbi de admissione ascendentium. Mier. 2. *part. in præfatione. numer.* 146. disputátque latiùs Vincent. Fusar. *de fideic. substit. quæst.* 382. *per totam.* Et quid quando parentela vocatur? Mieres *vbi sup. num.* 147.

Num. 30.

SEquitur Menoch. *consil.* 934. *num.* 44. & nouissimè explicat Fusar. *de fideicom. subst. quæst.* 384. *num.* 7.

Num. 31.

MIer. *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 1. *ex numer.* 48. Auend. *in l.* 40. *Tauri. gloss.* 2. *numer.* 4. Aluar. Valasc. *consil.* 82. *ex num.* 9. Surd. *consil.* 141. *num.* 5. & 46. Parl. *in sesquic. differentia.* 18. *imped.* & de auctoris sententia hîc, *versiculo*, *ex quo nulla est disceptatio.* Castill. *tom.* 5. *cap.* 143. *num.* 41.

Num. 32.

EXplicat hoc ipsum nouissimè D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 93. §. 3. *per totum.* & §. 4. & *cap.* 443. *n.* 40. *versic.* 3. & *principaliter.*

Num. 33.

LImita si apponatur adiectio relatiua, sublimitans maioratus perseuerantiam, ad hoc quòd non excedat vocationes & gradus in dispositione præscriptos: quoties enim substitutiones in infinitum verbis absolutis & generalibus, seu vniuersalibus conci-

piuntur, adiectis dictionibus relatiuis, fideicommissum extra casus expressos non inducitur; & dictio perpetuitatem inducens reducitur ad terminos fideicommissi expressim inducti, & operatur, ac si dictum fuisset, *in casibus, in quibus suprà feci substitutiones, vocati perpetuò succedant*. Ita concludunt ex pluribus Bolognet. *consil*. 15. *num*. 57. *vsque ad* 61. Zephal. *cons*. 269. *num*. 47. *volum*. 2. nobiliter Petr. Surd. *consil*. 448. *num*. 25. *volum*. 3. Hippol. Riminald. *consil*. 279. *num*. 97. *volum*. 2. & in terminis vrgentibus Rota *diuersorum decis*. 230. *part*. 2. *per totam*. Nec verba præcedentia generalia fideicommissum extendunt (quantumcumque perpetua sint.) Vltra eos casus & personas quas testator nominauerit, & expresserit, vel intellexerit, sed ipsis accedunt, limitantur, & subiacent, absque vlla spe & adminiculo extensionis. *l. pater filium*. 36. §. *fundum*. *ff. de legat*. 3. *Auth. de restit. fideic. collat*. 9. Philipp. Deci. *consil*. 218. *num*. 13. *&* 16. *& consil*. 377. *numer*. 5. Carol. Ruin. *consil*. 136. *num*. 10. *volum*. 3. vbi dicit quòd dictio *in infinitum*, quæ est vniuersalis respectu temporum & personarum, verificatur solùm in illis personis, quæ sui natura sub d. verbo possunt includi; & per consequens significat infinitatem, quæ potest habere locum, quantum ad personas in dispositione contentas, non quantum ad extrinsecas. Ioann. Zephal. *consil*. 17. *num*. 22. *cum seqq*. *volum*. 1. *& consil*. 269. *num*. 47. *volum*. 2. pulchrè Bursat. *consil*. 237. *num*. 64. *volum*. 3. Honded. *consil*. 78. *num*. 34. *volum*. 1. vbi *numer*. 35. ait quòd etiamsi testator dicat velle bona conseruari penes hæredes, ac descendentes in infinitum, intelligitur quatenus præcedentes substitutiones patiuntur, & non aliter.

Num. 34.

QVòd ex onere ferendi nomen & arma testatoris, coniectura capiatur maioratus, tradunt Iacob. Menochius *lib*. 4. *præsumpt*. 69. *num*. 19. *præs*. 68. *num*. 13. *& consil*. 117. *num*. 23. *lib*. 2. Ludou. Morof. *responso*. 68. *per totum*. Alex. Raud. *tract. de Analog. cap*. 30. *num*. 1. Ioann. Garç. *tract. de nobilitat. in diuisione operis. num*. 4. & pluribus relatis Flores Diaz de Mena *lib*. 1. *variarū quæst*. 17. *num*. 40. & Fusar. alios referens *de fideicomm. substit. quæst*. 384. *numer*. 9. *&* 390. *numer*. 10. vbi ex Menoch. & Mier. id firmat. & alios referens Ioseph. Ramon. *consil*. 15. *num*. 75. Ratio est, quia hoc præceptum ad conseruationem familiæ tendit. Cassan. *in catal. gloriæ mundi*. 1. *part. consideratione* 38. *conclusione* 41. Andr. Tiraq. *de nobilit. cap*. 6. *numer*. 17. & ad hunc finem dirigitur omnium testatorū dispositio, vt nominis & armorum delatione, perpetua semper & immarcessibilis eorum memoria in posterum reddatur. Vt animaduertunt Ioan. Franc. de Ponte *super maioratu domus de Tobar. consil*. 4. *num*. 35. *per totum*. Borgnin. Caualc. *decis*. 5. *num*. 62. *&* 67. *part*. 3. Cardin. Tusc. *tom*. 1. *practicarum conclusione* 106. *vers. arma & insignia*.

Idque non indistinctè verum est, sed, vt noster auctor profitetur, accedente alienationis prohibitione, & aliquibus primogenitorum vocationibus, vt resoluit *in fine*. Cuius vestigiis inhærendo hanc sententiam probat Thesaur. *decis*. 290. *num*. 10. alioquin difficile erit bona maioratui subiecta esse pronunciare, ex sola nominis & armorum delationis conditione. Et sic intelligi potest quod ipsemet auctor repetit *in fin. lib*. 2. *cap*. 14. *num*. 7. vbi simpliciter grauamen nominis & armorum sufficere demonstrat.

Num. 35.

ADde Auend. *in l*. 41. *Tauri. gloss*. 3. *num*. 17. Mier. *de maioratu*. 2. *part. quæst*. 5. *num*. 26. Flores Diaz de Mena *lib*. 1.

lib. 1. *variarum. quæst.* 17. *ex num.* 35. Menoch. *consil.* 1006. *num.* 3. *lib.* 11. D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 4. *ex num.* 79. vbi Aldobrand. commendat *consil.* 43. *num.* 69.

Num. 36.

SEquitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 92. *numer.* 7. & auctorem referens nouissimè recenset Fusar. *de fideicomm. substitut. quæst.* 479. *num.* 68. & 69. Menoch. *consil.* 1203. *ex num.* 1. *lib.* 13. & *consil.* 1228. *num.* 25. *vers. tertia est conclusio.* quod intelligo quando indefinitè masculorum vocatio facta est, vt per auctorem *hîc.*

Num. 37.

COncluditur quòd quando institutor primogenij ad certas personas, seu gradus se retulit, eius dispositio vltrà non progreditur, neque eam extendit conseruandæ agnationis ratio. Idem auctor *infrà lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 10. & 19. & 20. vbi repetit Petr. Surd. *consil.* 448. *num.* 30. *volum.* 3. Iacob. Menoch. *consil.* 233. *numer.* 28. *lib.* 3. & *consil.* 243. *num.* 52. Pedroch. *consil.* 19. *numer.* 84. Hippol. Rimin. *consil.* 457. *num.* 45. *volum.* 4. Mandel. Alb. *consil.* 287. *num.* 14. *volum.* 2. Et ideo fideicommissum, seu primogenium præscriptos cancellos non egreditur. §. *nos igitur. Auth. de restitut. fideicommiss. colum.* 9. quem textum in id expendit Mantica *tract. de coniecturis vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 6. *pag.* 250. vbi latè prosequitur, probans ex pluribus non licere substitutiones addere contemplatione agnationis, in qua testator eatenus bona conseruare intendit, quatenus substituit. ex Rub. Alexandrino *consil.* 120. *num.* 9. quod & tradunt Ripa *in l. centurio, num.* 162. *ff. de vulgar.* Tiber. Decian. *consil.* 86. *num.* 17. *volum.* 3. latè Hippol. Rimin. *consil.* 645. *numer.* 52. *cum seqq. volum.* 6. Botta *consil.* 50. *num.* 53. Riminal. *consil.* 509. *num.* 94. Cephal. *consil.* 510. *num.* 8. & 13. Bardel. *consil.* 95. *numer.* 22.

Qua retenta sententia, amplia, vbi substitutio facta est per nomina propria, vel appellatiua naturalia, puta *filium, fratrem, patruum*, & similia: vel per dictiones relatiuas, vt *dicti, prædicti, modo quo suprà.* Petr. *de interpretatione vltim. volunt. fol.* 293. *num.* 71. *vers.* 20. Torniol. *consil.* 8. *num.* 105. *versic.* & *ex his.* Borgnin. Caualc. *decis.* 85. *num.* 28. Fusar. *d. quæst.* 480. *num.* 29. Licèt secus, si in omnibus substitutionibus absolutè ratio agnationis fuisset considerata. Fusar. *de quo proximè, num.* 27. & ex auctore *suprà num.* 16. vbi annotatum reliquimus.

Num. 38.

EX præcedentibus, videlicet *numer.* 35. & 36. auctor statuit quòd si institutor maioratus masculos propriæ familiæ vocauerit, hoc adducto, vt vnus eorum ac proximior in eisdem bonis succederet, maioratum instituisse videatur, quam decisionem *num.* 37. temperat, dicens hoc procedere quoties indefinitè & successiuè institutio concepta est: secus si filio primogenito, si agnato, si cognato, & suis filiis & descendentibus substitutio facta sit. Nam licèt inter has personas speciales fideicommissum teneat, eas non egreditur, sed excludit omnem alium successionis euentum, & vlteriorem progressum respicit, & continuationem. Idque inferiùs *numer.* 38. ampliat, subdens hoc verum esse, etiamsi institutor post vocationem filij sui masculi & suorum descendentium masculorũ, ad plures alios substitutionum gradus fuerit digressus, ex Menoch. *consil.* 803. *num.* 9. *volum.* 9. & *consil.*

1006. numer. 44. vers. 1. monet. & consil. 1023. num. 9. volum. 11. Castill. tom. 5. cap. 93. §. 4. num. 9. Fusar. quæst. 277. num. 7. & quæst. 390. num. 5. & quæst. 480. num. 55. & 57. cum seqq. imò descendentibus finitis, & vocatis, (nisi ex disponentis coniecturis probabilibus aliter appareat) fideicommissum expirat: vt probar auctor hic vers. Quæ omnia vera sunt. Vel nisi testator se facere maioratum profiteatur, prout diximus suprà cap. 4. num. 13. in fin. & tenent Paz tract. de tenut. cap. 85. num. 68. D. Ioann. del Castill. lib. 2. controuers. cap. 22. ex num. 44. Stephan. Gratian. tom. 4. disceptat. forens. cap. 765. ex num. 1. & tom. 5. cap. 847. ex num. 7. Caualc. decis. 5. num. 73. D. Franc. de Leon decis. Valent. 60. in causa fideicommissi per dominam Beatricem de Borsa sororē Pontificis Alex. VI. vbi fuit votatum, fideicommissum non extendi vltra primum gradum. Et videndus est Fusar. de fideicomm. substitut. quæst. 479. ex num. 80. vbi in pro & contra plura tractat Menoch. consil. 1195. num. 19.

Num. 39.

HAnc conclusionem probat Mier. tract. de maiorat. 2. part. quæst. 5. num. 34. & 113. Corn. qui loquitur de gradu in gradum, decis. Lucensi 122. ex numer. 30. Prosequitur Alex. Raud. variarum cap. 43. num. 18. & nouissimè idipsum tenet Vincent. Fusar. de fideicomm. subst. quæst. 384. numer. 5. Castillo tom. 5. cap. 143. numer. 40. vers. 3. principaliter, Menoch. consil. 1195. numer. 19. lib. 12. Et de clausula de maiori in maiorem, Castill. lib. 4. cap. num. 42. & 43. & tom. 5. cap. 93. §. 5. num. 3. 4. & 10. & de clausula de vno in alterum, Perra de fideic. quæst. 5. numer. 7. Fusar. de substit. quæst. 277. num. 10. & quæst. 322. num. 54. & quæst. 384. num. 5. & 6.

Amplia primò, vt procedat non solùm in filiis, vel primogenitis positis in dispositione, verùm etiam in conditione positis, ex Menoch. consil. 775. lib. 2. Fusar. vbi sup. numer. 6. & de vocatione primogeniti in materia fideicommissaria, idem quæst. 480. numer. 36.

Amplia secundò, vt maioratus institutus censeatur non solùm in linea, verùm etiam de linea ad lineam, vt per Caualc. decis. 17. num. 40. & 50. part. 3. Cardin Mantica decis. 375. numer. 28. Vincent. Fusar. d. quæst. 480. numer. 51. vbi num. 52. plures congerit in contrarium afferentes quòd dicta clausula de hærede in hæredem, de gradu in gradum (etiamsi adiecta sint verba perpetuitatis) non operatur absolutum fideicommissum inter omnes de familia, & ita consuluisse testatur, & repetit num. 67.

Sed auctoris opinione retenta in hac materia sic distinguendum censeo: aut huiusmodi clausula fuit apposita dispositiuè, & in oratione separata: aut fuit apposita continuatiuè, & illatiuè, vel enunciatiuè. Priori casu non est ambigendum, auctoris sententiam locum habere; secundo verò secus, idque maximè comprobatur ex traditis sup. num. 6. & 7. vbi prohibitio alienationis per modum causæ & dispositionis vt bona in familia conseruentur, inducit fideicommissum perpetuum: facta verò non per modum rationis & dispositiuè, sed enunciatiuè nihil operatur, vt per eumdem auctorem numer. 17. & in terminis Surd. consil. 554. numer. 33. præcipuè numer. 40. vers. non er. lib. 4. Torniol. consil. 8. num. 81. & nouissimè sic has opiniones conciliare intendit Vincent. Fusar. d. quæst. 480. num. 54. & nuncupatim vide eumdem Fusar. quæst. 475. vbi quærit vtrùm de linea ad lineam iudicetur reciproca, quando testator liberos & descendentes in infinitum substituit, referens diuersas sententias.

Ibi,

Ibi, *Nona coniectura.* Præsens decisio communi plurimorũ voto recepta est, & repetit eam ipsemet auctor *infr. lib. 2. cap. 6. num. 57.* cuius vestigia sectantur P. Molin. *tract. de iust. & iure. tom. 3. disputat. 590. versic. nondum si in scriptura.* Mier. *tract. de maiorat. 4. part. quæst. 20. ex num. 324.* Auend. *in l. 41. Tauri. gloss. 1. num. 17.* vbi consuetudinem ordinariam sufficere testatur. Flores Diaz de Mena *lib. 1. variarum. cap. 18. num. 43* Perez de Lara *tract. de anniuers. & Capellan. lib. 1. cap. 5. num. 46.* & quòd ex consuetudine decennali institutus maioratus præsumatur, & hoc etiam vnico successionis actu, aliis concurrentibus coniecturis probat Gama *decis. 215. num. 1.* Idem ex minori tempore decem annorum, si duo, vel tres actus intercedant, vt pluribus adductis concludit Petr. Surd. *consil. 140. ex num. 43.* sufficitque in hac declaratiua obseruantia, sic aliquoties factum fuisse, prout testantur Gutierr. *consil. 2. num. 10.* Gratian. *decis. 24. num. 8.* Caued. *decis. Portugal. 221.* Marc. Ant. Peregr. *consil. 1. ex num. 1. volum. 5.* pro marchione de la Piouera. vbi loquitur de obseruantia viginti annorum: his adde Fontan. *tract. de pact. nupt.* vbi auctorem refert, & explicat *tom. 2. claus. 6. part. 2. gloss. 3. ex num. 41.* Nouissimè Valenz. Velazq. *consil. 97. numer. 204.* vbi plura adducit, & in dubia deponentium voluntate interpretanda, maximi momenti est consuetudo subsecuta, ita pluribus decisionibus Rotæ Romanæ comprobat Farinac. *decis. 463. num. 2.* & antea *decis. 194. num. 4. & decis. 597. num. 4. part. 2. in nouissimis. & decis. 169. num. 1. part. 2.* & vbi de tali consuetudine, siue interpretatiua obseruantia tractatur, præscriptio necessaria non est. Burg. de Paz *in l. 1. Tauri. num. 181.* Perez de Lara *tract. de anniuers. & Capellan. d. cap. 5. num. 49.* Iacob. Menoch. *consil. 49. num. 21.* Cardin. Tusc. *tom. 5. lit. O. conclus. 59. ex num. 30.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 377. num. 22. & cap. 377. ex num. 18. tom. 3.* & nouissimè *tom. 5. cap. 978. num. 27. & cap. 892. num. 37.* & inducitur vniformitate actuum, non deformitate & vario modo succedendi. Mastrill. *decis. Sicil. 265. num. 19.* & nisi in specie & individuo probetur, nil iuris tribuit possidenti. Ita Rota per Ludouis. *decis. 451. num. 7.* vbi additionator ampliat sufficere hoc etiam contra tertium. D. Franc. de Leon *decis. Valentiæ 29. ex n. 8.* Ioseph. de Sesse *decis. Aragon. 236. ex num. 30.*

Num. 40.

EX dictis in testamento, & extra, coniectura maioratus robur maximum capit. Ita in specie tenent Mier. *tract. de maiorat. 2. part. quæst. 5. num. 13.* Anton. Petr. *tract. de fideicom. quæst. 5. num. 60.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 4. cap. 637. ex numer. 11.* & nouissimè D. Franc. de Leon *decis. Valentiæ 60. num. 15.*

Num. 41. & 42.

HÆc cõclusio communi omnium interpretum iudicio recepta est, quam sequuntur Mier. *tract. de maiorat. 2. part. quæst. 5.* Auend. *in l. 41. Tauri. gloss. 3. per totam.* Flores Diaz de Mena *lib. 1. variarum quæst. 18.* Perez de Lara *tract. de anniuers. & Capellan. lib. 1. cap. 4. ex num. 14.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 537. ex numer. 55.* Petra *tract. de fideicomm. quæst. 9.* Angel. de Matheaz *tract. de legat. lib. 2. cap. 3.* Hug. Donel. *lib. 7. commentar. iuris ciuil. cap. 18.* Aluar. Valasc. *consultat. 82.* Vincent. Honded. *consil. 65. numer. 22.* Ludou. Cassan. *consil. 16. numer. 20.* Ioann. Ant. Bell. *consil. 12.* Petr. Surd. *consil. 241. numer. 3. cum seqq.* Gabriel Pereir. *decis. Lusitan. 5. num. 3.* D. Fran. Hieron. de Leon *decis. Valentiæ 60. num.*

60.*num.*17. D.Ioann.Franc. del Castill. *decis. Siciliæ* 152.*num.*1.Rota per Farinac. *decis.* 14. *part.* 1. *in nouissimis*. Anton.Fab. *decad.*26. *errore* 1.Bot. *decis.*640.*numer.*17. *vers. & licèt ex dictis*, *part.* 1. Castill. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 24. & 25. & *tom.* 5. *cap.* 143. *num.* 45. In qua materia potentiores sunt coniecturæ ex verbis tractum successiuum ac perpetuitatem denotantibus; vt Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 30.*per totum*. Anton. Petra *eodem tract. quæst.* 5. *ex numer.* 174. Francisc. Molinus *tract. de ritu nupt. lib.* 3.*cap.*23.*ex num.*81. D.Franc. Hieron. de Leon *d. decis.*60. *ex num.* 17. & diximus cum auctore *sup. num.* 38. Quibus adde Vincent. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst.* 276. & 277. *per totam*, vbi luculenter. Et ratio reddi potest, quia voluntas testatoris deprehenditur ex his, quæ extra testamentum dixit, siue professus fuit ipsemet testator. Afflict. *decis.* 44. *num.*8. Simon de Prætis *tract. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 1. *interpretat.* 1. *dub.* 3.*num.* 32. de quo vide Fusar. *quæst.*283. *per totam*. Concluditur itaque maioratum instituì posse non solùm verbis expressis, verùm etiam coniecturis, ex quibus liqueat apertè de voluntate disponentis, quod procedit etiamsi disponens vsus non fuerit verbo maioratus. Mier. 3.*part. quæst.* 5.*num.* 20. Castill. *vbi sup. cap.* 93. *§.* 6.*per totum*, & *cap.*143.*num.* 45. adeò vt locum habeat hæc sententia, etiamsi statutum diceret quòd standum sit chartis. nam adhuc sufficit ex coniecturis percipi mentem disponentis eam fuisse vt institueret maioratum. Sesse *decis.*65.*num.* 28. *cum seqq.* D.Ant. de la Cueua *in quadam allegat. iuris*, pro Baronia de Riuera, *art.*20.*n.*86.& 87.& ita praxis obseruat.

Num. 43.

Diximus *suprà num.*20.& 21.

Num. 44. & 45.

Vide quæ annotauimus.

Num. 46. & 47.

Circa prædicta videnda sunt tradita à nobis *infrà lib.* 3. *cap.* 9. *per totum*.

CAPVT VI.

Num. 1. & 2.

Materiam huius capitis pertractat D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 65. & videndus est nouissimè Vincent. Fusar. *de fideicom. substit. quæst.* 437. *gloss. in d. l. Lucius*, solet limitari. Primò quoties descendentes substituti extranei, siue minus dilecti dispositiuè sunt vocati. Carol. Ruin. *consil.* 142. *lib.* 3. Curtius iun. *consil.* 16. *num.* 7. Crauet. *consil.* 62. *num.* 10. *versic. Quintò dico*. Gozadin. *consil.* 64. *numer.* 10. Rip. *in l. centurio. num.* 165. *vers. quarta coniectura. ff. de vulgar.* Ioseph. de Rustic. *in tractatu de filijs in conditione posit. lib.* 5. *cap.*1.*num.*2.& 5. vbi dicit non esse recedendum à dicta coniectura vocationis quæ est verissima. Menoch. *consil.* 135. *num.* 7. & *consil.* 152. *num.* 11. *vers. quinto & vltimo. num.* 12. vbi dicit hanc sententiam esse veram & omnino recipiendam. Et iterum *consil.* 393. *num.* 28. vbi etiam latissimè defendit ab omnibus impugnationibus, & *consil.* 549. *num.* 366. vbi asserit hanc esse fortissimam coniecturam, & solita ratione probari. Idem Menoch. *lib.* 4. *præsumpt. præsumptione* 76. *num.* 55. vbi asserit non esse ab hac opinione recedendum. Ioseph. de Sesse *decis. Aragon.* 65. *num.* 5. Idque confirmatur ex traditis per Ioan.

Ioann. Mariam Rimin. sen. *consil.* 189. *num.* 11. *lib.* 3. quem sequitur Rustic. *vbi sup. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 2. & hoc præcipuè si conditio fuisset repetita & geminata. Ludou. Gozadin. *consil.* 64. *num.* 9. *versic. Tertiò quoties filij*, cum pluribus quos citat, & quorum opinionem defendit Rustic. *vbi sup. dict. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 2. vbi reprobat Gabrielem, & dicit non esse recedendum ab hac opinione. Et cum pluribus aliis relatis idem resoluit Menoch. *lib.* 4. *d. præsumpt.* 76. *numer.* 58. *versic. Nona est coniectura*, & sæpiùs repetit idem Menoch. *consil.* 135. *numer.* 7. *& consil.* 152. *numer.* 6. *lib.* 2. *& consil.* 325. *num.* 11. *lib.* 4. *& consil.* 549. *num.* 8. *lib.* 6. *& consil.* 613. *num.* 6. *lib.* 7. & fortiùs vbi descendentes vocantur ex legitimo matrimonio nati; tunc verò filij sub tali qualitate in conditione positi, censentur dispositiuè vocati; ex traditis per Soz. iun. *consil.* 110. *n.* 26. *lib.* 3. vbi dicit esse veram & communem conclusionem. Idem Sozin. iun. *consil.* 145. *numer.* 39. *vers. possent etiam. lib.* 3. vbi dicit esse potentissimam coniecturam hanc, cui nihil opponi potest. Petr. Bimius *cons.* 17. *num.* 26. *lib.* 1. dicens esse coniecturam satis vrgentem, ac violentam. Achil. de Pedroch. *consil.* 40. *num.* 14. *vers. quartò etiam*, dicens hanc coniecturam esse de mente omnium scribentium. Ioseph. de Rustic. *vbi sup. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. 3. *&* 5. vbi dicit ita fuisse determinatum per Rotam Romanam in vna Bononiensi de *Pepulis*, & hanc coniecturam esse valde canonicatam refert Petr. Surd. *consil.* 443. *numer.* 48. *lib.* 3. & sic decisum in senatu Mantuano *decis.* 162. *num.* 5. Honded. *consil.* 51. *num.* 85. *& consil.* 54. *num.* 20. *lib.* 2. vbi alios refert; & *num.* 24. ait hanc opinionem esse sequendam, quia communiter recipitur, & optima ratione probatam à Rota Romana, cuius maxima est auctoritas. Idem Honded. *consil.* 65. *numer.* 42. *lib.* 1. vbi in fine dicit ita fuisse iudicatum. Idque indubitatum appellat Marc. Anton. Peregr. *consil.* 51. *num.* 5. *lib.* 4. & repetit *consil.* 91. *numer.* 7. *lib.* 1. *& consil.* 46. *num.* 3. *lib.* 3. Menoch. *d. præsumpt.* 76. *num.* 85. *& consil.* 325. *num.* 10. *lib.* 4. *& consil.* 1017. *num.* 3. *& consil.* 1024. *num.* 6. *lib.* 11. Ioseph de Sesse *decis. Aragon.* 65. *num.* 2. *&* 3. Subdens hanc esse veriorem & magis communem atque receptam. Et in testatore nobili procedit hęc sine dubio, vt bene perpendit Rustic. *vbi suprà lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Hócque fortiùs, vbi positi in conditione sunt descendentes ipsius testatoris, ex congestis à Rustic. *vbi suprà lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. & Menoch. *d. præsumpt.* 76. *num.* 55. Sesse, *d. decis.* 65. *num.* 14. *in fine, & num.* 15.

Secundò limitatur *d. gloss.* in materia maioratus, in qua positus in conditione, censetur positus in dispositione. Anell. de Amat. *consil.* 100. *numer.* 30. D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controuers. cap.* 9. *num.* 73. Et licèt glossa in *d. l. Lucius*, contrarium suadeat, fallit quotiescumque aliqua coniectura concurrit, vt probat auctor *hîc num.* 3. *& vers. si igitur.*

Sicque ex coniecturis ab opinione d. glossæ recedendum est ex suprà relatis, quibus accedit Ludou. *in decis. Rotæ Romanæ* 315. vbi subdit quòd vltra descendentes coniecturæ debent esse vrgentes & necessariæ, sicut è conuerso leuiores sufficiunt coniecturæ, quando descendentes testatoris sunt positi in conditione. Idem *decis.* 329. *numer.* 3. vbi de his coniecturis ad saturitatem. Quo casu liberi ex coniecturis vocati dicuntur etiam in testamento scripti, vt referunt Ioann. Nig. *in l.* 1. *num.* 48. *ff. de offic. eius cui.* vbi subdit quòd filij positi in conditione sub qualitate masculinitatis, vel similibus, dicuntur expresse ex verbis testamenti

menti vocati. Sic in causa Baroniæ de Cauanas de Figueruelas cōsuluit Crauet. *consil.*984.*num.*27. & super Baronia de Espes, Tiber. Decian.*consil.* 7. Idem in causa de S.Guerrem *consil.* 31. Mandel. Alb. *consil.* 770. *num.* 62. *lib.* 4. Menoch. qui loquitur de quodam foro Aragon. *consil.* 345. & ante eos Andr. Barbat. *in l. cùm acutissimi. num.* 211. *C. de fideicomm.* & quando filij in conditione positi, qui regulariter non censentur vocati, nisi ad portionem patris, censeantur etiam vocati ad portionem patrui, vide Rotam per Ludouis.*decis.* 337. vbi annot. & latiùs per Fusarium *de fideicommiss. substitut. quæst.* 440. *per totam.*

Num. 3.

Vide Vincent. Fusar. *quæst.* 437. *ex num.*14.

Num. 7.

Vide Fusar. *quæst.* 476. *num.* 80. & vide *lib.*2.*cap.*11.*num.*36.

Num. 15.

Ibi, *Quod censuit Bart.* Ex quo infertur quòd in perpetua successione maioratus compendiosa viget substitutio, eaque normam tribuit succedēdi, siue ab homine proferatur, siue à lege, quæ duplex substitutionum genus comprehendit, vulgarem sanè, & fideicommissariam. Decian. *consil.* 84. *numer.* 4. *cum seqq. lib.* 3. Menoch. *consil.* 106. *num.* 366. *&* 371. *lib.* 2. Peregr. *consil.* 49. *num.* 11. *&* 12. Tunc erit fideicommissariæ substitutioni locus, quando primus succedit is, qui grauatur cæteris restituere; vt *infr. cap.* 14. *per totum*; tunc demum vulgari è conuerso, quando primus, videlicet, aut repudiauit, aut viuo testatore mortuus fuit: quo casu sequens per subductionem primi de medio admittitur; & quod de primo dictum est, sic de secundo & de cæteris necessarium est intelligas, vt puchriùs omnium declarat Petr. Surd.*consil.*347.*num.*16. *lib.* 3. Idque fit ea potissimum ratione, quia substitutus substituto, est etiam substitutus instituto. *l. quamdiu*, vbi Bart. *ff. de acquirend. hæredit.* Menoch. *consil.*106. *ex num.* 366. *lib.* 2. hæc ita magnum lucis specimen ac veritatis in materia repræsentationis affectant, vt per auctorem *infrà lib.*3. *cap.* 6. *num.* 29. vbi ex his assignat veram decidendi rationem ad *l.* 40. *Tauri.*

Num. 16. *&* 17.

Ibi, *Per quæ iura.* Consilium Oldradi probat Menoch. & dicit commune *lib.* 4. *præsumpt.* 69. *numer.* 1. & hanc appellat indubitabilem conclusionem Sozin. iun. *consil.* 111. *num.* 21. *lib.* 1. *&* *consil.* 29. *numer.* 20. *&* *numer. fin. lib.* 4. quod ex mente eius procedit in dispositione perpetua. Philipp. Port. *consil.* 137. *num.* 18. & Oldradum sequitur etiam Aym. Crauet. *consil.* 38. *num.* 4. quam conclusionem asserit passim esse receptam super maioratu de Monte Mayor. Berret. *consil.* 134. *num.* 20. Sozin. iun. *consil.* 4. *num.* 8. *lib.* 3. Marc. Anton. Peregr. *tractatu de fideicomm. art.* 29. *per totum*, præcipuè *à numer.* 36. Bertazol. *consil. ciuil.* 64. *n.* 8. *lib.* 2. Iacob. Menoch. *consil.* 85. *n.* 461. *cum seqq.* & refert ita iudicatum Borgnin. Caualc. *decis.* 5. *num.* 16. 17. 20. *&* 30. *lib.* 3. subdens quòd ita est veritas, nisi quis velit malignari. Rota Romana diuersorum *decis.* 230. *num.* 1. *part.* 1. Thesaur. *decis. Pedemont.* 248. Sfort. *consil.* 66. idem Bertazol. *consil.* 69. *num.* 7. Qui omnes in dispositione perpetua loquuntur. Vide Castill. *tom.* 5. *cap.* 89. *num.* 1. & quòd recedatur ab Oldrad. ex coniecturis tenet

Rota

Rota Romana in recollect. per Farin. *decis.* 181. *part.* 2. Castill. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 36. *& cap.* 89. *num.* 27.

Et inter alias præcipua coniectura est, quando iure maioratus succeditur, tunc enim conditio illa, si sine filiis, vel sine liberis, nepotibus, vel aliis descendentibus, proculdubio repetitur, aliàs non poterit maioratus perpetuus conseruari: vt concluditur *hic numer.* 18. *&* 19. tenet Mier. *lib.* 2. *quæst.* 12. *vers. tertius.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumptione* 69. *num.* 11. *ad finem, verbo ex prædictis. & consil.* 1006. *& consil.* 1195. Ramon. *cons.* 100. *num.* 34. Rota *decis.* 193. *num.* 14. *part.* 1. *in nouissimis*, quæ plura congerit, subdens quòd Rota sæpiùs id tenuit, Annell. Annat. *consil.* 100. *num.* 31. nam vt dispositio habeat tractum successiuum, non sufficit momentaneum implementum, sed requiritur perseuerantia. Castill. *tom.* 5. *cap.* 89. *per totum, & num.* 6. *& numer.* 75. *&* 76. infert ad priuilegia, & ita sæpiùs senatus censuit, & fori communis praxis obseruat.

Num. 18.

HAnc conclusionem comprobat Marc. Ant. Peregr. *tract. de fideic. art.* 29. *num.* 38. Iacob. Menoch. *consil.* 1006. super maioratu de la casa de Borja, *lib.* 11. & D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 89. *num* 30.

Num. 19.

VErsic. *Quibus plura.* lunge his Afflict. *in cap.* 1. *num.* 4. *de eo qui sibi & hæredibus suis.* Mier. *tract. de maiorat.* 2. *part. quæst.* 12. *colum.* 2. *vers. ergo in nostro proposito.* Casan. *consil.* 62. *ex verbis, num.* 12. *cum seqq.* Andr. Alciat *cons.* 82. *lib.* 9. & cum pluribus aliis auctorem sequitur Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 69. *num.* 9. Quæ sententia communis est, & cum ea transiuit senatus Pedemont. provt recenset Thesaur. *decis.* 96. *colum. fin.* & consilium Oldradi cessat ex coniecturis, Menoch. *cons.* 85. *num.* 48. *& cons.* 220. *num.* 15. *& cons.* 310. *numer.* 32. *&* 34. *& cons.* 327. *num.* 14. *& cons.* 379. *num.* 7. Vincent. Fusar. *de fideicom. substit. quæst.* 414. *num.* 4. & ideo in materia maioratus, conditio, si sine liberis, non expirat in primo vocato cum liberis descendente, sed vt maioratus perpetuus sit, illa conditio repetitur in omnibus succedere volētibus: ita exornat Mier. 2. *part.* 9. 12. *vers. ideo dicunt Doctores.* & ita sæpissimè fuisse iudicatum testatur Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 29. *num.* 30. *& cons.* 49. *num.* 5. *volum.* 1. Antonius Thesaur. *decis. Pedemont.* 96. *ex num.* 33. Mantic. *tract. de coniect. lib.* 11. *titul.* 6. *numer.* 6. *in fine.* Flores Diaz de Mena *in additione ad Gam. decis.* 225. vbi tractat de coniectura ex impositione oneris anniuersarij cum vocatione proximioris, in defectu filiorū primi vocati: in qua quæstione licèt pro negatiua quāplurimos citet, tandem in fine ad cogitandum reliquit, & antea differuit *lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 22. Nec ex quacumque coniectura recedi oporter à consil. Oldradi, sed hoc ita, si tales sint vt ex vi delucidè mens testatoris diiudicari valeat. Et sic hanc conclusionem intelligunt Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 29. *numer.* 31. Ludouic. de Casanat. *cons.* 20. *ex num.* 168. & *cons.* 15. *ex num.* 22. consuluit contra Oldrad. ex qualitate & coniectura primogenituræ; provt ex coniecturis tractum successiuum habentibus concludit Mena *d. decis.* 225. *col. penultim.* Et quòd in materia perpetua consilium Oldradi cesset, tenent cum pluribus aliis Iacob. Menoch. *cons.* 327. *numer.* 14. *lib.* 4. *& præsumpt.* 69. *numer.* 8. *lib.* 4. Simon. de Prętis *tract. de interpret. vltim. volunt. libr.* 7. *interpretatione* 3. *dubio* 3.

solutione vltim. num. 10. Cardin. Tusc. *tom. 7. practic. conclus.* 847. *num.* 29.

Num. 20.

EXplicat D. Ioann. del Castill. *d. cap.* 89. *num.* 76. & 77.

Num. 21.

HVius ingentis quæstionis pondus innititur super eo quòd verbum *filius* in materia perpetua positum omnes descendentes in infinitum comprehendit, vt infr. dicemus *num.* 28. & sup. *cap.* 5. *num.* 22. animaduertimus, dum expendimus verba ipsius Regis Henrici. Hisque absimile non erit quod paulo antè *d. cap.* 5. *numer.* 20. auctor resoluit, dicens quòd qualitas primogenituræ numquam moritur, sed deficiente primogenito, secundogenitus locum primogenituræ occupat; & hoc in dispositione quæ tractum successiuum desiderat: prout est in materia perpetua maioratus, de quo neque ipse auctor, neque vllus, quem viderim, dubitauerit. Sicque à Rege Henrico donata de primogenito in primogenitum peruenire debent vsque in infinitum; nam si in primo donatario, vel in filio, vel in nepote eius concessio finiretur, vtique repugnarent verba illa *que los ayan por mayorazgo.* quia hoc verbum *maioratus*, vt suprà dictum est, omnes comprehendit, tam descendentes, quàm transuersales. Sicque in specie resoluunt Mier. *tract. de maiorat.* 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 3. *numer.* 4. in noua editione. Matienz. *volum.* 11. *titul.* 7. *gloss.* 8. *ex numer.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *practic. quæst.* 92. *num.* 4. Itaque si vltimus possessor absque filiis legitimis decesserit, relicto fratre qui à primo donatario descendat, ad eum bona pertinere, neque ad regiam coronam reuertere contendit auctor, cum quo conueniunt Matienz. *l.* 11. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 8. *in fine*, & Parlador. qui in hac partem inclinare videtur. Sesquicent. *different.* 13. §. 1. *num.* 7. vbi ait quòd regia declaratione opus est.

Contrariam verò sententiam sequuntur Paz *tract. de Tenut. cap.* 57. *ex num.* 50. *part.* 2. & Flores Diaz de Mena *lib.* 1. *variarum quæst.* 19. §. 2. *à num.* 20. & alij relati à Castill. vbi *num.* 96. sic concludit. Et nouissimè disputat, & solito more plures quæstiones in materia excitat D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controuers. quotidian.* & 2. *part. de coniect. cap.* 89. *à num.* 79. & pro hac parte negatiua potest perpendi quòd voluntas Regis Henrici fuit prædictas donationes modificare, ac restringere ad solos possessores filios, vt bona ad regiam coronam aliquando redirent, quorum reditus esset impossibilis, si omnes à primo donatario descendentes essent vocati: in quo casu expende verba text. *in l. antiquitus* 14. *C. de vsufructu.* & de testamento & clausula Regis Henrici disseruit ampliùs auctor *in præfat. numer.* 16.

Num. 22.

AD Hispanorum primogenia hæc conclusio erit adaptanda, propter eorum perpetuam & inextinguibilem naturam, de quo *suprà*, *cap.* 4. *per totum*, vbi linea semel exclusa non remanet perpetuò exclusa, sed temporaliter suspensa, donec causa extet exclusionis: qua verò cessante, iure quasi postliminij ad successionem reintegratur. Otom. *consil.* 29. *num.* 67. Guid. Panz. *consil.* 117. *num.* 11. Iacob. Menoch. *consil.* 5. *num.* 78. Fab. de Anna *consil.* 53. *num.* 38. *lib.* 1. Iacob. de Put. *decis.* 143. *volum.* 2. Mier. *tract. de maiorat.* 2. *part. quæst.* 64. *num.* 4. Auend. *in l.* 40. *Tauri. gloss.* 10. *à numer.* 78. Petr. Surd. *consil.* 374. *num.*

36.

36. *l. quæsitum. §. illud fortasse. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. item verberatũ. ff. de const. pecun. l. .. §. si mater. ff. ad Tertull. l. filio quem pater. ff. de liber. & posth.* Exornat præter allegatos Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gam. decis.* 27. Castill. *tom.* 5. *cap.* 143. §. *vnico, numer.* 15. & 16.

Pro contraria verò sententia expendi potest decisio textus *in l.* 1. §. *sed videndum. ff. de success. edict.* vbi successio omissa ex *cap. vnde liberi*, quod procedit, defertur statim ad *cap. vnde legitimi*, nec vlteriùs ex *cap. vnde liberi* succeditur. Ex quo textu vulgò notant interpretes quòd successio debet ordinatè & successiuè deferri. Iacob. Menoch. *consil.* 823. *num.* 12. Nam cùm semel annihilato gradu, successio ad sequentem translata fuerit, non potest ex primo ampliùs obtineri. *l. denique. ff. de succ. ff. edict.* & ex traditis per auctorem *infra lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. vbi linea in quam intrauit successio, cæteris omnibus anteponenda est. Quare in successione feudi fœmina propter masculos exclusa, semper manet exclusa, *cap.* 1. §. *quin etiam Episc. vel Abb.* latè Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 7. *cap.* 4. *à num.* 83.

Cæterùm prior sententia in maioratibus Hispaniæ verior & receptior est, & sic vidimus practicari, ídque repetit ipsimet auctor *infr. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 72. vbi annotabimus latiùs, & plura alia, quæ ad hanc quæstionem spectant, scitu digna & necessaria, luculenter inuenies.

Num. 23. & 24.

VIde D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *quotid. controuer. cap.* 117. *per totum*, saltim *num.* 29.

Num. 25.

ADde Flores Diaz de Mena *in add. ad Gam. decis.* 27. *numer.* 8.

Num. 26.

LIcèt Oldradi consilium in maioratibus, propter peculiarem eorum naturam non habeat locum, habet tamen ad hoc vt non censeatur qualitas masculinitatis repetita, cuius repetitio ad perpetuitatem inducendam necessaria non est. Et post auctorem hanc conclusionem sequuntur Gam. *decis.* 354. *ex num.* 5. *vers. Alterum.* & *num.* 8. & 9. *versic. Cùm igitur.* Carol. Ruin. *consil.* 181. *num.* 8 *versic. non obstat alia coniectura.* Ioann. Zephal. *consil.* 710. *num.* 13. & 14. *lib.* 5. qui eleganter ait quòd non fit repetitio qualitatis non necessariæ, vbi sola necessitas prouenìens ex natura dispositionis inducit repetitionem. Petr. Surd. *consil.* 403. *num.* 18. & 21. *lib.* 3. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 117. *ex numer.* 30. Iacob. Menoch. *consil.* 200. *num.* 14. *lib.* 2. & *consil.* 791. *num.* 26. *lib.* 8. qui probat cessare coniecturam trãsmissionis ex agnatione, quando etiam non transmittendo conseruitur agnatio. Et hoc maximè, cùm agnatio ad certas personas, vel gradus potest considerari, ex auctore *suprà lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 37. & *infrà lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. & 20. & *num.* 50. *vers. ex quibus.*

Et hæc est verissima & receptior sententia, & in maioratibus Hispaniæ passim admissa, & in hoc supremo Senatu quampluries comprobata. Ex quibus deducitur quòd ratione perpetuitatis non fit repetitio masculinitatis, nisi ex voluntate disponentis constet aliunde, cùm sufficiat fœminam extare ad hoc vt successio non dicatur extincta.

Num. 27.

HIs adde Rustic. *in l. cùm auus. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 1. *ff. de condit. & demonst.*

Petrus Surd. *tract. de aliment. titul. 9. quæst. 36. num. 1. cum seqq. & numer. 13.* & alios, quod adducit Vincent. Fusar. *de fideic. subst. quæst. 319 numer. 12.*

Num. 28. & 29.

IN Hispanorum primogeniis hæc sententia verissima est, & auctorem sequitur Matienz. *in l. 11. titul. 7. lib. 5. recopilat. gloss. 8. à num. 2.* veniunt enim ex iusta legis interpretatione, cum qua disponens censetur voluntatem suam conformare. Ioseph. de Rustic. *tract. de filiis in conditione posit. cap. 2. num. 16.* Iacob. Menoch. *consil. 1037. num. 1. lib. 11. & consil. 1071. numer. 3. lib. 11.* & de communi testatur Tiber. Decian. *cons. 2. num. 31. volum. 2.* & comprobant Tob. Non. *consil. 33. numer. 11.* Bolognet. *consil. 15. numer. 80.* Georg. Natt. *consil. 602. numer. 13.* Bertaz *consil. ciuil. consil. 30. num. 21.* & sine controuersia interpretes resoluunt quòd vbi coniectura hoc suadere potest, filiorum appellatione nepotes continentur ex præsumpta disponentis intentione. Curtius iun *cons. 111. num. 5. & 6.* Andr. Alciat. *consil. 69. fideicommissi verba, numer. 10. vers. Quintò limitatur lib. 9.* Tiber. Decian. *cons. 4. num. 1. & consil. 108. num. 58. lib. 2.* Rubeus Alexandrinus *consil. 28. num. 9.* Iacob. Menoch. *consil. 452. num. 34. & cons. 487. num. 1. & tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 93. num. 24.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 12.* Petrus Surdus *tract. de aliment. tit. 9. quæst. 36. num. 34.* Pereir. *de renouatione emphyt. cap. 14. num. 26. & 27.* & plura adducit Castill. *tom. 5. cap. 143. numer. 42.* Fusar. *vbi suprà d. quæst. 319. & 320.* præsertim *num. 28.* vbi optimè explicat auctorem Ramon. *consil. 17. num 5.*

Prima coniectura sit, in dispositione ascendentium, quotiescumque pater, vel auus vocant filios, appellatione filiorum nepotes continentur: vt tenent Sozin. sen. *consil. 14. num. 2. lib. 1. & cons. 77. num. 19. versic. & in primis. lib. 4.* Alex. *cons. 1. num. 12. lib. 1.* Philipp. Corn. *cons. 199. num. 54. lib. 2.* Otom. Nicolin. inter consilia Sozini senioris, *cons. 151. num. 1. versic. sed hinc verò.* & *ibi* Petr. Delrio *in subscriptione num. 13. lib. 2.* Marc. Anton. Peregr. *cons. 64. lib. 4.* Petr. Surd. *d. tract. de aliment. titul. 9. quæst. 36. num. 28. & cons. 403. num. 24.* Riminald. iun. *cons. 389. numer. 14. & cons. 390.* Tiber. Decian. *cons. 88. num. 59. lib. 2.* Sozin. iun. *consil. 146. num. 8. lib. 2.*

Secunda, quando tales nepotes essent patri, vel auo ab intestato successuri, tunc verò nepotes comprehenduntur, quia præsumitur quòd disponens voluit cum iure communi voluntatem suam conformare. Aretin. *consil. 145. Respondeo summatim. vers. est autem.* quem sequitur Sozin. iun. *cons. 146. num. 13. lib. 2.* Curtius iun. *consil. 57. num. 5.* Cardin. Manric. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 15. & 20.* Iacob. Menoch. *lib. 4. præsumptione 94. numer. 28.* Marc. Anton. Peregr. *cons. 65. lib. 4.* Vincent. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 321. num. 30.*

Tertia, vbi dispositio fauorabilis est, & filij sine vllo grauamine vocantur. Bart *in l. liberorum, n. 5. ff. de verborũ significat.* Zephal. *cons. 262. n. 7. & 8.* dicens esse hanc sententiam veriorem. Philippus Decius *cons. 24. num. 11. lib. 2. & cons. 8. num. 54. lib. 2.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita, part. 4. num. 197.* vbi de communi testatur. Pereir. *d. tract. de renouatione emphyt. cap. 14. num. 32.* vbi dicit quòd hæc est concors & recepta penè omnium DD. sententia. Latè Bertazol. *consil. ciuil. consil. 30. numer. 13.* vbi ex plurimorum interpretum iudicio communem appellat, & amplius subdit quòd aduersùs eam esset temerarium consulere. Sequitur Marc. Ant. Peregr.

Peregr. *tract. de fideicommiss. articul.* 22. *num.* 61.

Quarta, quando filij nondum in rerum natura sunt, quo casu circa eos nulla particularis affectio potest considerari, sed tantùm ratio sanguinis, quæ pariter & æquè in nepotibus militat, imò fortiùs in his; quia per nepotes magis propagatur sanguis noster ac memoria. Pinel. *in l.* 1. *part.* 1. *numer.* 71. *Cod. de bonis matern.* Pereir. *d. tract. de renouatione emphyt. cap.* 14. *numer.* 35. & 36. Iacob. Menoch. *consil.* 1037. *num.* 12. *lib.* 11. Alexand. Raud. *lib.* 1. *variarum cap.* 38. *num.* 6. & 8. & eadem ratione vbi substituuntur filij nascituri nondum cogniti, nepotes veniunt, eo quòd omnes incogniti sunt. Curt. iun. *consil.* 111. *num.* 9. Sozin. iun. *cons.* 125. *num.* 35. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 1035. *num.* 2. *lib.* 11. Cardin. Mantic. *lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 15. & 16.

Quinta, quando tempore cedentis fideicommissi filij essent præmortui, ex eisque nepotes extiterint, tunc enim cùm dispositio non possit in filiis verificari, nec aliquod adsit filiorum præiudicium, verificabitur in nepotibus, tamquam comprehensi sub nomine filiorum: maximè cùm nec filij, nec nepotes essent cogniti tempore testamenti. Sozin. sen. *consil.* 17. *vers. Postremo. lib.* 4. Zephal. *consil.* 262. *numer.* 9. Riminald. iun. *consil.* 458. *numer.* 35.

Sexta, quando in nepotibus militat eadem ratio; tunc enim ex identitate rationis nepos comprehenditur. Sozin. iun. *consil.* 125. *numer.* 35. & *consil.* 146. *num.* 8. *lib.* 2. & *consil.* 1. *numer.* 39. *lib.* 3. Paris. *consil.* 75. *numer.* 67. *lib.* 2. & *consil.* 52. *num.* 22. *lib.* 3. Cardin. Mantic. *lib.* 8 *tit.* 8. *numer.* 17. Petr. Surd. *d. quæst.* 36. *num.* 38. Tiber. Decian. *consil.* 88. *num.* 62 *lib.* 2. Riminald. iùn. *consil.* 739. *num.* 88. & *consil.* 744. *num.* 35. Cald. *de renouatione emphyt. d. cap.* 14. *num.* 26. Vincent. Fusar. *de fideicomm. substitut. quæst.* 320. *num.* 36.

Septima, vbi dispositio in tempus futurum confertur, Hippol. Riminal. *consil.* 23. *num.* 66. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. art.* 22. *num.* 50. Curt. iun. *consil.* 111. *num.* 19. Petr. Surd. *consil.* 326. *num.* 9. *volum.* 3. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 20. Cels. Hugo *cons.* 93. *num.* 11. Simon de Prætis *cons.* 56. *num.* 9. *lib.* 1. Idem *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *interpretatione* 3. *dub.* 4. *solutione* 1. *num.* 57. & de communi testatur Ioseph. de Rustic. *d. tract. de filiis in conditione posit. in præfatione num.* 21. Petr. Surd. *d. tract. de aliment. tit. quæst.* 36. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst.* 320. *numer.* 15. *cum seqq.*

Octaua, quòd omnino nepotes contineantur sub nomine filiorum, quando aliàs sequeretur absurdum, vt quia non admisso nepote descendente testatoris, extranea persòna admitteretur, sic plura in comprobationem adducens concludit idem Fusar. *vbi suprà num.* 44. *cum seqq.*

Nona & vltima, quando sumus in dispositione bona conseruante in agnatione. Antonin. de Amat. *resolut.* 2. *ex num.* 68.

Quibus conclusionibus retentis, amplia in nepote qui venit appellatione filiorum; ex traditis per Franc. *decis.* 215. *num.* 8. qui *numer.* 16. & 19. subdit quòd hæc comprehensio est propria & legitima, & non extendit statutum, siue constitutionem vbi filiorum mentio fit. Et hoc verissimum in filiis, & regulariter in testamentis & vltimis voluntatibus D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 66. *numer.* 6. vbi *num.* 7. ampliat, etiamsi dictum fuit, sine filiis legitimis & naturalibus; & *num.* 8. iterum procedere hoc fatetur etiam in conditionibus; & *num.* 19. concludit, dicens ex impropria & extensiua si-

gnificatione, non ex proprio significato filias comprehendi, & *num.* 20. limitat, vbi de contraria testatoris mente apparet, & *num.* 21. limitat secundò, quando diuersa ratio militat in filio, & diuersa in filia.

Sed superior conclusio fallit primò, vbi vocantur filij sub aliqua qualitate, quæ non conuenit nepotibus. Rimin. sen. *consil.* 22. *num.* 4. *volum.* 1. Bero. *consil.* 71. *numer.* 28. *volum.* 1. Cardin. Tusc. *tom.* 3. *lit. F. conclusione* 376. *num.* 38. Petr. Surd. *consil.* 403. *numer.* 23. *&* *tract. de aliment. quæst.* 36. *num.* 16. Maluef. omnino videndus *consil.* 22. *num.* 30. *&* 33. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitut. quæst.* 321. *num.* 25. & fortiùs vbi in dispositione apposita est dictio taxariua, veluti pronomen *suus.* Sozin. sen. *in l. Gallus.* §. *instituens, in fine. ff. de liber. & posthu.* Benedict. de Capr. *consil.* 18 & *facit l. cùm pater.* §. *hæreditatem ff. de leg.* 2. comprobántque Petr. Surd. *decis.* 73. *numer.* 17. & Vincent. Fusar. *vbi proximè num.* 27.

Secundò fallit, quando testator discretiuè loquitur, tunc enim filiorum appellatione nepotes non continentur. *l. liberorum* 210. *vers. totus. ff. de verb. signif.* vbi obseruat Bart *num.* 4. præsertim ibi, *Primo casu.* Gabr. *lib.* 6. *tit. de verb. signif. conclusione* 1. *num.* 81. *&* 92. Simon de Prętis *de interpretatione vltim. volunt. lib.* 3. *interpretatione* 3 *dub.* 3. *solutione* 1. *num.* 43. *fol.* 207. Iacob. Menoch. *tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumptione* 94. *num.* 6. Perr. Surd *tract. de aliment. titul.* 9. *quæst.* 36. *num.* 18. *& consil.* 403. *num.* 21. *ad finem. & num.* 22. *volum.* 3. Honded. *consil.* 69. *numer.* 64. *volum.* 1. quia si testator limitatè & restrictiuè loquitur cùm filiorum meminit ad nepotes & pronepotes eius dispositio non protrahitur. Gabr. *d. conclusione, numer.* 57. Iacob. Menoch. *consil.* 215. *num.* 52. *&* 53. *volum.* 3. *& consil.* 328. *numer.* 15. *& consil.* 347. *numer.* 10. *volum.* 4. Mentio verò discretiua hanc restrictionem causat atque operatur, prout alibi tenet auctor *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 55.

Tertiò fallit, vbicumque extant filij, in quibus hoc verbum potest verificari, tunc namque nepotes filiorum appellatione non continentur, ex traditis à Menoch. *d. consil.* 215. *volum.* 2. Pinel. *in l.* 1. *part.* 1. *num.* 30. *&* 31. *C. de bonis matern.* Petr. Surd. *consil.* 403. *num.* 21. *volum.* 3. Rota per Farinac. *decis.* 507. *per totam.* vbi approbat consilium Menochij, & vide Vincent. Fusar. *d. quæst.* 321. vbi locupletissimè & copiosè plures alias fallentias congerit. Castill. *tom.* 5. *cap.* 144. *num.* 5. idem Fusar. *quæst.* 712. *num.* 12.

Num. 30. 31. 32. & 33.

His adde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controuer. cap.* 79. *ex numer.* 1. *& cap.* 85. *num.* 15. Mier. *tract. de maiorat.* 4. *part. quæst.* 1. *à numer.* 32. Fusar. *quæst.* 585. *ex num.* 1. vbi cum seqq. ampliat & limitat.

Num. 34. & 35.

Vide Mier. *vbi suprà num.* 47. *gloss. in l. pater filium.* §. *Iulius Agrippa. ff. de legat.* 3. in fideicommissis & maioratibus falsa est, vt subiungit auctor in præsenti, quia subiecta materia repugnat, vt pluribus comprobat Fusar. *quæst.* 380. *num.* 18. *& quæst.* 716. *num.* 4. 5. *&* 10. & ita praxis obseruauit semper, de qua re vide Mier.

Contrarium probat Gabr. *consil.* 90. *numer.* 33. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 926. *num.* 10 *lib.* 10. *& consil.* 1053. *numer.* 9. *lib.* 11. *& consil.* 1284. *lib.* 13. Fachin. *lib.* 1. *controu. cap.* 25. *versic. iuri autem*, Peregr. *decis.* 4. *per totam.* Matheaz *de fideicomm. quæst.* 11. *num.* 18. Castill. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 19. qui omnes tenent, quòd vocata linea masculina fœmina agnata continetur,

tinetur, quicquid in contrarium malè teneat Franciscus Sousa *in repetitione l. fœmina, n.* 28. quamuis in hoc verior & communior opinio est; quòd vbi de linea masculina fit mentio, fœmina quamtumuis ex masculo descendat, sub lineæ masculinæ vocatione non continetur, quia succedere intendens, duas qualitates probare debet; prima quòd sit masculus, secunda quòd per lineam masculinam descendat, & licèt sit agnata, & respectu iure communi sub vocatione agnatorum comprehendatur, ex Molina *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. in Hispanorum primogenijs eius successio agnationi aduersatur, vt notat *num.* 40. *&* 41. *& lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. & excluditur quoties maioratum instituens voluit bona sua in agnatione conseruare, quod vtplurimum fit, quoties linea masculina vocatur, vide Fusar. vbi latè, *quæst.* 346. Castill. *suprà.*

Num. 37.

DIsputat Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 26. *num.* 23.

Num. 38.

IDem Molina noster *infr. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 69. & vbi de linea masculina fit mentio, filia quamuis ex masculo procedens sub lineæ masculinę vocatione non continetur: quæ licèt sit descendens à masculo, & contineatur in linea; est nihilominus alterius lineæ principium. Idque probant Alciat. *in l. Gallus.* §. *nunc de lege. num.* 9. *ff. de liber. & posth.* Curt. iun. *consil.* 154. *numer.* 13. Ludou. Gozadin *consil.* 87. *numer.* 15. vbi subdit ampliùs, dicens quòd in hoc casu duo quis probare debet. Primò quòd descendat ex masculis per lineam masculinam; secundò quòd ipse sit masculus. Sicuti enim descendentes ex ea, eo quòd per lineam fœminam descendunt, excluduntur; ita etiam nec ipsa fœmina, quæ caput est lineæ fœmininæ, admitti debet, & cùm intentio concedentis fuerit ne res transiret ad cognatos, excluditur fœmina (licèt agnata) ne per ipsam ad cognatos deueniat. Et hoc verissimum est in materia perpetua, prout innuit auctor, & repetit in allegatione pro successione Portug. *numer.* 54. Optimè prosequitur materiam, & sic etiam concludit Iacob. Menoch. *consil.* 105. *num.* 20. *& cons.* 326. *num.* 86. *volum.* 4. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideic. art.* 26. *num.* 29. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri. gloss.* 9. *num.* 63.

Num. 39. 40. & 41.

QVòd vbi agnationis ratio militat, fœmina quantumcumque sit agnata, sub tali vocatione non comprehendatur, tenent Mier. *tract. de maiorat.* 1. *part. quæst.* 6. *numer.* 55. Molinus *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex num.* 193. Steph. Gratian. *tom.* 3. *disceptat. forens. cap.* 428. *num.* 12. Andr. Fachin. *lib.* 11. *controu. cap.* 25. Robl. de Salzedo *tract. de repræsentatione lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 19. At verò vbi de agnationis conseruatione actum non sit, secus erit pronunciandum; fœminaque sub tali vocatione comprehensa censetur, sicuti ad successionem maioratus admittatur ob fauorem domus, vel casatæ, & similium; de quibus per auctorem *infr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. & cum auctore hîc tenent Caualc. *decis.* 18. *num.* 91. *&* 92. *&* 99. *part.* 3. Marc. Anton. Peregr. *consil.* 42. *numer.* 10. *& consil.* 58. *numer.* 6. *per totum*, vbi latissimè *lib.* 5. & quòd talis vocatio per lineam masculinam agnationem inducat, ac si proximus agnatus fuisset vocatus, tradunt Sozin. iun. *consil.* 69. *num.* 30. *lib.* 3. Augustin. Bero. *consil.* 77. *num.* 6. *& consil.* 110. *num.* 38. *lib.* 2. Carol. Ruin. *consil.* 49. in

in quo casu fœmina nec ad tempus admitti debet, vt nouissimè resoluit D. Ioann. del Castill. *tom. 5. quotid. controu. cap. 91. num. 84. vers. cæterum*, qui cum auctore resoluit, licèt contrarium egregius vir anteà sustinuerit *lib. 2. quotid. controu. cap. 2. ex num. 1.* Vide Gaspar. Thesaur. *in additione ad decisionem 37. patris sui*, vbi auctorem nostrum refert, & sufficienter explicat.

Num. 42. & 43.

VIde D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 93. §. 1. num. 29. in fine*, & eandem opinionem confirmat Menoch. *consil. 97. num. 40. lib. 1.*

Num. 44. & 45.

IBi, *imò sequens*, Idem in feudis facta alienatione in protsus extraneum. Rosent. *de feudis. cap. 5. membro 2. conclusione 67.* & dicemus *infr. cap. 16. numer. 32.*

Num. 46.

PRobat Mier. *tract. de maiorat. 1. part. quæst. 67. num. 34.*

Num. 47.

DIcemus *inf. lib. 3. cap. 9.*

Num. 48.

VIde Don Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 91. num. 3. & cap. 144. num. 7. & 8.*

Num. 49.

ADde D. Ioann. del Castill. *vbi suprà*, & vide auctorem *infrà lib. 3. cap. 10. num. 3.* & Vincent. Fusar. qui luculenter disputat *de fideicomm. substit. quæst. 318. per totam.*

CAPVT VII.

CIRCA huius capitis materiam videndus est nouissimè D. Ioann. del Castill. *tom. 5. quotidian. controuers. cap. 141. num. 12.* cui addere potes Intrigliol. *de feud. cent. 1. quæst. 57.* Parlad. *3. part. differentia 19.* Sesse *decis. 308.* Cald. *cap. 15. num. 2.*

CAPVT VIII.

Num. 1.

IVs primogenituræ an deferatur iure hæreditario, an verò iure sanguinis? disputat Mier. *de maiorat. 4. part. quæst. 1. à numero 203.* vbi auctorem refert, & inquit in puncto cum *ibi* allegatis defecisse Velazq. de Auend. *in l. 40. Tauri, gloss. 1.* Auctoris sententiam impugnat, sed eum improbat Gutierr. *lib. 3. practicar. quæst. 82. num. 6.* quem libenter sequimur. Castill. *tom. 5. cap. 157. num. 21. & ibi num. 5.*

Num. 2.

VIde auctorem *in allegatione pro successione Portug. in principio, num. 13.* vbi plura adducit.

Num. 9. & 10.

IDem recenset Mier. *de maiorat. dict. quæst. 1. num. 48. & 200.* idque sequuntur P. Molin. *de iust. & iur. tom. 3. disputat. 597. num. 3. vers. vnde quatenus.* Garç. *de expensis, cap. 16. num. 5. in fine.* D. Ioann. del Castill. *tom. 6. cap. 144. num. 31.* vbi de conuenientia inter fideicommissum & maioratum plura inuenies,

inuenies, & diximus *supra cap. 1. numer. 8.* & nouissimè Caruall. *in tract. de vna & altera, part. 4. cap. 2. numer. 39.*

Num. 13.

DE interpretatione textus *in l. 21.* plura discutit Mieres *tract. de maior at. 1. part. quaest. 24. num.* 152. vbi limitat.

Num. 21.

D. Ioann. del Castill. *lib. 3. quotid. controu. cap.* 10. disputat latissimè; quare si antiqua inuestitura vocat masculos, noua inuestitura non potest masculos ex fœminis admittere; vt resoluunt Signorol. *consil.* 10. *num.* 4. *versic. idem non obstat.* Philipp. Decius *consil.* 139. *num.* 3. *vers. ista conclusio.* Henric. Rosent. *de feud. cap. 6. conclusione 69. sub num. 36. lit. NN.* Ramon. *cons.* 100. *num.* 30. Et contrà, si inuestitura antiqua masculos & fœminas ad successionem inuitabat, non potest per secundam ei derogari, vocando tantùm masculos; & id comprobant Iason *cons.* 246. *num.* 24. *vers.* 5. *lib.* 3. Philipp. Decius *consil.* 102. *numer. 6. in fine.* Augustin. Bero. *consil.* 110. *num.* 7. *lib.* 1. Curt. iun. *consil.* 181. *lib.* 2. Petrus Surd. *cons.* 419. & copiosiùs *cons.* 978. Iacob. Menoch. *cons.* 148. *num.* 32. Henric. Rosent. *d. conclusione 69. sub numer. 36. lit. NN.* his adde tradita per auctorem *infrà lib. 2. cap. 7. num. 28. & lib. 4. cap. 3. numer. 11. & 15.*

Num. 27.

IDem repetit auctor *infr. lib. 4. cap. 9. numer.* 31. Castill. *tom. 3. cap. 12. num.* 11. & pluribus exornat Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quaest.* 560. *numer.* 28. & 593. *alias* 594. *num.* 49. & 165. Rosent. *cap.* 89. *num.* 1. *vol.* 2.

Num. 28. *vsque ad* 32.

IN qua quæstione, etiam sine causa, Principi id licere plerique autumant, quos refert Gabr. *commun. conclusion. tit. de iur. quaesit. non toll. conclusione* 1. *num.* 1. Hipp. Riminald. *consil.* 199. *ex num.* 146. *cum seqq. & cons.* 45. *ex num.* 41. *vsque ad* 91. *lib.* 1. Carol. de Tapia *in rubr. de const. Princip. ex num.* 49. *vsque in finem cap.* 1. Quorum opinione reiecta, verissima est illorum sententia, qui tenent quòd Princeps ex causa iusta & legitima atque publicæ vtilitatis posset auferre vnicuique dominium rei suæ. Ex quibus sunt Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 52. *num.* 117. & Andr. Fachin. *lib. 8. controuers. cap.* 63. *vers. supra quo,* & vide Menoch. *cons.* 993. *lib.* 3. vbi respondit super maioratu de Væena. Sed ne decipiantur Domini iudices in prædicta regula, obseruandum est,

Primò quòd si Princeps vult ius rertio quæsitum auferre, ex causa publicæ vtilitatis per rescriptum, sine recõpensatione damni, certum est fieri nõ posse, cùm alioquin per legem vniuersalẽ non sit talis recompensatio necessaria, vt declarat Ias. *in l. Barbarius* 3. *num.* 44. *ff. de offi. praetor.* Alex. *cons.* 190. *numer. 16. vers. ad tertium lib.* 2. Ruyn. *cons.* 60. *in fine, volum.* 5. Paris. *cons.* 1. *num.* 46. *volum.* 1. Bos. *de Principe, numer.* 201. Gabr. *de iure quaes. non tollen. conclusione* 2. *numer.* 25. Roland. *cons.* 69. *num.* 44. *volum* 2. Menoch. *cons.* 103. *num.* 28. *lib.* 2. Surd. *cons.* 210. *in fine.* Ioann. Anton. Bellonus *cons.* 66. *num.* 3.

Secundò, non sufficit publica vtilitas vt ius alicui possit auferri, sed requiritur, vt nisi auferatur, non possit talis publica vtilitas sequi, & suum sortiri effectum, vt scribunt Ias. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, in 2. lect. num.* 28. *ff. de lib. & posth.* Ruyn. *consil.* 108. *num.* 29. *vol.* 2. Gabr. *d. tit. de iure quae. non*

till. conclus. ... *numer.* 5. & 24. Ioann. Anton. Bello. *dict. consil.* 66. *numer.* 5. Et (quod ad nostrum propositum attinet) quòd vltimas testatorum voluntates tollere, aut immutare valeat, quoad fideicommissa & maioratus, & quòd possit iuri vocatorum, aut substitutorum derogare & præiudicare; & in effectu ad exclusionem quorumdam, & aliorum admissionem succedendi ordinem nouum inducere, & antiquum peruertere, & alterare, tenuerunt cum pluribus citatis Gabr. *commun. conclus. lib.* 3. *tit. de iure quæsito non tollend. conclusione* 2. *num.* 1. & Matienz. *in l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 5. *à num.* 1. & iterum *gloss.* 7. Qui omnes citant ad id textum *in l. Lucius. ff. de euiction. in l. item si verberatum.* §. 1. *ff. de rei vindicat. & l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. fac.* Et tenent eandem resolutionem communem in omni dispositione testamentaria, & qualibet alia, quòd scilicet ex causa publica Princeps possit derogare dispositioni & vocationibus substitutorum. Et cũ multis aliis idem firmarunt Mier. *tract. de maiorat. in initio* 2. *partis ex num.* 46. *vsque ad* 64. Ant. Thesaur. *decis. Pedemont.* 87. Simon de Prætis *de interpretatione vltim. volunt. lib.* 1. *solut.* 13. *per totam*, *fol. nobis* 41. & *lib.* 4. *dubitat.* 3. *ex num.* 18. *cum multis seqq. fol.* 427. Andr. Gail *lib.* 2. *practic. obseru. obseruatione* 56. & 58. Iacob. Menoch. *consil.* 103. *num.* 68. *lib.* 1. *præsumpt.* 10. *num.* 48. *lib.* 2. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. artic.* 52. *per totum*, maximè *ex numer.* 117. Andr. Fachin. *lib.* 8. *controuersiar. iuris*, *cap.* 63. Ioann. Marc. Aquilin. *in l. Gallus.* §. & *quid si tantùm. vers. Quid enim si aquæ, num.* 98. & *numer.* 117. *cum seqq.* Sfortia *tract. de in integr. restit. part.* 2. *quæst.* 99. *artic.* 8. Angel. Matheaz *tract. de fideicommiss. lib.* 3. *cap.* 12. Cardin. Tusc. *practic. conclus. tom.* 6. *lit. P. verbo Princeps. conclusion.* 680. *per totam. fol.* 524. & *conclus.* 668. *cum seqq.* Eandémque opinionem tenent P. Molin. *tract. de iust. & iur. tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 36. & 46. Burg. de Paz *consil.* 9. *num.* 29. Ioann. Garç. *tract. de nobilitate. gloss.* 12. *numer.* 80. *paulo post principium.* Azeued. *l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat. num.* 5. Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gam. decis.* 279. *vers. sexta conclusio.* Menoch. *consil.* 956. *numer.* 1. loquens de Duce Mantuæ Surd. *consil.* 203. *num.* 25. Rodolfi. *in tract. de sup. & absoluta potest. cap.* 6. *num.* 145. videndus.

Causa verò legitima atque iusta deficiente, Principem absoluta potestate minimè id facere certissimi iuris ac prorsus indubitabilis est: & ratio in eo viget, quòd licèt testamenta & contractus habeant de iure ciuili modum & formulam, attamen eorum (initio inspecto) substantia de iure gentium est: quod minimè principali maiestati subiicitur: vt probant Fulgos. *consil.* 61. *num.* 4. Philip. Dec. *consil.* 337. *num.* 5. *cum seqq.* Hipp. Riminald. *consil.* 438. *n.* 15. *volum.* 4. Aymon Crauet. *consil.* 542. *num.* 55. *vol.* 4. & *consil.* 241. *num.* 12. *vol.* 1. Ægid. Boss. *de Principe num.* 187. Marc. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. art.* 52. *num.* 127. Burg. de Paz *in proœmio legum Tauri*, *num.* 327. Et auctoris nostri sententia vera est, etiamsi regia facultate maioratus institutus sit, prout ipse *hîc numer.* 31. *versic. Quod ne dum*, constanter tenet, & repetit idem *infrà lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 27. & *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. vbi latiùs dicemus. Quibus adiunge Mier. *tract. de maiorat.* 4. *part. quæst.* 1. *num.* 158. P. Molin. *tract. de iust. & iur. tom.* 3. *disp.* 11. *numer.* 36. & 46. Zeuall. 1. *tom. commun. quæst.* 2. *num.* 38. Matienz. *volum.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 5. *num.* 4. ídque ampliùs dicemus infrà.

Et cum auctore hîc *numer.* 31. resoluendum erit, quòd non solùm in iure quæsito, verumetiam in iure nondum delato & in spe, procedit hæc decisio, vt patet etiam per ipsum auctorem

inf.

infr. lib. 3. cap. 3. num. 22. & lib. 4. cap. 5. num. 36. Hisque subiunge Mier. *de maiorat. in initio 2. part. num. 47. & 48. & 52.* Purpurat. qui eam dicit communem, *consil. 490. num. 23. & consil. 500.* Pereir. *tract. de in integr. restitut. verbo in integrum restitutio, num.* 31. & Ægid. Boss. *in praxi criminal. tit. de Principe, num. 22. &* 197. & 200. Et ratio (ni fallor) est, quia licèt respectu nondum natorum sit ius quærendum, respectu ipsiusmet fundatoris maioratus ex propria ipsius dispositione, ac voluntate, ius est quæsitum; atque ita agitur de tollendo iure quæsito respectu fundatoris, non tantùm de quærendo quod in spe successoribus competit. Et hanc rationem optimè considerauit Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 6. num. 6. & 9. & in versic. tertiò deducitur.* sequitur Burg. de Paz *in proœmio legum Tauri, numer.* 343. & ante eos Decius *consil. 357. num. 8. vers. non obstat.* Quæ ratio roboratur ex eo, quia in maioratibus primo institutori, non autem vltimo possessori succeditur, vt dicemus infrà, & actus ordinanti tribuitur.

Ex quibus patet responsio ad tradita per auctorem *sup. numer. 21.* quoniam omnia quæ *ibi* dicta fuerunt, vt ex successione antiqua. & inueterata inuestitura, non ex noua succedendum sit; & quòd possessor maioratus non possit iuri vocatorum derogare, nec nouum ordinem succedendi statuere, procedunt sanè quando maioratus possessor propria auctoritate vellet antiquam inuestituram, vel antiquum ordinem succedendi mutare, & nouum ordinem successionis præfinire; quando etiam Princeps in præiudicium tertij absque causa publicæ vtilitatis id efficere non possit.

Limitatur tamen extra omnem dubitationem, vt non procedant quando auctoritate Principis possessor maioratus nouum succedēdi ordinem præscripserat, & Principi ex causa publicæ vtilitatis id fecerit, vel quando Princeps iuri vocatorum, vel substitutorum ex eadem causa publicæ vtilitatis derogauerit, atque præiudicauerit. Idque namque recta conscientia, atque ex ratione iuris efficere valet, sicuti omnes auctores suprà relati agnouerunt.

At verò si causa fuerit mixta, id est, si ad priuatam & publicam simul vtilitatem respiciat, asserit D. Franc. de Sarmiento nō esse sufficientem, vt per eam possit forma successionis mutari, *lib. 1. select. cap. 8. num. 24.* Sed eo non obstante in Hispania videtur contrarium ex antiquissima consuetudine practicari, & quòd etiamsi causa publicam vtilitatem principaliter non inspiciat, sed secundariò, regia potestas subsistit semper & validatur. Quod ex facultatibus quæ in pactis matrimonialibus quotidie à Principe conceduntur ad vocationes, & substitutiones maioratus derogandas & innouandas, perpendi potest, ex auctore *infr. num. 34.* in quibus causa verè & realiter priuatam vtilitatem principaliter respicit, & publicam secundariò; & nihilominus tenent facultates prædictæ, quotidièque impetrantur & assequuntur. Quia qualis qualis causa legitima, quæ siue principaliter, siue secundariò ad vtilitatem publicam inspiciat, publica est etiam, & vt talis sufficit, vt non solùm ex ea possit Princeps concedere facultates ad aliquod onus super bona maioratus imponendum, vel ad aliquam rem eiusdem maioratus alienandam, vt ex ipso auctore *infrà lib. 4. num. 3 cap. 3.* verùm etiam vt ex ea ordines & formas succedendi mutare valeat. Et hæc praxis est in hac grauissima Curia ex antiquo more vsitata: quæ consuetudo maximè roboratur ex *cap. per venerabilem, in principio. vers. quod autem. qui filij sint legitimi.* Et ad propositum elegans vide consilium

 Bald.

Bald.267. *Ad euidentiam. num.* 8. *vers. secundò permitto. & num.*3. *lib.* 1. cuius sententiam sequitur Crauet. *consil.* 135. *num.* 3. & valet argumentum à solitis, vt *in l.1.ad finem. vers.impubis. ff. ad Silan.* ibi, *solet hoc in vsu obseruari. l. quòd si nolit. §.qui assidua. ff. de ædilit.edict. l.certi condictio. §. si nummos. vers. Quia quotidie. ff. si cert.petat.* vbi latè Iason *cum seqq.* & Petr. Surd *decis.* 23. *num.* 14. ideoque similes facultates conceduntur iure optimo; & ex professo disputans sic resoluit D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *quotid. controuers.cap.*28.*à num.* 2. præsertim *num.*9. 10.*&* 11.

Num. 32.

HIs adde Iacob. Menoch. *lib.*2.*præsumptione* 10.*num.* 51.*cum seqq.* Mascard. *tract.de probat.tom.* 1.*conclusione* 276. sed alij contrà sentiunt, dicentes integram fidem Principi asserenti esse adhibendam: cui omnino credendum est, & præsupponendum iustas, ad sic statuendum, causas interuenisse, eas equidem, quæ ad derogandam fundationem maioratus antiquam, erant necessariæ. Inter quos Anton. Gabr. *lib.*3. *commun. tit. de iure quæsito non tollendo.num.*4. hanc opinionem tenendam admonet, eámque Doctores dixisse communem affirmat, & tanquam veriorem sequitur eam Ioann. Marc. Achilin. *in l. Gallus.§. & quid si tantum. ff. de lib.& posth. vers. Quid enim si aquæ & ignis.ex numer.*112. qui etiam plures eam auctores sectasse dicit. Et in eam magis inclinari videtur Pinel. *hic* allegatus 1.*part.cap.*2.*num.*7. *Cod. de rei vendicat.* Et quòd hæc opinio sit vera, & quòd *Clementina* 1.*de probat.* loquatur, ac debeat intelligi de Principe non recognoscente superiorem, probat Andr. Fachin.*lib.*8. *controu. cap.* 63. *ad finem.* Et confirmatur quòd auctores suprà citati eo maximè nixi sunt fundamento, quia Princeps sine iusta causa, tertio præiudicare non præsumitur, à cuius ore omne mendacium abhorret, *Detestabilis quidem est omnis iniuria, & quidquid contra leges admittitur, iusta execratione damnatur: sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, vnde credebantur auxilia prouenire*; vt notat Cassiodor. *lib.* 4. *variarum cap.* 27. vide Menoch. qui pluribus prædictam opinionem exornat, *lib.*2.*præsumptione* 9.*&* 10.*ex numer.*3. & Cardin. Tusc. *tom. Practic. iuri. conclus. lit. P. conclusione* 681. *fol. nobis* 528. & in specie, quòd Principi asserenti causas legitimas (etiam in tertij præiudicium) credendum sit, resoluūt Andr. Alçiat. *tract.de præsumpt. regul.*3.*præsumptione* 8.*num.*8. Iacob. Menoch. *consil.*100.*ex num.*23.*lib.*3. & Andr. Fachin. ita firmiter tenens *lib.* 3.*controu. cap.* 65. *in fine.* Paris. *consil.* 10. *num.* 41. *volum.* 1. Natta *cons.*487.*num.*38. Roland. *consil.* 1. *numer.* 84. *volum.* 2. Osasc. *decis.* 88.*num.*26. Adeò vt contrarium probari non possit, vt refert Natta *d. consil.* 487.*num.*41. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.*10.*num.*2. Ioann Anton. Bellonus *cons.* 5. *num.* 68. Fortiúsque quando causa non solùm asseritur, sed exprimitur à Principe: tunc enim vltra omnem dubitationem præsupponitur interuenisse etiam in damnum tertij, & creditur Principis assertioni absque alia probatione ac verificatione causę legitimæ; vt referunt Cardin. Tusc. *vbi suprà conclusione* 681. *num.*3. affirmans ex Baldo quem citat, quòd in contrarium nihil dici, aut excogitari possit. Alex. *consil.* 15. *lib.* 5. Curt. senior *consil.* 50. *volum.* 6. *lib.* 1. Imol. *in Clement.* 1. *de probat.* Angel. *consil.* 368. *Serenissimus. col.* 2. Sozin. *consil.*266, *col.* 11. *versic. confirmatur, quia ex narratione. vol.* 2. Corneus *consil.*312.*col* 5.*circa medium vol.*1. Crauet. *de antiquitate temporum.*3. *part. tertiæ principalis. num.* 9. Iacob. Menoch. *consil.* 106. *num.*23.*lib.*1. Idque fortiùs procedit quando

quando sumus in antiquis, à qua resolutione huc vsque nullus, quem videritu, dissentit. Idem Crauetta *vbi sup. num.* 25. Quintilian. Mandos. ad Lapum *allegat.* 7. Iacob. Menoch. *tract. de præsumpt. præsumptione* 10. *num.* 625. & Ioseph. Mascard. *tract. de probat. tom.* 3. *conclusione* 1228. *num.* 118.

Num. 33.

QVòd causæ cognitio præcedere debeat, vbi Princeps in successorum præiudicium aliquid statuit, referunt Hect. Æmil. *tract. de iure feudali. cap.* 22. *numer.* 36. *cum seqq.* & alij quos citat. Et quòd successoris citatio interuenire debeat quotiescumque de eius præiudicio tractatur, resoluunt cum auctore Miet. *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 1. *ex num.* 158. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *quotid. controu. cap.* 22. Anton. Petr. *tractatu de potestate Principis. cap.* 32. *numer.* 43. Iacob. Menoch. *consil.* 842. *numer.* 40. qui loquitur in legitimatione Hieron. Laurent. *de absolut. reg. potest. capit.* 23. *numer.* 38. & ante eos Oldradus *consil.* 224. *num.* 18. Et in actu & concessione priuilegij, si in aliquo lædit ius tertij, idipsum intelligendum est; vt probant Azeued. *in l.* 2. *tit.* 13. *libr.* 4. *numer.* 12. & 43. *recopilat.* Cardin. Tusc. *tom.* 1. *practic. conclus.* 268. *lit. C.* vbi latè. Et quòd citatio est necessaria in vnoquoque actu præiudiciali, (etiam in Principe) tenent Aloisius Riccius, *collect.* 203. cum aliis, quos refert D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. quotid. cap.* 156. *num.* 13. & 14.

Contrarium asseuerauit Satmient. (quem refert & refutat auctor *inf. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 23. & *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 5.) dicens quòd in gratia ac priuilegio Principis extraiudicialiter concessis, non requiritur citatio. Quam partem tuentur Ludouic. Roman. *consil.* 339. *numer.* 29. Felin. *in cap. cùm olim, num.* 6. *versic. Et firmat, de re iudicata.* Ant. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de clausul. conclus.* 1. *numer.* 13. Rota per Farinac. *decis.* 200. *num.* 3. *part.* 1. *in nouissimis.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 458. *num.* 28. Et hanc conclusionem alibi constanter defendit idem Samient. *lib.* 7. *select. cap.* 9. *num.* 3. & veram esse in materia fideicommissaria, & in puncto iuris, fatentur Angel. Matheaz. *de legat. & fideicommiss. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 12. & 16. *vol.* 1. & Petr. Gilcher. *ad lib.* 6. *Codicis, ad l. Gallus. §. & quid si tantùm, num.* 251. *ff. de liber. & posthum. fol.* 725. Et quòd causæ cognitio necessaria non sit, neque citatio, si iusta causa & publicæ vtilitatis intercedat (Principe certiorato de omnibus circunstantiis, atque qualitatibus ad expeditionem gratiæ attinentibus) quàm plurimi resoluunt. Quo casu gratia atque concessio firma est, omníque exceptione valida, nec ex postfacto inualidari potest ex defectu cognitionis causæ & citationis, vt in specie firmarunt Bartol. *in l. Gallus, §. & quid si tantùm. num.* 14. *ff. de liber. & posthum.* vbi hanc opinionem esse communem asserit Iason *ibidem numer.* 143. & *in l.* 1. *in* 2. *column. ff. de constit. Princip.* Bald. *in l. nam ita diuus. in* 1. *column. ff. de adopt. Cod. de seruit. & aqua. & l.* 2. *Cod. de temporali appellatione. & in l. final. ad finem. Cod. de fruct. & litium expensis.* vbi concludit quòd in priuilegiis, & in concessione Principum non requiritur vlla citatio. Idémque tenet ipse *in l.* 3. *§. si is pro quo. ff. quod quisque iuris.* Quibus adde Alex. *consil.* 2. *colum.* 11. *num.* 14. *lib.* 1. vbi quòd Princeps habet potestatem legitimandi spurios, etiam in præiudicium illorum, quibus esset ius quæsitum, & etiã illis irrequisitis, testatur. & *consil.* 101. *col.* 1. *vol.* 1. & *consil.* 194. *col.* 1. *lib.* 2. & *consil.* 203. *col.* 4. *lib.* 2. vbi Principis potestatem eam esse vt in præiudicium tertij & absque eius citatione

possit alteri beneficium conferre, affirmat. Et Abb. *in cap. cùm olim, in 4. col. de sentent. & re iudicat.* qui refert se ita consuluisse; & alia plura adducit in confirmationem huius opinionis: & *in cap. inter quatuor in colum. 1. de maiorat. & obed.* expresse affirmat quòd in Principe faciente actum ex iusta caussa, non est necessaria citatio. Et *consil. 84. per totum, lib. 1.* plenissimè hanc quæstionem tractat, vbi tollit omnia contraria quæ in fauorem aduersæ opinionis adduci possunt. Hoc idem tenent Ludouic. Roman. *consil. 319. in casu. & consil. 364. circa primum colum. 11.* Ioann. Andr. *in cap. olim tibi, ad medium, de verb. signif. & in cap. 1. de caus. poss. & propriet.* Anton. de Butr. *in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. & in d. cap. cùm olim. de re iudic. & in cap. veniens, de filiis presb.* Speculat. *tit. de legitimatione. §. Nunc breuiter. versic. Nota.* Sozin. *consil. 120. colum. 4. volum. 3. & consil. 87. num. 20. eodem lib. & in tract. de citatione in 7. articulo colum. 9. versic. Quadragesima procedit.* Philipp. Decius *consil. 269. colum. fin. & consil. 198. colum. 7. & consil. 544. colum. 2. num. 9. & consil. 191. colum. 3. numer. 66.* vbi constanter asserit in Principe iuri tertij præiudicante citationem non requiri: & id absque dubitatione procedere, vbi non sit commissa aliqua subreptio Et in hoc casu, videlicet, quando subreptio non interuenit, tenent similiter Simō de Prætis *de interpretatione vltim. volunt. lib. 1. interpretatione 1. dub. 1. solutione 13. numer. 24. & 25. fol. nobis 44.* Decius *in l. 1. colum. fin. num. 21. & 22. C. de secundis nupt.* Ioann. de Auend. *consil. 81. num. 4.* Sozin. iun. *consil. 76. num. 132. lib. 1.* Curt. iun. *consil. 1. numer. 8. cum pluribus seqq. lib. 1.* Petr. Paul. Parif. *consil. 1. num. 49. cum seqq.* Grammatic. *decis. 69. num. 40.* Nicol. *concord. 52. in 7. fallentia.* Ludou. Surd. *in tract. de natural. liber. cap. requisita in legitimatione impetranda. versic. Nonò quæritur.* Valent. Forster. *lib. 6. de successione. cap. 35. num. 2.* Hippol. de Marsil. *in repetitione legis de vnoquoque. ff. de re iudicata. ex numer. 14.* vbi securè asserit & affirmat Principem in præiudicium tertij posse actum facere, & concedere priuilegium absque aliorum citatione, dummodo faciat ex iusta causa; aliàs verò secus, & in fortioribus terminis idipsum defendit *num. 23. cum sequentibus.*

Et ratio prædictorum ex Sarmiento *lib. 1. select. cap. 8. num. 3. & 12.* est, quia citatio ad actus iudiciales adaptatur, non autem ad gratias quas Principes facere solent, cùm non sit tribunal gratiæ eius qualitatis, vt in eo lites decidantur; ideoque secundùm petentis relationem expeditur, nec de ea probationes fiunt: & ita ipsemet Sarmient. firmiter remanet in hac sententia, citationem eorum quorum iuri derogatur necessariam non esse in puncto & veritute iuris; atque sententiam aliorum qui contrarium tenent improbat, refutat, & damnat.

Sed noster Molina hîc non tantùm adductus est, vt ita teneret ex vera & stricta ratione iuris, nec ex potestate Principis, quantum ex stilo supremorum senatorum, qui regiæ Cameræ, & literis gratiæ expediendis præsunt. Quorum auctoritas & potestas (etsi maxima) non tanta est sanè, quanta Principis: & ita non aliter dispensare super petitis, aut iuribus tertij præiudicare intendunt, quàm vt actui qui geritur, iustificatio maxima, causæ cognitio, atque citatio partium præcedant.

Namque si animaduertimus differentiam potestatis, quæ est inter Principem, & supradictos Consiliarios, vt notat Petr. Gilcher *in d. §. & quid si tantum.* *l. Gallus.* quem repetit *sub lib. 6. Codicis num. 251. fol. 725.* inueniemus quòd vbi Princeps aliquid discernit vel derogando, vel facultates expediendo, vel

vel denique vocationes, normam & ordinem substitutionum innouando, sola causa legitima & vera publicæque vtilitatis requiritur, & quòd de ea Princeps certior sit absque vlla alia cognitione causæ, nec citatione partis; at verò vbi Consiliarij eius Cameræ (in quo casu noster auctor in præsenti loquitur) aliqua huiuscemodi facultates expedire intendunt, necessaria esse videtur non solùm iusta & legitima publicæque vtilitatis causa, verùm etiam cognitio eiusdem causę, atque citatio partis, secundùm opinionem nostri auctoris *hic*, & quemadmodum hodie videmus passim practicari: & hoc ad maiorem & pleniorem eorum iustificationem, cuius non indiget Princeps: non verò ita vt quando deficeret citatio, vel cognitio causæ, actus non subsisteret, quia dum iusta causa & legitima atque vtilitatis publicæ interuenerit, semper validus erit actus, iam à Principe, iam à Consiliariis eius prolatus.

Et hinc est quòd si ex postfacto de iusta ac legitima causa appareat, etsi nulla præcesserit citatio, actus proculdubio sustinebitur, quod non obscurè ex auctore perpendi potest *in d. cap. 3. num. 23.* Nam cùm Princeps facere id, nisi causa legitima subsistente, (vt *hic & inf. cap. 18. num. 10. & lib. 4. cap. 3. in principio*) non potest, patet quòd tota vis in probatione causæ legitimæ & iustæ pendet ac residet; qua iudicialiliter ex postfacto comprobata tenent facultas, legitimatio, & similia, etiamsi ab initio in concessionibus eorum, & in clausularum derogatione deficeret partis citatio. Nec in toto isto de primogeniis tractatu (ni fallor) ab auctore cautum reperitur, quòd defectus citationis actus nullitatem inducat, sicut defectus causæ. Ad quod verba ipsius auctoris me compellunt *in d. cap. 18. num. 10.* ibi, *ideoque si sine causa legitima concedantur, nullius effectus, nec valoris quo ad ius fori censendæ erunt.* Et *dicto cap. 3. num. 5. lib. 4.* ibi, *si enim aliter facultates huiusmodi concederentur, regij Consiliarij, qui eisdem facultatibus expediendis consilium præstarent, conscientiæ læsæ discrimen incurrerent.* Non ergo ait quòd ex defectu citationis, vel causæ cognitionis facultas non teneat, sed regiis Consiliariis auctor consulit, ne eorum conscientia ex alienatione, causa legitima non præcedente, facta periclitetur; quia causa postea cognita, & cum legitimo contradictore perpensa, si euidens est vtilitas, facultas sustinebitur, etiam nulla præcedente citatione, alioquin magna damna occurrerent, & in creditorum præiudicia irreparabilia.

Et his omnibus consonat dicere quòd etsi citatio præcedat, & pars contradicat, si iusta ac legitima causa interuenerit, idque ex probationibus constiterit, ea renitente, proculdubio facultas concederetur. Nam quid interest vocatos, aut substitutos citatos esse, cùm interueniente iusta causa, nihil dicere, nec allegare valeant, quod Principis intentionem, volentis iuri eorum derogare, impedire possit? vel quid etiam interest non esse citatos, aut quid damni irrogatur eisdem, cùm (in effectu) actus concessionis in futurum non possit subsistere, ex defectu causæ? Et sic in vno & altero casu citationis defectus eis non officit. Imò potiùs aliquando hic citationis defectus successoribus vtilis esse potest: nam cùm causæ summaria cognitio ad facultatum spectationem præcedere debeat; vt ex auctore nostro *lib. 3. cap. 3. num. 23.* non tam arctè, nec tam principaliter de viribus causæ, nec de successoris dãno ac pręiudicio cõtenditur in illo iudicio, quàm in iudicio plenario, quãdo causa apud supremũ senatũ & regios Consiliarios introducta, hæc omnia

omnia discutiuntur, & maiori examine retminantur? Et hac potissimè ratione videtur in hanc opinionem inclinari Carol. de Tapia *decis.* 20. vbi citationem respuit, nec ob eius defectum actum inualidari fatetur.

Num. 34.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 28. *num.* 6. Paz *tractatu de tenuta. cap.* 57. *num.* 200. vbi subdit hoc fieri posse, licèt regia potestas non intercedat, quod periculosissimum esse fatemur, nec parentibus liberum, nisi ad id regius præcedat assensus, quo suffragante possunt antiquas maioratus leges, ac successionis ordinem mutare, vt hîc affectuatur, & communiter tenetur.

Frequentissimum in vsu forensi apud pragmaticos est, quærere vtrùm duo maioratus, sicut ex causa matrimonij in vnum iungi non possunt, ex decisione textus *in l.* 7. hîc præcitata; ita etiam nec ex causa successionis iungi valeant, de qua re duæ extant contrariæ Doctorum opiniones, vna affirmatiua, altera verò negatiua.

Opinio affirmatiua est quòd casus successionis sub mente ac generalitate legis sicut matrimonij casus comprehenditur: quam fuerunt amplexi Parlad. post Sesquicent. *quæst.* 5. per totam. Perez de Lara *lib.* 1. *de anniuers. & Capell. cap.* 5. *num.* 35. *&* 36. vbi alias species adducit huius quæstionis necessatias. Matienz. *in l.* 7. *gloss.* 5. *num.* 1. *lib.* 5. *recopil.* Azeued. *in summario eiusdem legis.* Robl. de Salc. *tract. de repræsentatione lib.* 2. *cap.* 6. *fol.* 101. vb ex identitate rationis idipsum probat D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 28. *ex num.* 19. & iterum nouissimè *tom.* 6. *cap.* 177. *ex num.* 1.

Negatiua verò opinio est quòd ad *d. l.* non procedit extra casum matrimonij, prout non examinata quæstione recenset Miet. *de maiorat. quæst.* 30. *num.* 84. *&* 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 9. *num.* 327. & post eum latiùs Ioann. Baptist. Valenz. *consil.* 69. *num.* 46. *cum seqq.* Paz *tract. de tenuta. cap.* 57. *ex num.* 189. Qui omnes contendunt casum successionis remanere in dispositione iuris, cùm lex regia tantùm loquatur in casu matrimonij, non verò in casu successionis, qui casus aliàs per expressionem primi manet exceptuatus.

Nos itaque hunc etsi profiteamur articulum esse difficilem, & nondum decisũ in praxi, in quatuor casus distinctos ac separatos diuidimus semper.

Primus casus est quando contrahentes matrimonium tempore ipsius contractus possessores vtriusque maioratus existunt: in quo casu militat expresè dispositio textus *in d. l.* 7. de quo nulla est controuersia Doctorum.

Secundus casus est quando tempore nuptiarum vterque coniux, aut saltim alter eorum non possident, habent verò probabilem spem succedendi vel parentibus, vel fratri primogenito, quorum successio constante matrimonio obuenit, aut vacare contingit. Et hic casus superiori cognatus est, & locum habere censemus in eo, *in d. l.* 7. eo quòd generaliter loquatur, nulla facta distinctione an tempore matrimonij, vel extante ipso matrimonio concursus fiat, prout ita similiter accipiendus est auctor noster in præsenti: nam vtcumque sit, tunc matrimonium præcedens, & perseuerans, est causa immediata successionis, ac proxima, & propter matrimonium fit quidquid ex causa matrimonij contingere potest. *l. prætor ait.* §. 1. *ff. de incend. ruin. & nauf.* Aymon Crauet. *consil.* 433. *num* 34. *volum.* 3. Bonif. Ruger. *consil.* 57. *num.* 6. *vsque ad num.* 64. *volum.* 2. & causa mediata causæ immediatæ annexa eodem iure cum immediata censetur.

fetur. *l. paterfamilias. ff. de vulgar.* Bald. *in l. 7. num. 2. ff. de testam. tutel.*

Tertius casus est quando contrahentes, vel alter eorum in vita parentis, aut fratris possessoris maioratus decedit, & postea soluto matrimonio successio filio, vel nepoti eorum delata est: tunc enim extra casum legis versamur, cùm horum maioratuum concursus etsi ex præcedenti matrimonio originem trahat, verè & propriè per successionem ademptus est; in qua specie præualet vltima Doctorum opinio, de quibus suprà: & casus successionis tãquam omissus remanet in dispositione iuris, & regulatur iuxta primogeniorum naturam, cui diuisio quæcumque repugnat, cùm primogenitus in omnibus bonis iure maioratus relictis, cæteris exclusis, succedere debeat, ex auctore *infrà cap. 11. num* 8. & potentior est ratio quæ nos conuertit ad viam & dispositionem iuris, quàm quę ex identitate sermonis desumi potest, vel sub mente ac generalitate legis comprehendi.

Quartus & vltimus casus est, quando contrahunt matrimonium parentes, nulla habita probabili spe succedendi, quibus defunctis successio alicuius maioratus defertur fortassis eorum primogenito filio, vel nepoti, post obitum possessoris, qui erat propinquus ex linea trãsuersali, vel remota, prout quotidie contingit, & vidimus viros ditissimos iure primogenituræ retinere duos ac plures maioratus, in quibus sine spe proxima succedendi deficientibus possessoribus successerunt. In qua specie cessat dispositio legis septimæ ex rationibus suprà in tertio casu perpensis: imò si locum haberet, amplissimarum domuũ possessores magnum detrimentum paterentur, cùm ampliores titulo Ducatus, Marchionatus, Comitatus ac aliarum ditionum tot maioratus obtineant, in quibus ita vel ipsi, vel parentes eorum successerunt, quorum si sequeretur diuisio, tota ferè Hispania litibus inuolueretur Et sic concludimus quòd primus, & secundus casus in dispositione legis continentur, tertius, & vltimus cùm extra legem sint, maneant exceptuati in lege.

Num. 35.

His adde P. Mol. *tom. 3. de iust. & iur. disputatione 616. num.* 8. D. Ioann. del Castill. *tom. 3. controu. cap.* 10. *numer.* 9. & auctoris sententia verissima est, comprobatúrque ex regula textus *in l. ab eo. Cod. de fideicommiss.* de qua per auctorem *infr. lib. 2. cap.* 11. *num.* 4: eámque limitat, ibi, *Quod probabile videtur.* in quo casu Pinel. *hic* præcitatus, provt auctor demonstrat, intelligi oportet: rectè equidem quiquid aduersus hanc limitationem teneat, contrarium Flores Diaz de Mena *in additione ad Gam. decis* 263. cui satisfacit, & nostri auctoris sententiam sequitur D. Ioann. del Castill. *de quo supr. versu, ego verò.* In qua re casus sequentes prænotandi sunt.

Primus casus est, quando possessor maioratus propria bona antiquo maioratui addidit simpliciter & absolutè, & nullas vocationes, seu conditiones adiecit, in hoc casu perinde succedendum est, ac si bona priori maioratui vnita primi fundatoris essent, ex Mier. *de maiorat. 2. part. quæst.* 5. *num.* 13. Marc. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. artic.* 16. *num.* 114. Philipp. Decius *consil.* 467. *per totum, & consil.* 362. Aymon Crauet, *consil.* 987. *num.* 54. *lib.* 6. D. Garç. Mastrill. *decis. Siciliæ.* 19. *ex part.* 2. Castill. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 9. *& seqq.* Azeued. *in part.* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. *num.* 405. & censetur vterque maioratus vnus & idem. *l. si inter virum,* 24. *ff. de pact. dotal. l. etiam. C. de iure dotium.* sequitur Tiber. Dec. *consil.* 123. *num.* 70. *lib.* 3. exemplo in Ecclesia

quæ si vnitur alteri, assumit naturam propriam, consuetudines & priuilegia illius Ecclesiæ cui vnitor, vt per glossam vulgarem *in cap. 1. verbo vniendo, ne sede vacante. cap. recolentes, de statu monachorum* Gregor. *in l. 27. titul. 7. part. 1. gloss. 2.* Angel. *consil.* 247. Æmil. Ferret. *consil.* 242. *num.* 5. *&* 6. Mier. *vbi suprà num.* 11. Hieron. Gonzalez *in reg. 8. cancellariæ, super mensibus alternatiuis, gloss.* 5. §. 7. *ex n. 2.* Nicol. Garç. *part. 12. de beneficiis. cap. 2. num. 12. & 13.* Quod est generale in qualibet dispositione augmentatiua, etiam si sit stricti iuris, nam ex tacita repetitione continet in se omnes qualitates, & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata. Roman. *consil.* 345. *numer.* 19. *cum seqq.* ac perlucidè confirmat Alber. Brun. *tract. de augment. conclusione principali, per totam*, præcipuè *numer.* 3. *&* 4. Tiraquel. *de retractu gloss.* 18. *numer.* 50. Roland. *tract. de lucro dotis, quæst.* 100. Mantic. *de tacita & ambigua conuentione lib. 12. titul. 1. num. 11.* Menoch. *consil.* 1105. *num.* 5. *cum seqq. volum.* 12. Surd. *consil.* 397. *num.* 12. *lib.* 3. D Ant. de la Cueba *in allegatione iuris pro Duce de los Arcos, pro comitatu de Casares, num.* 289.

Secundus casus est, quando nouæ conditiones ac vocationes, etsi alioquin sint contrariæ & repugnantes prioribus, aliquo tamen modo possunt conformari atque in concordiam reduci; tunc verò diuisio non sequetur, nec priori maioratui in causa, & tenet Iason *consil.* 141. in ista difficillima quæstione, *num.* 31. *versic.* 10. *lib.* 2. quos refert Simon de Prætis *tract. de vltim. volunt. lib. 2. interpretat. 4. dub. 2. solut. 2. num.* 230. in quo casu vocatio specialis antiqui maioratus præualet generalibus vocationibus factis in maioratu vnito priori, vt per Sozin. *consil.* 62. *numer.* 8. *lib.* 5. Ioann. Cephal. *consil.* 443. *numer.* 51. Petr. Surd. *consil.* 475. *numer.* 32. *lib.* 4. & hoc ex regula *in l. quo hæredi. §. qui patrem. ff. de vulgari. l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de aliment. & cibar. legat.*

Tertius casus & vltimus est, quando possessor maioratus ipsis bonis liberis, quæ vniuntur, nouas conditiones addidit, ac leges antiquis contrarias ita ac repugnantes, quod minimè compatiuntur; in quo casu loquitur auctor noster *hîc*; tunc verò diuisio prædictorum maioratuum sequeretur, qua prorsus dignitas familiæ, memoriaque fundatorum destruitur, atque corrumpitur: vt per auctorem *inf. cap. 11. num. 4. & 5.*

Num. 37.

IN maioratu reuocabili verissima est auctoris sententia, & ex ratione *hîc* assignata idem profitentur Albarad. *lib. 3. de coniect. ment. defunct. cap. 2. numer.* 4. Matienz. *in l. 11. gloss. 3. num. 2. lib. 5. recopil.* & ibi Angul. *gloss.* 1. *numer.* 4. Auend. *in l.* 40. *gloss.* 1. *ex numer.* 51. P. Molin. *tom.* 3. *disputatione* 617. D. Ioann. del Castill. *vbi sup. tom. 3. cap. 10. num. 6. & 7.* Ramon. *consil.* 100. *num.* 12.

Cæterùm in maioratu irreuocabili contraria sententia communis est, vt latiùs comprobant Mier. *de maiorat. 1. part. quæst. 26. num. 4. & 5. & quæst. 44. num. 11. & 2. part. quæst. 4. illat. 8. num.* 14. Albarad. *vbi sup. libr. 2. cap. 1. num.* 4. Gutier. *lib. 3. pract. quæst.* 51. *ex num.* 7. *& quæst. 101. num.* 9. D. Ioann. del Castill. *d. cap. 10. ex num.* 9. quod ex dispositione textus *in d. l. perfecta donatio*, obtentum est.

Num. 38.

GEnerale est quòd actus qui non potest corrigi, potest tamen declarari. Curt. iun. *consil.* 55. *numer.* 9. *versic. Postremò. & num.* 10. sic limitans textum *in dicta lege, Perfecta donatio*, prosequitur Burg. de Paz *in Proœmio legum Tauri, num.* 309.

*num.*309.*& consil.*2. *num.* 61. Quod pluribus comprobat Anton. Gabr. *lib.* 6. *titul.de regul.iuris. conclus.*3. *numer.* 3. Bald. *in l.precibus. numer.* 11. *&* 12.*C. de impuberum.* Tiber. Decian. *respons.* 7. *numer.* 100. *volum.* 1. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.*73. vbi plura adducit. Et ratio est, quia qui declarat, nihil de nouo dat; vt in specie recenset Fontan. *de pact. nupt.tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 5. Ex quo apparet licere coniugibus post perfectam donationem per eos filiis factam alio instrumento declarare, verbum *filios* intelligendum esse de masculis tantùm, cùm aliàs tam masculos hoc verbum, quàm fœminas comprehendat; vt per Decian. de quo *sup.num.*99. Quæ declaratio trahitur retro ad tempus donationis,& tollit ius tertio, medio tempore quæsitum ; vt cum Surdo *decis.*29.*num.*8. probat Fontan. proximè adductus ex *num.*15.

Ibi, *Quod quando vltimus.* Fatentur hoc ipsum Hieron. Gabr. *consil.* 132. *quæst.* 2. *num.* 7. *volum.* 1. Hieron. Grat. *consil.*35. *num.* 11. *vsque ad* 14. *volum.* 2. Camil. Gallin. *de verborum signific. lib.* 10. *cap.* 38. *num.* 19. Et huic declarationi alioquin standum est, assértque magnum veritatis specimen, cùm verisimilius tunc possessor maioratus defuncti voluntatem agnoscat; quibus astipulari possunt tradita per Menoch. *consil.*136. *num.*36. Fusar. *de fideicommiss.substit. quæst.* 501. *num.* 9. latiùs D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controuer. cap.* 10. *num.* 35. *& tom.* 6. *cap.*183. *per totum.* vbi *cap.* 184. *ex num.* 6. quid in executore testamenti, & in specie Ramon. *cap.* 100. *numer.* 413.

Versic. Subsequenter. Ostensum erit *infr. lib.* 4. *cap.* 13.

CAPVT IX.

Num. 1. *&* 2.

PRo opinione Peraltæ vide Aluarad. *de coniect. ment. defunct. cap.* 3. *lib.* 2. *num.* 28. vbi *num.* 29. quid si instituens filium ex causa exhæredauit, an censebitur reuocata maiora; de quo *infr.* tractabimus *num.* 31. & idem quod Peralta tenet Peregr. *de fideicomm. artic.* 22. *num.*95. vbi distinguit inter ingratitudinē, vel iniuriam commissam contra grauatum, & possessorem maioratus, vel contra eius institutorem. Quæ distinctio & auctoris sententia in præsenti verissima est & cōmunis, consonaque primogeniorū naturæ: & sic vltra relatos fatentur Mier. *de maior.* 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 1. *num.* 1. *vsque ad* 14. Mantic. *tract. de coniect. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 20. *& lib.*8. *tit.* 12. *num.* 23. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 89. *num.* 81. ídque recenset nouissimè Vincent. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst.* 317. *num.* 16. *&* 16. Sequitur Molin. Theol. *tract.* 2. *disp.*654.

Num. 3.

ADde P. Molin. de quo *supr. n.*3. Castill. *tom.*5. *cap.* 161. *n.*7. *vers. exprim. Versiculo, Neque his.* Pro interpretatione textus *in dict. cap. licèt de voto,* vide Quessard. *diuers. quæst. iuris. cap.*32. *ex num.* 14. & latiùs per Xuarez è Societate Iesu, *tom.* 2. *de religione. lib.* 4. *cap.* 9. *ex num.*3. & ex communi Doctorum sententia : ideo prædictus filius Regis successione regni priuari debuit, quia ipse, prout auctor demonstrat, ad voti implementum se obligauit; in qua specie Xuarez *sup. numer.*3. subdit interuenisse votum ad Deum, simul cum promissione ad patrem, & sic suscepit ipse non tantùm obligationem humanam ex promissione (videlicet ad patrem,) verùm etiam religiosam obligationem (scilicet ad Deum cui se voluntariè obligauit.) Et hæc est vera huius textus resolutio. Et quando possit aliquis votum suum adimplere per alterum, vide

vide Xuarez *vbi sup. cap.* 10. *per totum.*

Num. 8.

ADde P. Molin. *d. disp.* 654. *num.* 4. Et quod *hic* dicitur de expressione causæ, verissimum est; & repetit auctor *infrà num.* 15. vbi annotabimus.

Num. 10.

VIde auct. *infrà lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 46. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. & his consona sunt tradita per D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 181. *numer.* 12. *fol.* 468.

Num. 11. 12. & 13.

VErsiculo, *In prima specie.* Prima huius distinctionis pars comprobatur ex Peregr. *tract. de fideicomm. art.* 22. *prope finem.* Vincent. Fusar. *de fideicom. subst. quæst.* 317. *ex num.* 8. P. Molin. *d. disp.* 654. *lit. E.* Secunda verò distinctionis pars ea potissimum ratione sustinetur, quòd is qui est odiosus testatori, sub generali vocatione non comprehenditur: vt post auctorem recensent Simon de Prætis *de interpr. vltim. volunt. lib.* 1. *solutione* 4. *à num.* 10. *fol. nobis* 98. Petr. Surd. *decis.* 41. *vbi numer.* 6. subdit, quòd si pater est odiosus testatori, eius filij in generali sermone non comprehenduntur, asseuerans hanc decisionem placuisse ferè omnibus de senatu; habet hoc etiam suas quasdam ampliationes & limitationes in filio exhæredato, qui nequaquam sub generali vocatione comprehensus censetur, ex Roman. *consil.* 438. *num.* 6. & luculenter in vtroque casu, tam inimicitię, quàm exhæredationis. hanc conclusionem secutus est Fusarius *vbi suprà quæst.* 317. *ex num.* 1. in descendentibus ab odiosis, vel inimicis testatoris, seu disponentis, vt per Fusar. *de quo sup. num.* 2. exclusa namque radice, censentur etiam exclusi descendentes ex ea, vt per auctorem *infr. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 41. & 42.

Amplia etiam in præsumpto odio, de quo Fusar. *vbi sup. num.* 7.

Amplia, si offensa, vel odium fuisset leue, de quo etiam Fusar. *loco suprà citato.*

Limita primò, quando omnes vocati essent pariter odiosi Fusarius *num.* 8. *eiusdem quæstionis.*

Limita secundò vt per auctorem *hîc d. num.* 12. & alias limitationes congessit Fusar. *vbi sup. num.* 3.

Num. 14.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 100. *ex num.* 20.

Num. 15. 16. 17. & 18.

VIde P. Molin. *d. disputatione* 654. *n.* 4. & pro eo quod hîc dicitur de expressione causæ, adde Anton. Gom. *variarum cap.* 11. *num.* 10. Cassan. *in consuetud. rubr.* 7. §. 2. *gloss. Non prout. &* §. 3. *in principio.* Ioann. Garç. *tract. de expens. & meliorat. cap.* 10. *num.* 2. Spin. *in specul. testament. gloss.* 20. *num.* 55. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 23. *num.* 104. quod verissimum est, & repetit auct. *sup. num.* 8.

Num. 19. 20. & 21.

PLura recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 100. *ex num.* 21.

Num. 22. & 23.

ADde P. Molin. *vbi suprà num.* 3.

Num. 24.

SEquitur idem P. Molin. *d. disput.* 654. *num.* 5.

Num.

Num. 25. & 26.

VIde *infr. lib.* 4. *cap.* 11. *per totum*, vbi luculenter.

Num. 27. & 28.

ADde P. Molin. *vbi sup. lit. E.* & vide amplius Sozin. *consil.* 47. *num.* 12. & 13. *lib.* 3. Corn. *consil.* 116. *num.* 13. *vol.* 2. subdens quòd tunc filius subingreditur in locum patris, non tanquam deportati, vel condemnati, sed tanquam patris simpliciter. Quod asserit Alexand. *consil.* 75. *lib.* 1. & per auctorem *inf. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 29. Castill. *cap.* 160. *num.* 8.

Num. 29. & 30.

HOc ipsum repetit auctor *inf. libr.* 3. *cap.* 13. *num.* 15. & 25. Cui adde Mier. 2. *part. quæst.* 3. *num.* 7. Velazq. *in l.* 45. *gloss.* 2. *num.* 9. Thesaur. *quæst.* 34. *num.* 24. Gregor. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *verbo, Siendo home paraelle. gloss.* 19. Annium Robert. *lib.* 3. *rer. iudicat. cap.* 7. P. Molin. *tom.* 3. *tract.* 2. *disput.* 624.

Num. 31.

VIde P. Molin. *d. disputat.* 654. *lit. B.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 25. & testatur decisum Fontanel. *de pact. nupt. clausf.* 4. *gloss.* 1. *num.* 84. Quo casu donatio non reuocatur ipso iure, vt per eundem Fontanel. *n.* 15. sed tantùm actio competit personalis. Et quid de fructibus facta reuocatione, vide Angul. *de meliorat. l.* 1. *glossa* 11. *num.* 11. qui tenet fructus restituendos esse. Sed contraria sententia longè verior ac receptior est, vt per Gutierr. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. Anton Fabr. *libr.* 8. *Codicis. tit.* 36. *de reuocand. donationibus. def.* 15. vbi refert decisum. Quibus accedit Fontanel. *vbi proximè num.* 16.

Num. 32. 33. & 34.

COntrarium longa serie fatetur P. Molin. *tract.* 2. *disput.* 176. *col.* 17. *versic. certè mihi.* Pichard. *in Proœmio Instit. de inofficios. testam. num.* 39. vbi dicit communem, quamuis ab ea recedat.

Sed quidquid hi teneant, auctoris sententia verior & receptior est. Pro qua extant plures Doctorũ opiniones, quos recenset P. Thom. Sanch. *in præcept. Decal. cap.* 15. *n.* 37. subdens quòd dictio taxatiua nunquam excludit casus similes, per ea quæ tradunt Doctores *in l. final. C. de reuoc. donat.* Idque in specie concludit Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *clausf.* 4. *gloss.* 28. *ex num.* 17. *vsque ad* 20. vbi *num.* 21. iudicibus consulit, ne leuis sit causa; & *num.* 22. de vrgentioribus causis latè. Et his omnibus adde Petr. Surd. *tit.* 7. *de aliment. quæst.* 1. *ex num.* 5.

Num. 35.

VIde auctorem *sup. cap.* 8. *num.* 37. & fortiùs procedit eius conclusio, quando donatio facta est in contractu matrimonij: quo casu nulla ingratitudine reuocari potest, vt per Mier. 1. *p. quæst.* 22. *num.* 25. & 26. Aurend. *in l.* 44. *Taur. gloss.* 16. *num.* 35. & cum aliis adductis idem tenet Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 36. & latiùs hoc ipsum fatentur Fontanel. *de pact. nupt. clausf.* 4. *gloss.* 28. *num.* 6. Morch. *de diuis. bonor. lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 94. Quorum sententia intelligenda est quoad alios descendentes & vocatos: secus verò quo ad filium, vel successorem, qui inimicitiæ, siue ingratitudinis causas commisit, vt probant Decian. *respons.* 31. *num.* 67. *lib.* 1. Franc. Molin. *de ritu nupt. quæst.* 7. *numer.* 18.

Morch. *vbi supr. numer.* 96. Et hoc verissimum, iuxta notata per auctorem *infrà lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 35. *versic. in secundo.*

Num. 36.

LIcèt institutor maioratus possit ex causis inimicitiæ & ingratitudinis successorem exhæredare; non tamen hæredibus illius has causas opponere permissum est, vt per auctorem *hîc*, quem sequitur Menoch. *consil.* 155. *num.* 17. dicens quòd si vasallus, vel emphyteuta delictum commisit quo meretur priuari feudo, vel emphyteusi, & dominus non declarauit vllam caducitatem, præsumitur iniuriam ex delicto remisisse. Quare eius hæredes ampliùs de ingratitudine illa, siue de delicto non possunt conqueri. Et hanc sententiam tanquam verissimam post eum agnoscunt Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 28. *numer.* 35. Morch. *de diuis. bon. lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 91. P. Vazquez *in opusc. de testament. cap.* 6. §. 3. *dubio* 2. eaque in praxi retenta.

Limita primò, si donator mortuus fuerit, nesciens ingratitudinis causam, vt per auctorem *inf. num* 37.

Limita secundò, si sciuit, repentina tamen morte obiit, vt *inf. numer.* 39.

Limita tertiò, si præparauit querelam dum vixit, dicens quòd intēdebat reuocare donationem: vt Fontanel. *vbi sup. num.* 35. Hæc omnia complectens ac probans, & *num.* 36. quid in casu quo donator conqueritur de ingratitudine donatarij, an hi conquestus debeant esse iudiciales, an verò extraiudiciales sufficerent.

Num. 37.

VIde auctorem *inf. num.* 39. & Fontan. *de quo proximè n.* 35. & iterum *tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 3. *ex num.* 63. vbi *num.* 67. refert decisum.

Num. 38.

HIs adde auctorem *sup. num.* 35. P. Molin. *d. disput.* 654. *in fine.* Mart. *de successione legali. tom.* 2. *part.* 4. *quæst.* 18. *art.* 10. *numer.* 67. Geron. Laurent. *decis.* 23. *ex num.* 17. Et *in vers. Quod procedit*, vide Mart. *vbi suprà.*

Num. 39. 40. & 41.

IDem recēsent Rota Auenionens. per Geron. Laurent. de quo *sup.* Fontanelus *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *conclus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 3. *num.* 67.

Num. 42.

QVoad causā inimicitiæ rectè. Ea namque remissa censetur, per reconciliationem tacitè, vel expresse factam. At verò si post inimicitiam, vel ingratitudinem exhæredatio subsequatur, maior dubitatio est; quia hæc non cēsetur abolita per reconciliationem subsecutam, eo quòd requiratur actus solemnis, ac æquè contrarius, vt contra Bartolum *hîc* præcitatum tenet Couarru. *in cap. Raynutius. numer.* 17. *de testamentis*; quem sequitur plura adducens Menoch. *consil.* 685. *ex num.* 17. *vol.* 7. & disputat Aldobin. idem concludens, *consil.* 114. *numer.* 29. Card. Mantic. *de coniecturis. lib.* 4.

Sed opposita sententia mihi verior ac receptior est, cùm exhæredatio etsi sit actus solemnis, nihilominus per actum omni solemnitate carentem potest dissolui, & ad nihilum reduci. *l. in ipsius. C. familiæ erciscundæ. l.* 4. *ff. de adimendis legatis*, cū adductis à de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *solutione* 4. *num.* 17. P. Vazquez, qui cum Bartolo, & rectiùs hanc sententiam agnoscit, *in opusculo titul. de testam. cap.* 6. §. 3. *dubio* 5. & de

& de modo practicandi prædicta, vide Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 1. numer.* 50. vbi *num.* 51. plures actus adducit, per quos reconciliatio demonstratur, de quibus videndus est de Prætis *vbi sup. ex num.* 14.

Quid si pœniteat successorē, & redeat ad vitam meliorem & frugem. Vide Surd. *vbi sup. num.* 28. & cum quadam distinctione de Prætis præcitatum, qui *n.* 12. subdit quòd ob talem pœnitentiam non sunt deneganda alimenta filio.

Et quid si religionem ingrediatur? Vide Surd. & de Prætis *in præcitatis locis*, & vltra eos P. Vazquez *vbi suprà dubio* 6.

Et retenta superiore sententia limita, quoties exhæredatio sequitur, & postea adest alicuius particularis institutio, ex Menoch. *dict. consil.* 685. *num.* 10.

Num. 43. & 44.

VIde Peregrin. *de iure fisci. lib. 2. tit. de ingratis circa defunctos*, *numer.* 7. Fontanel. *claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *numero* 196.

Num. 45.

SEquitur Albarad. *de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. numer.* 28.

Num. 46.

HIs adde P. Thom. Sanch. *lib. 7. de matrim. cap. 90. num.* 11.

Num. 47.

IDem deducitur ex Bald. *in l. cùm antiquioribus, colum. 6. versic. Primò permitto. C. de iure deliberandi.* & est communis sententia quòd si legatarius post mortem testatoris cum vxore eius concubuit, perdit legatum. Albarad. *de coniectur at. ment. defunct. cap. 3. lib. 2. num.* 28. Barbos. *in l. 2. in principio. num.* 64. *ff. solut. matr.* Mier. *de maiorat. 1. pari. quæst.* 48. *ex num.* 139. Gutierr. *lib. 2. canonic. quæst. 112. num.* 13. Pichar. *Instit. de adempt. legat.* §. 1. *numer.* 39. Annel. Amatis *consil.* 1. *ex num.* 27. *lib.* 2.

Num. 48.

PRo his facit quod refert Zaball. *commun. quæst.* 708. *num.* 2.

Num. 49.

AVctor in præsenti loquitur de vidua luxuriosè viuente; *& inf. num.* 50. vbi eamdem conclusionem statuit, tantùm de fornicante, & tanquam synonyma hæc duo confunduntur; & in specie Ioann. Garç. *de coniugali acquæstu, num.* 45. subdit sufficere vnicam viduæ fornicationem intra annum luctus. Idem resoluunt Matienz. *in l.* 5. *tit. 9. gloss. 8. num.* 5. Barbos. *in l. 2. in principio. num.* 67. *ff. solut. matrim.* P. Thom. Sanct. *lib. 7. de matrim. disput.* 90.

Qua retenta sententia limita, quando intra annum luctus, quo vidua fornicatur, iam secūdo nupserat viro ante fornicationem illam admissam, quo tempore non censetur esse in eodem matrimonio. Sanch. *vbi sup. num.* 3. vbi *n.* 5. Quid si post annum luctus fornicetur. Quæ omnia procedunt dum interuenit iudicis sententia huius criminis declaratoria, alioquin etiam in foro conscientiæ, non spectata tali sententia, vidua tutelam filiorum non amittit, neque lucra, vt per Sanch. *de quo proximè, num.* 11.

Et retenta auctoris sententia amplia in muliere quæ ad secundas nuptias conuolauit, ea denique tanquam si luxuriosè vixerit, tutelam filiorum amittit, nondum legitimam, sed etiam

(prout

(prout notum, & communis sententia est) testamentariam, vt per Anton. Gom. *in l.* 14. *Tauri. num.* 11. *vers. item adde.* Tello Fernand. *in l.* 6. *Tauri. numer.* 30. Baeza *de decima tutoris. cap.* 4. *num.* 51. Matienz. *in l.* 3 *recopil. tit.* 1. *gloss.* 2. *num.* 9. P. Thom. Sanch. *lib.* 7. *de matrim. disput.* 88. *num.* 4. 8. *&* 10. Gutierr. *de tutelis.* 1. *part. cap.* 7. *numer.* 10. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 2. *num.* 8. *& seqq. volum.* 2. Escobar *de ratiociniis. cap.* 6. *num.* 2. Rota per Farinaz. *decis.* 201. *num.* 5. Mastrill. *decis.* 6. *num.* 35. Giurb. *decis.* 109. *num.* 2. Anton. Fab. *lib.* 5 *Codicis. tit.* 21. *quando mulier tutelæ officio, definit.* 2. Viuius *decis.* 364. *num.* 7. Surd. *consil.* 175. *num.* 29. *lib.* 2. Antonin. de Amat. *variarum resolutione* 24. *numer.* 12.

Hanc conclusionem limita, primò quando ex Principis particulari dispositione contrarium prouisum est, vt per Ruinum *consil.* 125. *lib.*.. Neuizan. *in sylua nuptiali lib.* 3. *numer.* 52. Gutierr. *de tutelis. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 18. Menoch. *de arbitrariis. casu* 151. *num.* 9. Escobar *d. cap.* 6. *sub num.* 3.

Limita secundò, si testator speciali & expressa, non autem tacita prouisione statuerit quòd non obstante ad secundas nuptias transitu vtique mater tutelam filiorum non amitteret. Bald. *in cap. ex parte Martini. num.* 2. *de appellationibus.* Neuizan. *vbi sup. num.* 50. Matienz. & Sanch. *de quibus proximè.* Antonin. de Amatos *d. resolutione* 24. *n.* 14.

Vlteriùs superior communis conclusio intelligi oportet quando mater de facto nupserit: secus si dixerit se velle nubere, vel si contraxerit sponsalia de futuro, vt per Afflict. qui refert decisum *decis.* 357. Gregor. *in l.* 5. *titul.* 16. *gloss.* 1. *part.* 6. *verbo Casado.* P. Thom. Sanch. *d. disput.* 88. *num.* 3. Gutierr. *de tutelis.* 1. *part. cap.* 8. *num.* 92. & latiùs *cap.* 9. *num.* 12. *&* 26. Peguera *decis.* 166. *ex num.* 2. Amatos *d. resolutione* 24. *num.* 10. vbi *ex num.* 9. *& ex num.* 15. *cum seqq.* disputat, quid si mater effecta est vidua mortuo secundo viro, vtrùm recuperet tutelam amissam per transitum ad secunda vota.

Num. 50. *&* 51.

HIs adde P. Thom. Sanch. *lib.* 7. *de matrim. disputatione* 90. *num.* 8. Quod repetit auct. *inf. num.* 55. vbi limitat in dote, & latiùs tractabimus.

Et hæc est communis sententia, videlicet quòd vidua propter adulterium post mortem viri commissum medietatem bonorum constante matrimonio acquisitorum amittit.

Amplia quòd vidua hæc non gaudeat beneficio authenticæ *præterea. C. vnde vir, & vxor.* Cancer *tom.* 1. *variarum cap.* 9. *num.* 78.

Num. 52.

VIde Gutierr. *canonicarum quæst.* 12. *num.* 13.

Num. 53.

SEquitur Gutierr. *vbi suprà num.* 14.

Num. 54.

IDem recensent Zaball. *quæst.* 708. & Gutierr. *de quo proximè.*

Num. 55.

COmmunis sententia est, quòd vidua luxuriosè viuens, post mortẽ viri, non amittat dotem, idque post auctorem à pluribus recentioribus iure probatum est. Vide Matienz. *in l.* 5. *tit.* 9. *gloss.* 8. *num.* 10. *lib.* 5. *recopil.* Barbos. *in l.* 2. *part.* 1. *in principio. num.* 6. *ff. solut. matrim.* Gutierr. *lib.* 2. *canonic. quæst. d. quæst.* 12. *num.* 10. vbi in iudicando & consulendo verissimum putat. Zeuall.

commun.

comm. quæst. 708. P. Thom. Sanch. *de quo proximè, n. 9.* Et cōprobant omnes, & ab hac opinione non recedunt per rationem adductam ab auctore, de qua *suprà num. 2.* secus in donatione quæ prouenit à marito. Gutierr. *vbi sup. num. 11.* subdens hoc procedere in vtroque tempore, siue intra annum luctus vixerit luxuriosè, vel stupum commiserit, siue pòst. Sequitur Cancer *lib. 1. variarum cap. 9. ex num. 74.* vbi de iure municipali Cathaloniç testatur, referens quòd hæc vidua retinet dotem, sed cætera omnia amittit; & idem post eum firmauit Fontanel. *tom. 2. de pact. nupt. clauf. 14. gloss. vnica, part. 2. num. 27.*

Quam verissimam conclusionem amplia, etiamsi vidua multis stupris assuefacta ac prostituta sit: vt per Gutièrr. de quo *suprà num. 27.*

Quid de proprietate bonorum ex prioris viri substantia adquisitorū? Pro affirmatiua vide plures, quos refert P. Thom. Sanch. *lib. 7. de matrimon. disputatione 90. n. 13.* dicens communē; sed *n. 4.* tenet pro negatiua, subdēs quòd prior sententia difficultate nō caret in foro exteriori, secus in foro cōsciētiç. Quid de viro, vide Ripam *in l. fin. q. 46. n. 186. de reuocand. donat.* vbi in vtroque parēte nullam differentiæ rationem assignat, de quo videndus est D. Hieronym. *lib. 3. epist. in epistol. ad Fabiol.* ibi, *quidquid viris iubetur.* Contrarium verò defendunt, Pinel. *in dict. l. vlt. num. 19.* & P. Thom. Sanch. de quo *suprà*, quorum sententiam probamus.

Versic. Hæc autem. Pro auctoribus hîc præcitatis vide Iacob. Canc. *lib. 1. variarum cap. 9. ex num. 74.* vb in puncto iuris sic tenet, licèt de praxi Cathaloniæ contrarium fateatur: sed auctoris sententia receptior est, vt per Gutierr. *dict. quæst. 11. num. 25.*

Versic. Similiter. Contra Peralt. probabilior auctoris sententia est, de qua per Gutier. *vb suprà, num. 26.* & nulla differentiæ ratio in eo sensu adduci potest.

Num. 56. & 57.

IN comprobationem plura adducit Pichard. *in §. 1. de adoptione legat. ex numer. 1.*

Num. 58.

Ibi, *Non autem quoad sequentes.* Recta ratione ex tex. *in l. adoptiuum, §. & Celsus. ff. de in ius vocand. l. filius 42. ff. de bon. libert. l. qui id quod. ff. de liberat. legat.* ita verò ex ingratitudine non reuocatur donatio facta ob causam matrimonij, non ex eo, quia solius donatarij fauor versatur, sed liberorum ex eo matrimonio suscepторum. Ant. Fab. *lib. 8. Codic. titul. de reuoc. donat. definitione 1.* Nam ex acceptatione parentum tam nati, quàm nasciturі censentur vocati, ex adductis *lib. 4. cap. 2. n. 75.* ita vt adueniēte die, quilibet ex propria persona succedat, non ex vi transmissionis, vt *suprà cap. 1. n. 17.* Quare etsi nati nō sint, non possunt successione priuari, & eorū ius est cōsiderabile, vt prob[illegible] glossa *in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2.* exponens verba illius legis, quatenus probat caunem præstandam de restituēdo familiæ, licèt nullus de ea supersit. Subdit procedere, si aliquis superis speratur, neque in arbitrio parentis esse debet filium ac eius descendentes proprio facto præiudicare, ex *dict. l. qui id quod,* & prosequitur Auend. *in l. 44. Tauri, gloss. 16. num. 36.* vbi infert ad Ias. *in l. fin. C. de reuocand. donat.* Castill. *tom. 5. cap. 164. ex num. 8.* vbi concludit hoc verum esse, nisi ex maioratus institutoris specifica institutione aliud constiterit.

Idque ampliatur in alienatione facta de consensu familiæ, quia quandocumque filij nascantur, poterunt reuocare alienationem. Fulgol. *in l. quoties*

H

tes ab omnibus.C. de fideicomm. & in casu simili Dec. *consil.* 468.*numer.*28. *vers. & domini*, *& consil.* 498. *num.* 19. *versic. non obstat*, Burg. de Paz *in proœm.legum Tauri.* *n.*331. Mier.*in initio* 1.*p.quæst.*4.*illatione* 8.*num.*21. Riminald.iun.subdens,idem si per contrauentionem fieret applicatio piæ causæ, *consil.*23. *num.* 33. de quo *infr.c.*1. Idem si priuatio ob ingratitudinem contingat,ex Mier. *dict. illatione* 8,*n.*10.*&* 1.*part.quæst.*19.*à n.*25.qui loquitur in prohibitione alienationis.

Adde contrarium ex Paulo Paris. *consil.* 19. *dubio* 5.*numer.*83. *lib.* 2.*& consil.* 91.*num.*67. *eodem libro*, *& consil.* 20. *num.* 47.*lib.*3. Socin. iun. *consil.*129.*ex n.* 7.*& consil.* 23. *num.* 41. Ioann. Cephal. *consil.* 243.*n.*81.Ant. Ziofius *consil.* 40. *num.* 16. Alex. Rauens. *lib.*1.*de Analog. cap.* 137. *num.*124. Rota Roman. *decis.* 22 *num.*4. *lib.* 3. *diuersorum*, de quo nouissimè videndus est Vincent. Fusar. *de substitut. quæst.* 575.vbi luculenter explicat, ampliat,& limitat per plures casus.

Cæterùm hæc interpretum dissona sententia hac lege conciliari oportet, aut in casu contrauentionis substituta fuit persona certa, aut substitutio cõcepta est in personam proximiorũ.

Primo casu,exclusis liberis substitutus admittitur,vt per Afflict.inter cõsilia Pauli de Castr.*consil.* 259. *num.*8. *lib.* 1.Paris. *vbi sup. num.*84. *lib.* 2. Ioseph. de Rustic.*in l.cùm auus*,*lib.*6.*cap.*5. vbi *num.* 12.subiungit, opinionem Parisij veram esse, & ab ea non esse recedendum in iudicando,& consulendo, cum traditis à Ruino *consil.*109.*num.*18.*lib.*2.

Secundo casu substituto excluso proculdubio liberi admitti debent, Vincent. Honded. *consil.* 72. *à num.* 32. Alex.Rauden.*dict. cap.* 37. *à numer.* 109. Henric. Rosent. *tract. de feud. immbr.* 2. *cap.* 9. *conclus.* 68. *& cap.* 11. *conclusione* 5. *cum sequentibus*, quorum distinctio in fideicommissis detinebit locum : at verò in Hispanorum primogeniis, in quibus, prout compertum est, iure proprio succeditur, aliud dici oportet, quare priori opinione retenta indistinctè,adde tradita per auct.*infr.lib.* 3.*cap.*10.

CAPVT X.

Num. 1.

His adde P. Molin. *tract. de iust. & iure*, *disputatione* 640. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.*161.*à num.*2.

Num. 2.

IDem repetit auct. *lib.*4.*cap.*6.*n.* 10. & probant P. Molin. *d. disputatione* 640. *&* 641. Mier. *de maiorat.* 4. *part.quæst.*26. *per totam.* Gutierr.*lib.* 2. *q.*53. Auend. *in l.*40.*Tauri*,*glossa* 1.*num.*70. Ioann.Garç. *tract.de expens.& meliorat. cap.*16. *ex num.* 7. Matienz.*in l.* 6. *tit.* 7. *gloss.* 13. *num.* 17. Recopilat. *commun. quæst.* 636. *ex num.* 14.Spin. *specul.testam. gloss.* 19. *ex num.* 36. Valenz. Velazq. *consil.* 60. *num.* 80. *&* 81.Ioan. Ant.Bello.*consil.*36.*ex n.* 1. Vincent.Hõd.*cons.*58.*n.*25.Iacob.Menoch. *lib.*4.*præsumpt.*189.*num.*106. Franch *decis. Neapolit.* 83. *n.* 11. *lib.* 2. Magonius *decis. Florent.* 92. *num.* 10. *&* 27. Petr. Surd. *decisione* 62. *num.* 21. *&* 22. Idem *de aliment.tit.*9.*priuileg.* 54. *num.* 5. Marc. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 39.*num.*3. Sfort.*eodem tract. quæst.* 31. *art.* 5. *ex num.* 6. Marc. Anton. Petra *eodem tract. quæst.* 15. *num.* 4. plura aducens Giurba *decis.*31. *num.* 3. potentius namque est hæreditarij creditoris ius, quàm fideicommissarij. Morosc. *consil.* 13.*num.*12. neque fideicommissum censetur,nisi deducto ære alieno. Giurba *vbi suprà*,& pluribus relatis nouissimè id tenet Castill. *tom.* 5.*cap.* 161. *num.*23. Vincent.Fusar.*de substitut.q.*541.*ex n.*1.

Qua

Quarecenta sententia, limitā quando post maioratus institutionem hæc debita contracta sunt, vt per auctor. *infr.num.* 14.

Num. 3.

HAc ratione possessor maioratus etiam ad legata tenetur, vt per Molin. Theolog. *disputatione* 155. *&* 640.

Et auctoris sententia ampliatur, primò, ad quemcumque successorem, qui in maioratu successurus est, qui vti prior vocatus ad debita institutoris adstrictus est, P. Molin. vbi *suprà ex n.* 1.

Ampliatur secundò vt per auctor. *infrà num.* 32.

Num. 4.

HIs adde M. Ant. Petr. *de fideicomm. quæst.* 15. *num.* 4. Garç. *de expens. gloss.* 9. *num.* 36. & his non relatis Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 542. *num.* 14. quo casu requiritur quòd creditores vrgeant, vt ostēsum est *infr. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 33. & quoad fructus adde tradita à Peregrin. *de fideicomm. artic.* 35. *num.* 10. *&* *artic.* 40. *numer.* 22. *in fin.*. Intrigiol. *de subst. cent.* 3. *quæst.* 73. *numer.* 419. Marzar. *consil.* 14. *&* 15. Menoch. *consil.* 183. *dubio vltim.* Castill. *vt sup.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 541. *numer.* 7. subdens ita vidisse semper practicari. Caruall. *part.* 2. *num.* 263.

At verò in eo qui simul est successor, & creditor fundatoris maioratus, non modica controuersia est, quidam existimauerunt fructus perceptos esse in creditum computādos, vt per Socin. iun. *consil.* 17. *num.* 13. *lib.* 3. vbi de communi testatur, Alciat. *consil.* 572. *in fin.* Bertrand. *consil.* 181. *lib.* 4. Paul. Paris. *consil.* 25. *num.* 65. *lib.* 2. Roland. Aball. *de inuent. versic. dubitatio oritur. num.* 18. *&* 173. Menoch. *de arbitr. casu* 256. *num.* 21. *&* 48.

Cæterùm contrarium & verius consuluerunt Fulgos. *consil.* 81. Paul. *consil.* 19. *colum.* 2. *lib.* 2. Carol. Ruin. *consil.* 112. *num.* 18. *&* *consil.* 115. *colum. vltim. lib.* 2. vbi communem dicit, idem Roland. sibi contrarius *consil.* 65. *colum. vltim. lib.* 2. optimè Hieron. Gabriel *consil.* 124. *ad fin. lib.* 3. testans etiam de communi opinione, Menoch. *consil.* 183. *vltim. dubio*, vbi asserit esse magis receptam sententiam, Cardinal. Mantic. *lib.* 7. *de coniect. titul.* 8. *num.* 22. M. Anton. Peregrin. *decis.* 6. *num.* 6. Rota per Farinac. *decis.* 680. *part.* 1. *in recollect.* vbi dicit esse communem opinionem, Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 665. *ex num.* 7. vbi pro & contrà, & tandem sic practicatū vidisse sine contradictione asserit, & *num.* 8. ab hac opinione in iudicando & consulendo non esse recedendum, fatetur, idque in materia fideicommissaria verissimum prædicamus, ex adductis ab auct. *inf. cap.* 26. *n.* 14. *versic. nec in hoc casu.*

Sed hoc limitatur, quando ex coniecturis colligitur aliud sensisse, aut voluisse institutorem, ex Mantic. *vbi suprà.*

Num. 5.

PRosequitur P. Molin. *de quo proximè num.* 2.

Num. 6. & 7.

IBi, *& est textualis & vera conclusio.* In hoc secundo casu auctor explicat superiorem conclusionem, vt procedat non solùm quando maioratus ex vniuersa hæreditate, verùm etiam quando de quinto & in testamēto, non in contractu institutus est, quod tam de iure communi, quàm de iure regio procedit, ex Auendan. *in l.* 21. *Tauri, gl.* 1. *num.* 5. Quesad. *diuers. quæst. iuris.*

H 2 cap.

*cap.fin.*Matienz.*in l.6.titul.7. gloss.* 3.*num.* 17. Ioan Garç. *de expens. & meliorat. cap.* 16. *n.* 17. *versic. ad quod etiam constitutum est*, P. Molin. *dicta disputatione* 640.*numer.*2.

Num. 8. & 9.

HOc firmat communis Doctorum schola, prout refert P. Molin. de quo *suprà n.*4.& prosequitur Auendan. *in l.*25. *Tauri n.*3. quo casu creditores agunt aduersùs hæredes, aliàs verò aduersùs prælegatariũ experiuntur conditione indebiti, ex Molina Theol. de quo *suprà num.* 4. Castill. *tom.* 5. *cap. num.*25.

Num. 10.

IDem ex Molina Theologo *vbi suprà numer.*2. Peralt.*in l.*3 §. *qui fideicommissariam, ex num.*143. *ff. de hæred. inst.* Greg. *in l.*2.*tit.*9.*part.* 6.*gloss.magna.* Olan.*in concordia antinomiarũ, verbo melioratus in re certa, à n.*34. Azeued.*in l.* 5. *titul.* 6. *lib.* 5. *recopilat. numer.* 1. *ante fin.* Angul. *ibidem glossa* 4. *numer.* 4. Gutierr. *lib.* 2. *pract. cap.* 58. *numer.* 11. 15. & 16. Aluar. Valasc. *consultat.* 110. *num.* 19. *lib.* 2. Palaz. Rub.*in l.* 19. *Tauri.* Castill.*vbi suprà num.* 26.*in fine.*

Num. 11.

REpetit auct. *infrà lib.* 4. *cap.*2.*n.*82. & his adde Auend. *in l.* 21. *Tauri gloss.*1. *à num.* 15. Angul. *tract. de meliorat. l.*7.*gloss.*1. *à num.*16. P. Molin. *dict. disputat.*640.*num.* 5. *ad fin.* Gutierr. *dict.quæst.* 58. *numer.* 13. Castill. *vbi suprà numer.* 29.

Ampliatur auctoris sententia, etiam si maioratus ex 3. & 5. bonorum portione fuerit institutus, ex Peralta *in l.* 3. §. *qui fideicommissariam, num.* 128. *ff. de hæred. instit.* Mier. 1. *part. quæst.* 24. *num.*35. Velazq.*in l.* 21. *gloss.* 1. *numer.* 15. & 16. Gutierr. *lib.* 2. *practic. quæst.*53. *per totam.*

Versiculo, Ea tamen. Vide Mier 1. *part. quæst.* 24. *numer.* 35. Ioann. Gutierr. *dict. quæst.* 53. Velazq.*in l.* 21. *ex numer.* 15. & quamuis contrarium teneat Angul. *tract. de meliorat, l.* 5. *gloss.* 4. *numer.* 2. auctoris sententia est receptior, pro qua vide Matienz. *in l.* 6. *titul.* 7. *gloss.*3.*lib.*5. *recopilat. num.* 21. Azeued. *in l.* 1. *titul.* 6. *lib.* 5.*num.*34. P. Molin. de quo proximè, & hæc auctoris opinio proculdubiò vera est, quando irreuocabilitas causatur per traditionem veram, aut fictam, Peregrin. *tract. de iure fisci, titul.* 6. *lib.* 3. & quòd res de dominio exiit fundatoris, & non potest obligari per eum, in quo casu loquitur Velazq. de Auend. *suprà*, dum subdit *num.* 16.

Idque ampliatur, si maioratus ex pacto sit irreuocabilis, non verò ex traditione dominij, quo casu si bona ex subsequenti contractu postea fuerint hypothecæ subiecta, vel in totum alienata, alienatio non sustinetur, & hoc est de mente præfatorum Doct. præcipuè Gutierr. Azeued. Qui tenent, quòd vbi maioratus efficitur irreuocabilis, siue pacto, siue traditione, bona hypothecæ subdi non possunt, & quòd sine dubio & indistinctè hæc conclusio procedat, si maioratus cum hypotheca fuerit institutus. Quid verò si sine hypotheca, vide textũ *in l. fin.* §. *Lucius ff. de donat.* vbi cauetur quòd res si donata sit irreuocabiliter, & ante traditionem obligetur, quod transit cum onere suo ad legatarium, Philipp. Decius *consil.* 645. *numer.* 4. Hugo *consil.* 53. *numer.* 2. & *consil.* 58. *numer.* 6. & *consil.* 60. *n.* 13. Burg. de Paz *consil.* 14.*num.*22.

Num.

Num. 12.

EX adductis *suprà n. 8. & 10.* patet quòd actio personalis contra singularem successorem non datur; nunc verò hanc receptam conclusionem limitat vbi actio realis & hypothecaria competit, quæ cum ipsa re in quemcumque successorem transit, vt per Couarr. *lib. 3. variarum cap.* 7. Bellon. *consil.* 17. Guid. Pap. *quæst.* 431. *num.* 3. *& quæst.* 108. Ioan. Gut. *lib.* 2. *pract. quæst.* 58. *num.* 19. P. Molin. *dict. disputatione* 640. *num.* 4. & ideo creditor aduersùs filium, nepotémve melioratum agere potest, vel rei vindicatione, vel hypothecaria, aut pignoratitia, quod verissimum ac compertum est. Castill. *vbi suprà numer.* 29. *versiculo, cùm inquam.*

Num. 13.

IBi, *siquidem lex illa.* Idem recensent Mier. 1. *part. quæst.* 24. *num.* 34. *& quæst.* 61. Ioan. Gutierr. *pract. lib.* 2. *quæst.* 58. *per totam.* Matienz. & Azeued. & Angul. *in l.* 5. *titul.* 6. *lib.* 5. *recopilat.* Auend. *in dict. l.* 21. *per totam*, Ioan. Garç. *tract. de expens. & meliorat. cap.* 11. *num.* 63. *& cap.* 16. *num.* 8. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid.* 4. *par. cap. fin.* §. 2. *num.* 5. Castill. *vbi suprà num.* 27.

Num. 14.

VErsic. *Punctus igitur.* Pro auctore vide Angul. *in l.* 5. *de las mejoras, gloss.* 6. *num.* 3. Garç. *dict. tract. de expensis, cap.* 16. *numer.* 7. *versic. restat.*

Versic. In secundo articulo. Adde Garç. *vbi suprà, numer.* 63. *&* 107. *& cap.* 16. *numer.* 7. Angul. *in dict. l.* 5. *gloss.* 3. *&* 4.

Versic. Nec obstat, ibi, *Hæres namque.* Contrarium tenet Auend. *in l.* 11. *gloss.* 10. *per totam*; sed auctoris sententia, de qua *infr. in versic. quod.* etiã in vsu recepta est, qua cauetur tutius esse à principio simul hæredes ac prælegatarium conuenire, de quo videndus est Gutierr. *lib.* 1. *quæst.* 58. *num.* 18. vbi *num.* 19. subdit, quòd quidquid sit in puncto iuris, in praxi verò admittitur libellus creditorum aduersùs melioratũ pro rata debitorum, & hoc causa euitandi circuitus, quem refert & sequitur P. Molin. vbi *suprà num. fin.*

Num. 15.

VErsic. *In primo artic.* Sequitur Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 542. *n.* 7. quid ergo in fideicommissis. Conclusio igitur sit, quòd si fideicommissa relinquantur, vt bona perpetuò in familia conseruentur pro satis faciendo debito grauati, bona prædicta alienari non possunt, Curt. iun. *consil.* 161. *num.* 14. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articul.* 40. *num.* 20. *& artic.* 47. *&* 49. *num.* 8. *lib.* 3. *& consil.* 50. *num.* 5. *lib.* 4. Fusar. *vbi suprà.* Secus verò in simplici fideicommisso, Peregrin. *dict. consil.* 47. *&* 50. de quibus *suprà*, *& dict. artic.* 40. M. Anton. Petra *de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 316. *&* 319. Mascard. de probat. *conclus.* 1236. *ex num.* 43. Vincent. Fusar. *versic. pro Roma*, amplians & limitans.

Num. 16.

VIde adducta *sup. cap.* 3. *num.* 27. *& infr. cap.* 25. *per totum.*

Num. 17.

VIde *cap.* 27. *hîc præcitato*, & *ibi* addita. Castill. *tom.* 5. *cap.* 65. *num.* 99.

Num. 18.

IBi, *si verò de vita.* Idem deduces ex Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 84. *num.* 2.

versic. & ita meritò. Burg. de Paz iun. *quæst.* 1. *num.* 49. qui ad quoscumque creditores anteriores extendunt, æquitas namque, ac ratio ipsa suadet, vt melioramenta & expensæ in necessariam & perpetuam reparationem rei expendenti, vel hæredibus expendentis resarciantur, idque ab omnibus fetè interpretibus iuris comprobatur, ex Gutierr. *lib.* 3 *practic. quæst.* 69. *numer.* 4. Barbos. *in l. diuortio. §. fin.* 1. *part. ex numer.* 113. *ff. solut. matrim.* & ante eum Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 25. *numer.* 25. Burgos. de Paz *quæst.* 7. *num.* 36. Ioann. Garç. *tract. de expensis & meliorat. cap.* 16. *num.* 3. M. Anton. Peregr. *de fideicommiss. articul.* 5. & nouissimè D. Ioann. del Castill. plura in cōprobationem adducens *tom.* 5 *cap.* 65. *n.* 7. *& tom.* 6. *contron. cap.* 161. Hæc etiam vera sunt in mutuante ad refectionem, siue reparationem domus maioratus, concurrentibus his de quibus per auctorem *infr. num.* 23.

Idque ampliatur in tertio bona maioratus possidente, ipse enim pro expensis in rebus maioratus factis, sine quibus res ipsa peritura esset, retentionem habet, vt fuit obtentum in senatu Hispalensi, teste D. Ioann. del Castill. *vbi sup. num.* 21.

Num. 19.

HÆc auctoris conclusio, iure regio inspecto frequentiori omnium calculo recepta est, & idem probat *l.* 28. *tit.* 13. *part.* 5. Barbos. *in l. si cùm dotem. num.* 30. *ff. solut. matrim.* Gutierr. *lib.* 3. *quæst.* 98. *num.* 2. vbi duo adducit necessaria. Zeuall. *quæst.* 744. *numer.* 9. vbi de praxi testatur. D. Ioann. del Castill. *lib.* 5. *cap.* 8. *ex num.* 3. Rodriq. *de priuileg. credit. part.* 1. *art.* 7. *ex num.* 12. Et huic resolutioni non obest dicere, quòd bona maioratus non possunt obligati, quia id verum est, quando obligantur ex causa voluntaria, secus si ex causa necessaria id fiat, ex adductis *inf.*

Et hæ causæ magis necessariæ quàm cæteræ causæ à Doctoribus proponuntur, siquidem ex eis bona maioratus conseruentur, quæ aliàs corruerint. Castill. *tom.* 5. *cap.* 65. *num.* 7.

Et iste creditor præfertur fisco, causæ funerandæ, ac cæteris creditoribus nitentibus priuilegio. *l. licet.* vt per Gail. *tract. de creditoribus cap.* 4. *quæst.* 2. *num* 1973.

Limitatur in dote, quia dos, & refectionis expensa pari passu ambulant, & in eorum concursu seruabitur tantùm regula iuris communis, vt per Matienz. *in l.* 7. *tit.* 16. *lib.* 5. *recop. gloss.* 5. *num.* 82. Barbos. *in l.* 1. *§.* 6. *num.* 8. *&* 12. *ff. solut. matrim.* P. Molina *de iust. & iure disputatione* 438. *num.* 12. Gail *vbi suprà, numer.* 1987. videndus ex *numero* 1980.

Limitatur secundò in eo qui mutuauit ad comparationem alicuius rei, vel officij, cui conceditur tantùm in actione personali priuilegium prælationis, non verò tacitam hypothecam, nisi hoc expresè dictum sit, & hæc est communis sententia, à qua nemo dissonat, vt per Couarr. *lib.* 1. *variarum c.* 7. *n.* 3. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 16. *gloss.* 5. *num.* 6. *recopil.* vbi Azeued. *num.* 3. Gutierr. *lib.* 3. *practic. quæst.* 98. *num.* 3. *& quæst.* 99. *n.* 1. vbi tanquā veriorem, hanc opinionem sequitur Florez de Mena *lib.* 1. *variarum quæst.* 6. *artic.* 1. *num.* 30. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer.* 21. Rodriq. *dict. num.* 12. optimè per Ioann. Franc. de Pont. *decis.* 34. *num.* 13. vbi reddit rationem, quare inter reales priuilegiatos præfertur ille cuius pecunia res ipsa empta est, quando præcedit pactum specialis hypothecæ, subdēs quòd in actu traditionis & adquisitionis, potest fieri pactum in præiudicium creditorum anteriorum, & adquiri res cum sua causa & hæc est optima

optima additio in ratione sui, quia tractat de prælatione pluriũ creditorum mutuantium pro officio emendo.

Tandem superior conclusio locum habere debet concurrentibus his, de quibus per Rodriq. *ubi suprà n.19.* & per auct. *infr. num.23.*

Num. 20. 21. 22. & 23.

IDem repetit auct. *infr. lib. 4. cap. 4. num. 3.* in quo euenru opus non est, quòd Regia facultas impetretur, nam si possessor pro reficiendis bonis maioratus, quæ aliàs perirent, eius bona hypothecæ subdiderit, valet hypotheca, etiam Regia facultate deficiente, cui concinit ipse *lib.4. cap.6. num.28.*

Cæterùm in contrariam partem ipsemet auct. inclinare videtur *dict. cap.6. num.28.* vbi bona maiotatus absque Regia facultate, (& hoc etiam ex quacumque causa necessaria) non posse obligari contendit, & repetit apertiùs *dict. lib. 4. cap. 3. num. 2. & cap. 1. & 2. eiusdem libri*, vbi bona maioratus non aliter, quàm Regia facultate præcedente, & ex causa publica, vel ex euidenri maioratus vtilitate obligari possunt.

Denique in præsenti se explicat auct. dicens hoc procedere si copulatiuè hæc concurrant, scilicet, quòd pecunia in refectionem domus expresse fuisset mutuata, in ídque consumpta, & quod ædificium ipsum exet, reparatióque adeò necessaria sit, vt alioquin res ipsa corrueret, quibus sic adunatis tenet hypotheca, etiam Regia faculrate deficiente, in quo sensu loquitur auct. *dict. cap. 6. num. 28.* & licèt in præsenti deliberandum relinquit, cõstanter hoc ipsum asserunt P. Molin. *disputatione 641. num. 4.* Aluarad. *tract. de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 4. num. 44.* Auend. *in l.46. Tauri, glossa 9. numer. 16.* M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic. 50. num. 34.* Azeued. *consil. 38. ex num. 11.* Ioann. Garç. *tract. de expens. & meliorat. cap.16. ex num. 1.* P. Pem. de Rebe *tract. de obligat. iustit. 2. part. lib. 7. titul. de expensis quæst. 9. sect. 3. num. 26.* & hoc verissimum est, ac tutius, per rationem, de qua *suprà num. 21.* quibus adde nouissimè Gail. *tract. de credito. cap. 4. quæst. 2. num...* Castill. *tom. 5. cap. 65. num. 58. versic. nonobstant. & num.101. versic. rursus.*

Versic. Si verò. Si debita sint contracta pro expensis, vel melioramenris ad commodiorem fructuum collectionem, successorem maioratus ad eorum solutionem non reneri, auct. profitetur; & ratio est, quia modicæ expensæ ratione possessionis & fructuum, quos percepit, ad possessorem maioratus pertinent, ex traditis *cap.26. n. 5.* Aluar. qui in specie consuluit, *consultatione 118. num. 5.* Castill. *vbi supr. ex num. 30. & 91.*

Contrarium tamen sentire videtur auct. hîc dum subdit quòd si vtilitas expensarum ad commodum sequentis successoris durit, ad earum solutionem successor adstrictus est, ídque inferiùs explicat, subdens, *si expensæ modicæ sint*, etiam quantumcumque necessariæ, non ad maioratus successorem, sed ad prædecessorem gratia fructuum, vt diximus, pertinet.

Dubito, qua lege auctor conciliari possit, nisi dicas quòd mortuo maioratus possessore, qui expensas necessarias facere tenebarur, si bona libera reliquerit, potius contra hæredem, quàm aduersùs maioratus successorem agendum erit, ídque ex peculiari natura maioratus euenit. P. Molin. *dict. disputatione 641. num. 1. & 2.* Garç. *de expens. & meliorat. cap. 6. num. 21.* & ita intelligitur auct. *versic. ideoque nulla obligatio*, ita sanè vbi possessor nullo hærede relicto decesserit, vel si reliquerit, facta piis excussione in bonis liberis, in

in subsidium successor maioratus tenetur, in quo sensu auct. accipiendus est *infr. n. 24.* ibi, *si expensæ modicæ sint.* Aliter verò auct. noster in concordiam adduci potest, scilicet aut expensæ modicæ factæ ad reparationem rei nõ extant tempore successoris, & tunc cùm præsumantur contemplatione prædecessoris factæ, & ad commodum illius, qui ex fructibus eas facere tenebatur, nulla obligatio ad successorem transit, ex auctore *in dict. versic. si verò.* Aut vtilitas expensarum in tempus successoris etiam durat, tunc verò æquum erit, vt pro rata commoditatis onus ad successorem transeat, quasi illud debitum non solùm contemplatione prædecessoris, verùm etiam sequentium successorum contractum sit, ex auct. *dict. numer. 24.* ibi, *quòd si vtilitas*, quod ex æquitate magis quàm stricto iuris rigore procedere ait, ibi, *æquum videtur*, idque per ipsum facilè comprobatur *numer. 23.* vbi interea omnia quæ simul desiderantur ad hoc quod pro pecunia in refectionem domus mutuata, competat hypotheca, est considerandum, quòd ædificium extet, quia tunc vtilitas quæ durat, & in vsum sequentis successoris transit, efficit vt ad solutionem eorum maneat adstrictus, vt *dict. num. 23* concludit auct. non distinguendo an expensæ modicæ sint, vel magnæ.

Num. 24.

IBi, *quod probatur ex text. in dict. cap. 1.* His adde Mier. *de maiorat. 4. part. quæst. 26. num. 28. & 41.* Ioann. Garç. *tract. de expensis & meliorat. cap. 16. num. 14.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 24.* Mar. Giurb. *ad consuetudin. Mesanens. gloss. 21. cap. 9. part. 1. ex num. 30.* D. Garç. de Mastrill. *decis. 203. numer. 6.* idque procedir in omnibus debitis per defunctũ contractis, tam pro vtilitate Ecclesiæ, quàm pro necessitate, & ipsius sustentatione necessaria, ex Rota *decis. 856.* aliàs *41. de probat. in antiquis.* Francisc. Marc. *decis. 436. n. 2. lib. 1.* Put. *decis. 43. & 44.* ad quorum solutionem tenetur etiam Camera Apostolica, quæ in bonis & spolio defuncti Prelati successit Rota *dict. decis. 41. num. 2.* Ægid. Bellam. *decis. 755. colum. 3.* Redoan. *de spol. Eccles. quæst. 10. per totam*, Castill. *tom. 5, cap. 65 per totum.*

Idque ampliatur in pensionibus decursis tempore prædecessoris, vt per Franc. *in cap. vltim. §. fin. num. 5. de offic. ord. in 6.* Velenz. *tract. de charitatiuo subsidio, quæst. 51.* Gigans *de pensionibus quæst. 39. & 43.* Nauarr. *consil. 1. ex num. 3. & consil. 2. num. 3. de solutionibus.* Puteus *decision. 189. lib. 2.* in qua quæstione nihil resolutum fuisse in Rota tradit Cassadorus *decis. 3. num. 2.* At verò Rota successorem condemnabit duobus concurrentibus. Primò, si constat de diligentiis factis per pensionarium contra ritularem prædecessorem pro terminis decursis. Secundò dummodo successori commoda portio remaneat, vt per Cassad. *dict. decis. 3. & 4. de locat.* Crescent. *decis. 38.* Put. *dict. decis. 189.* & in specie idem concludit Rota per Ludouisi. *decis. 507.* vbi Addit. alios citat, & nonnullas Rotæ eiusdem decisiones refert, & in electione pensionarij positum est, hæredem defuncti, vel successorem in beneficio conuenire, quo casu si successor conuenitur, & soluerit, poterit ab hærede repetere. Gigans *dict. tract. de pension. quæst. 39. & 43.* Bellonus *dict. quæst. 51. p. 2.* Alban. *consil. 2. per totum.*

Ampliatur hæc recepta conclusio in possessione maioratus, quo simul cum prædecessoris hærede pro reditibus decursis conueniri potest, hæres conuenitur ea ratione, quia ad horum præstationem defunctus tenebatur, ex

ex adductis ab auct. *infr. c.* 27. *n.* 8. in quo sensu expendi potest Paul. Pans. *consil.* 16. *num.* 4. *versic. breuiter*, vbi quærit vtrùm sit compellendus fideicommissarius ad præstationem legatorum, pro quibus hæres antea tenebatur, & distinguit inter legata simplicia, & legata annua, vt priora sine dubio fideicommissarius teneatur soluere; posteriora verò pro tempore quo vixit hæres, cùm ipse ad horum solutionem ratione suæ possessionis esset adstrictus, ad eius hæredes spectabunt, ex Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 4. *num.* 24. Gratian. *tom.* 2. *cap.* 294. *ex num.* 100. Maioratus verò possessor potest conueniri tamquam possidẽs rẽ hypothecæ subiectam, cuius virtute creditor aduersùs successorem quemcumque potest experiri, ex *l.* 1. *ff. de distract. pign.* Anton. Bellon. *consil.* 17. Suarez *in l. post rem iudicatam, folio* 139. *num.* 24. *l. Moschis ff. de iure fisci*, vbi gloss. Couarr. *lib.* 3. *variarum cap.* 3. & hypotheca super principali extenditur ad damna & interesse. Burs. *consil.* 103. *à num.* 18. Ias. *consil.* 174. *lib.* 4. argumen. tex. *in l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab.* Sed æquius erit vt priùs conueniatur hæres, & hoc fortius, si ad distractionem pignoris peruenitur, quod nisi in subsidium & bonis liberis deficientibus fieri non potest, vt *infr. lib.* 4 *cap.* 1. *& cap.* 3.

Num. 25. *& 26.*

MAioratus possessor qui redemit annuum reditum Regia facultate impositum, potest aliud super eisdem bonis etiam alia non procedente facultate imponere, ex Peregrin. *de fideicomm. artic.* 40. *num.* 71. Marin. Frecc. *de subfeud. quæst.* 32. *per totam.* Renat. Coppin. *de feudis Andegau. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 3. Rodriquez *tract. de annuis redit. lib.* 2. *cap.* 16. *à num.* 51. Auend. *de censibus cap.* 65. *num. fin.* Intrigliol. *de subst. centur.* 3. *quæst.* 73. *num.* 418. Rota per Ludouis. *decis.* 299. subdens hoc procedere, quando ex debitis defuncti census soluerentur, de quo *infrà versic. quod etiam.* Vincent. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst.* 541. *num.* 21. *&* 702. *numer.* 4. quod intelligendum est, quando post factam solutionem actiones cessæ sunt, prout est auct. elementalis conclusio, & repetit *infrà cap.* 26. *num.* 10. sicque in praxi obtentum, ac practicatum vidimus. Vide Amat. *resolutione* 7. *ex num.* 1. Castill. 4. *part. quæst.* 1. *limitatione* 6. *ex num.* 40. & vide omnino Rotam per Ludouisium *d. decis.* 299.

Quam receptam sententiam limita, vbi extant hæredes constituentis censꝰ, quo casu etsi simpliciter sine iuriũ cessione debitum à successore maioratus solutum fuerit, hi actione negotiorum gestorum conueniri possunt, vel aliis iuris remediis, quasi vtiliter possessor maioratus vnum eius expenderit, vt probat Auendan. *dict. cap.* 65. *ex num* 9. & comprobatur ex adduct. ab auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 16. *versic. aut res*, vbi maioratus possessor, vel eius hæredes, ad annui reditus redemptionem faciendam adstricti sunt, (intelligendo vt per eum *ibi*;) si enim hæredes possessoris, qui censum creauit, redemptione facta à successore maioratus liberantur, consequens est, quòd ab eisdem sortem & vsuras legitimè ipse successor repetere possit, & hic casus longè diuersus est ab eo, de quo in præsenti, id est, vbi deficiunt hæredes constituentis censûs, tunc enim si solutio sit simpliciter, actio primæua extincta est, neque negotiorũ gestorum actio aduersùs bona maioratus competit, quæ amplius sine assensu regio obligari non possunt.

Vlteriùs tota hæc disputatio ad materiam subingressionis attinet, in qua tres conclusiones nos deducere oportet.

I Prima

Prima conclusio sit, quando secundus creditor offert priori, in hac specie succedit loco eius, etiam sine pacto & cessione, ex glossa *in l. 1. C. de his qui in prior. credit. loco success.* gloss. *in leg. Aristo. ff. quæ res pignor. oblig. poss.* Barbos. *in leg. post dotem, num. 61. ff. solut. matrim.* Rodriq. *de ann. reditibus, lib. 1. quæst. 14. num. 21. & quæst. 17. num. 11. lib. 2.* P. Molin. *de iust. & iure, disputation. 536. num. 17.* vbi ampliat in tertio & quarto creditore hypothecario, Pont. *consil. 87. num. 2. lib. 1.* Franch. *decisione 134. num. 3.* Rota per Farinac. *decisione 293. num. 1. tom. 4.* Anton. Fab. *lib. 8. Codic. titul. 9. definitione 2.* Gregor. Lopez *in leg. 34. titul. 13. part. 5. verbo, otro pleito*, & ratio est, quia hæc subingressio in locum primi formatur à lege, & ideo non indiget pacto, aut conuentione, cùm legis ministerio obumbretur. Anton. de Amat. *variarum resolutione 7. ex num. 1.*

Hoc limitatur in creditore chirographario, Rodriq. *de ann. reditibus, lib. 2. quæst. 17. num. 12.* Barbos. *vbi suprà num. 61.* Scaccia *de commerc. §. 2. gloss. 5. folio 513. versiculo extende.* idem Amat. de quo proximè, *num. 9.*

Secunda conclusio est, quando extraneus soluit, tunc verò opus est, vt agatur quòd prioris creditoris loco succedat, & quòd sit ei obligatum, prout recenset gloss. *in dict. leg. 1. & in dict. l. Aristo.* P. Molin. *disputatione 536. num. 18.* Thesaur. *quæst. 30. in princ. 10. lib. 2.* Amat. *vbi suprà num. 4.*

Tertiò quando ipse debitor soluit, & tunc aut soluit de suo, & nulla est subingressio ratione extinctionis proprij debiti, glossa *in dict. l. 1. & in dict. l. Aristo.* Rota apud Seraphin. *decis. 481. num. 1. & decis. 294. parte 1. num. 15.* & apud Farinac. Anton. de Amat. *vbi suprà, num. 17.*

Aut soluit de pecunia aliena, & tunc tria desiderantur, de quibus per gloss. *in dict. leg. 1. & in dict. l. Aristo*, quorum præcipuum est, vt ea lege ac pactione soluatur, vt res eidem vti priori sit obligata, ex adductis à Rodriq. *de ann. reditibus, lib. 1. quæst. 14. num. 21.* P. Molin. *dict. disputatione 536. num. 19.* Ponte *consil. 6. num. 2. & 3. & consil. 87. numer. 3. lib. 1.* Gregor. *in l. 34. tit. 13. part. 3.* Thesaur. *lib. 2. forens. quæst. 30. sub numer. 5.* Anton. Fab. *vbi suprà.* Gratian. Stephan. *discept. cap. 670. numer. 10.*

Et prædictorum concors denique sententia est, quòd ad hoc vt qui redimendo censum, vel liberando hypothecam, ius prioris creditoris consequatur, necesse est vt vel lege id caueatur, vel quòd inter partes conuentione, ac iurium cessione actum sit, & ideo si à maioratus possessore debitum simpliciter solutum fuerit, extinguetur actio, cùm pactum, vel conuentio deficiat, & absque noua facultate, natura maioratus bonorum obligationi resistit.

Num. 28. & 29.

IBi, *Nam aut maioratus successor.* Idem probant Sarm. *in l. vnum ex familia. §. si de falcidia, num. 2. ff. de legat. 2.* Cald. *recept. sentent. quæst. 23. ex num. 66.* Spin. *in specul. testament. glossa 19. de maioratu, num. 36. versic. secunda conclusio.* Auendan. *in l. 40. Tauri, gloss. 1. num. 70. cum sequentibus*, vbi diuersam rationem assignat. Mier. *de maiorat. 4. part. quæst. 26. ex num. 1.* & per auct. *suprà numer. 23. versic. si verò.*

Num. 30. & 31.

HIs adde Melchior. Feb. *decis. Lusit. 1. per totam*, vbi quid de debitis ab auo Regis contractis, & est additio in materia lectu digna. Robles *de repræsentatione lib. 3. cap. 16. num. 47. cum sequentibus.*

Num. 32.

IBi, *de ea tamen dubitat.* Cum Molina & Peralta idem resoluit Ioann. Garç. *tract. de expensis, & melior. cap.* 16. *num.* 34. vbi de Padilla meritò dubitasse Peraltam repetit, sed si rectè intueatur, diuersum casum proposuit Garçia. Et superioribus adde Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gam. decis.* 301. *versic. primo dicto.*

Num. 33.

IBi, *Dominus Antonius de Padilla.* Hanc opinionem in praxi dicit veriorem Peregrin. *tract. de fideicomm. articul.* 40. *n.* 19. adducens in comprobationem Afflict. & dicit ita aduersùs auctorem obtentum fuisse. Et pro eadem sententia vide Garç. *de expens. & meliorat. dict. cap.* 16. *num.* 33. vbi Afflict. & Padill. sequitur, disputat nouissimè D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 16. *à num.* 36. & idem quod Peregrin. tenet Spin. *in specul. testam. gloss.* 41. *numer.* 55. Valasc. *tract. de partit. cap.* 19. *num.* 44. vbi subdit, quòd nunquam vidit hoc seruari in praxi, de quo Stephan. Gratian. *tom.* 1. *discept. cap.* 94. *ex num.* 20. vbi quòd est verior opinio, & magis æqua, contra Molinam, sequitur Mier. 4. *part. de maiorat. quæst.* 26. *num.* 37. optimè D. Garç. de Mastrill. *decis.* 203. *per totam*, vbi plures casus adducit, & tandem aduersùs auctorem concludit, vide Fusar. *de subst. quæst.* 670. *numer.* 3. & 4.

Ibi, *licèt enim leges plura priuilegia.* & inter alia hoc præcipuum, quòd aliis creditoribus præferatur etiam anterioribus, idque de communi testatur Bogninus Caualc. *decis.* 32. *num.* 7. & 8. & decisione Perusina 78. *num.* 22. Barthol. de Haum. *in leg.* 11. *titul.* 31. *part.* 5. *gloss.* 7. *folio* 99. Andreas de Augul. *tract. de meliorat. in l.* 13. *gloss.* 3. *num.* 21. Petr. Surd. *decis.* 112. *num.* 3. & *decis.* 255. D. Garç. de Mastrill. *decis. Siciliæ* 103. *part.* 2. Antonin. de Amat. *variarum resolutione* 3. *num.* 7. Vincent. de Franch. *decision.* 31. & quòd prælatio hæc sit contra creditores habentes expressam hypothecam, tenet Gratian. *discept. tom.* 1. *cap.* 94. Gutier. Surd. P. Molina *suprà.*

Num. 34.

IN opulento maioratu contrarium tenet Garç. *tract. de expens. dict. cap.* 16. *num.* 35.

Cæterùm auctoris sententiam defendit nouissimè Fontan. *tract. de pact. nuptialibus, clausula* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. videndus *ex numer.* 145.

CAPVT XI.

Num. 1. *vsque ad* 10.

IBI, *vt bona promogenij.* Adde Mier. *de maiorat.* 1. *parte quæst.* 26. *ex numer.* 77. Intrigliol. qui auctorem refert *de feud. quæst.* 39. *cent.* 1. Iacob. Menoch. *consil.* 158. *num.* 46. *lib.* 2. Burgos de Paz *consil.* 9. Auendan. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 1. *num.* 30. Matienz. *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. Recopilat. *gloss.* 1. *ex num.* 5. Parl. Sesquicent. *differentia* 18. §. 1. Paz *tract. de tenut. cap.* 85. *num.* 93. P. Molin. *de iust. & iure, disputatione* 576. & 581. nam cùm in his bonis iure primogenituræ succedatur, eius naturæ successio plurimorum repugnat, vt *infr. n.* 7. vbi dicitur quòd vnus debet esse primogenitus, & non plures, ex quibus lapsum Ruini deprehendes *consil.* 27. *n.* 7. *n.* 1. in causa domus de Tarifa, dicentis omnes filios in pari gradu ad successionem admittendos esse, quòd in primogeniis Hispanorum hæreticum esse affirmat Miet. *tract. de maiorat.* 4. *parte, quæst.* 1. *numer.* 98.

& disputans sic concludit D. Ioann. Castill. *tom. 6. cap. 159. per totum numer. 3. 4. & 5.* vide *inf. cap. 13. & lib. 2. cap. 1. num. 3. & cap. 14. in principio.* & ex Mier. tenet Castill. *tom. 5. cap. 128. numer. 19. pag. 122. col. 2.*

Num. 10. *vsque ad* 14.

IDem consentaneè resoluunt Anton. Guom. *in l. 40. Tauri, numer. 12.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione 581.* Matienz. *in l. 11. recopilat. tit. 7. lib. 5. gloss. 7. ex num. 2.* Castill. *vbi sup. num. 2. & 3.*

Num. 16.

VErsic. *Quibus non obstant.* Contra Suaris auctoris sententiam probamus, ex P. Molina *dict. disputatione 581. num. 1. per totum.* Mier. *1. part. de maiorat. quæst. 12. num. 11. & quæst. 26. ex num. 77.* Parlador. *3. part. differentia 18. §. 1. num. 6.* Mastrill. *lib. 4. de magistratibus lib. 4. cap. 12.* D. Ioann. de Castill. *vbi suprà.*

Num. 17. *vsque ad* 19.

EX his maximè infertur quòd si testator relinquat bona illustria & digna, quòd in sua familia conseruentur, videtur primogenium inducere. Menoch. *lib. 4. præsumptione 68. num. 14.* & præcipuè *69. numer. 18. & consil. 220. num. 27.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 384. num. 4.* Aluar. *consil. 2. num. 4. lib. 8.* subdens quòd glossa *in l. quotiens, C. de fideicommiss.* loquitur quando constat de fideicommisso, & dubitatur de causa quæ facilè ex quidditate rerum colligi potest, & præsumi: secus verò vbi non constat de fideicommisso, & id tenet Bald. *in dict. l. quoties*, quem sequitur Mier. *1. part. quæst. 51. num. 14. & 2. part. quæst. 5. num. 9.* prosequitur Ramon *consil. 15. num. 65.*

Sed in contrarium vrget *l. 44. Tauri, tit. 5. part. 5.* vbi non sufficit castellum, vel turrim, esse prohibitum alienari ad hoc, quòd talis prohibitio facta præsumatur contemplatione familiæ, nisi vltra prohibitionem causa prohibitionis adiecta sit, & ad gloss. *in dict. l. quoties*, respondit Gregor. Lopez *in d. l. 44. gloss. 2.* dicens quòd procedit quãdo res fuit maiorum testatoris, propter affectionem naturalem, quæ resultat ex hoc, *l. si libertus patrono, ff. de bon. libert.* & ad Gregor. *in dict. gloss.* se remittit Mier. *dict. num. 24.* & illum sequitur Burg. de Paz iun. *quæst. 2. num. 98.* Philipp. Dec. *consil. 23. num. 4. versic. & conclusio prædicta*, vbi ponderat domum fuisse paternam ad inducendum fideicommissum.

Num. 19.

PRosequitur P. Molin. *dict. disp. 581. num. 6.* vbi de communi testatur, & se refert ad ea quæ ponuntur *suprà numer. 16. & inf. num. 25.*

Num. 20.

IDem *vbi suprà numer. 10. versic. ad secundum.*

Num. 21.

AVctorem rectè sensisse firmat idem Molin. *vbi suprà prope finem.*

Num. 22. & 23.

IDem P. Molin. *d. disput. 581. num. 4.*

Num. 24.

VIde adducta *num. 9.* P. Molin. *vbi suprà, num. 5.* D. Garç. de Mastr. *d. cap. 12. per totum.*

Num.

Num. 25.

IBi, *in secunda specie.* His accedunt tradita *suprà num.* 15. *in fine, & num.* 16. P. Molin. *dict. disput.* 581. *num.* 6. D. Garç. de Mastrill. *dict. cap.* 12. *lib.* 4. vbi in fortioribus terminis sequitur Mier. 1. *part. quæst.* 26. *ex num.* 77. *vsque ad num.* 110. in noua editione: idem 1. *part. quæst.* 12. *num.* 4. & 10. Valenz. Velazq. *consil.* 69. *num.* 20. Robles de Salzed. *tract. de repræsent. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Auend. *in l.* 40. *Tauri*, *gloss.* 2. *numer.* 69. Minador. *consil.* 1. *numer.* 24. & 25. & 60. Menoch. plura referens, *consil.* 401. *num.* 18. & 19. *lib.* 5. & *consil.* 504. *num.* 9. & 10. *lib.* 6. vbi loquitur de titulo, & dignitate Comitatus, cum territorio.

Versiculo, *Primò quòd hæc bona.* Idem Anton. Guom. *in l.* 40. *Tauri*, *num.* 12. *ad fin.* Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 1. *recopilat. glossa* 7. *num.* 5. quod verissimum, quidquid cõtrarium teneat Ludouic. Sacc. *consil.* 50. *ex num.* 4. & his accedunt tradita *suprà num.* 15. & 16. & 21. *versicul. Non autem obstat.*

Ibi, *Primò quòd hoc procedat.* Cum hac limitatione transeunt Ant. Guom. *in dict. l.* 40. *num.* 12. *ad fin.* Matienz. qui de Guomezio non meminit *in dict. l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat. num.* 5. *gloss.* 7. P. Molin. *dict. disput.* 581. *num.* 6.

Num. 26.

IDem recenset P. Molin. *ibi proximè*, *num.* 7.

Num. 27.

HAnc cõclusionẽ probant Auend. *in l.* 40. *Tauri*, *gloss.* 2. *num.* 68. P. Molin. *dict. disput.* 581. *num.* 8. Robles *tract. de repræsent. lib.* 2. *cap.* 13. *ex num.* 1. Castill. *d. cap.* 159. *num.* 7. *vers. in secundo.*

Ibi, *Cùm enim deficiat subiectum dignitatis.* In hac ratione nititur alter Molin. *num.* 8.

Num. 28.

AVt regula posita *suprà num.* 25. falsa est, aut hæc limitatio regulæ sustineri non potest. Nam si in vno oppido ipsemet auctor profitetur, quando cum dignitate à Principe donatur, consistere maioratum, etiamsi specificè maioratus concessio facta nõ sit, qua in præsenti in pluribus oppidis titulo donationis concessis, contrarium docet; nam aut cætera oppida maioratui subiecta censenda erunt, aut ipsum oppidum similiter cum eisdem liberum manebit; non enim sunt plures concessiones, sed vnica concessio tantùm, licèt in se plura oppida, ac territoria contineat: vnitas namque causæ efficientis concernit omnes actus suos, ex *l. cùm quæritur. ff. de administrat. tut. l. sed & cùm aliquis. ff. de negot. gest.* Quare de hac sententia dubitarunt Matienz. *in l.* 11. *tit.* 7. *gloss.* 7. *ex num.* 3. Parlador. Sesquicent. *differentia* 18. §. 1. *ex num.* 5. Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 12. *ex num.* 10. Auend *in l.* 40. *Tauri. gloss.* 1. *num.* 69. vbi veriorem dicit, idem *in l.* 41. *gloss.* 3. *ex num.* 8. P. Molin. *dict. disput.* 981. *num.* 10. D. Garç. de Mastrill. *dict. cap.* 12. *num.* 25. Robles *tract. de repræsent. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. & ante eos Arius Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 17. *C. de bonis mat.* ideóque si regulæ inhærendum est, eadem ratio militat quando cum dignitate à Principe plura oppida largiuntur, quàm cùm vnum tantùm. Quare in præsẽti potius amplia, quàm limita. Castill. *vbi suprà.*

Num. 29. & 30.

EX eadem ratione, de qua proximè, videtur sustineri non posse adducta in præsenti. Nam aut oppida &

I 3 alia

alia emolumenta sunt tamquam bona maioratui subiecta consideranda, vt aduersùs auct. præfati interpretes asserunt, in quo euentu integra & indiuisibilia ad primogenitum deuenire debent, neque fratribus ex eis legitima debetur, aut auctoris vestigia sectando tamquam bona libera inter omnes fratres sunt diuidenda. In quo casu etiam auctoris opinio dubia est, siquidem primogenitus tunc non satis faceret, si fratribus inuitis legitimas in pecunia soluere velit, cùm ex ipsis oppidis donatis, sicuti ex aliis bonis liberis portio legitimæ vnicuique debeatur, prout contra auct. expendit P. Molin. *dict. disputatione* 581. *num.* 10. Castill. *vbi sup.*

Cæterùm pro auctore videndus est Henric Rosent. *tract. de feud. cap.* 7. *conclusione* 13. vbi *addit. lit. A.* plura refert, *& cap.* 9. *num.* 1. *conclusione* 55. *numer.* 1. qui omnes sunt intelligendi respectu filiorum institutoris maioratus tantùm, non verò vlteriorum descendentium. P. Surd. *consil.* 417. *ex num.* 40. Contrarium verò esset absurdum & irrationabile, cùm daretur legitima quibus nullo modo deberetur, de bonis scilicet, in quibus possessor succeffit non iure hæreditario, sed iure sanguinis & proprio, vti primogenitus & vocatus. Capic. *decis.* 2. Thesaur. *quæst.* 76. *num.* 6. *lib.* 2. idem Surd. *vbi suprà*, & signanter P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. dot. lib.* 9. *tom.* 2. *clausul.* 5. *gloss.* 1. *parte* 2. *num.* 115. vbi sic explicat & declarat auctorem.

CAPVT XII.

Num. 1. *vsque ad* 5.



His adde P. Molin. *disputatione* 582. *ex numer.* 4. Mier. *de maiorat.* 1. *parte quæstione* 17. *ex num.* 1. vbi *numer.* 7. quærit quòd si iuramentum intercedat. Osasc. *decision. Pedemont.* 125. Auend. *in l.* 4. *Tauri gloss.* 5. *n.* 15. *& in l.* 44. *gloss.* & repetit auctor *infr. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 23. Cæterùm huius materiæ demonstrandæ gratia distinguendi atque constituendi sunt aliquot casus vnà cum auctore. Primus casus est, quando maioratus in testamento institutus est, hoc in casu maioratum tanquam in testamento esse censendum, cùm actus testandi procul dubio ad vltimam voluntatem referatur, vt subiungit auctor *hic versic. vt autem de hac re*, quem refert Menoch. *consil* 1126. *num.* 10. *vol.* 12.

Secundus casus est quando inter filios facta est hæreditatis diuisio, & primogenitis certa bona assignantur: hoc etiam casu hic maioratus vim vltimæ voluntatis habebit, vt hîc *num.* 4. *&* 5. *& num.* 22. *&* 23. & per Menoch. *vbi sup. num.* 11. P. Molin. *d. disputatione* 583.

Tertius casus est quando maioratus instituitur à patre in persona filij, vel transuersalis per viam donationis & contractus simpliciter, non verò per viam diuisionis, hoc casu hic maioratus vim contractus obtinet, & tanquam perfecta donatio est irreuocabilis, vt censet auctor *hic numer.* 8. P. Molin. *num.* 9.

Num. 6.

PRosequitur P. Molin. *de quo proximè num.* 5. *versic. neque obstat.*

Num. 7.

REfert ac sequitur idem *vbi suprà.*

Num. 8.

IBi accedunt Auend. *in d. l.* 4. *Tauri, glossa* 5. *num.* 15. vbi has dispositiones irregulares, genericas ac informes vocat, idem *in l.* 44. *gloss.* 3. *& in l.* 17. *gloss.* 5.

gloss. 5. vbi an talis maioratus sit irreuocabilis, de quo per auctor. *infr. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 23.

Num. 16. 17. 18. & 19.

VIde P. Molin. *d. disputatione* 583. *num.* 9. & *num.* 12. & 13.

Num. 20. 21. & 22.

IDem P. Molina *numero* 5. & 10. & 11.

Num. 23. 24. & 25.

IDipsum transcribit P. Molin. *d. disputatione* 583. *per totam.*

Num. 26. 27. 28. & 29.

ADde Auend. *d. gloss.* 5. *num.* 15. P. Molin. *vbi suprà.*

Num. 30. 31. & 32.

DE effectu huius prohibitionis plura refert Auend. *de cens. cap.* 62. D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 65. *num.* 27. & repetit auctor *sup. cap.* 5. *num.* 36. & *infr. lib.* 4. *cap.* 1. *ex num.* 4. & idem auctor in specie *tom.* 5. *cap.* 80. *num.* 20. *cum seqq.* & de differentia inter prohibitionem fretam ex contractu, & ex vltima voluntate, vide Marc. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. quæst.* 4. *per totam.* & *consil.* 159. Peregr. *de fideicommiss. artic.* 51. *ex num.* 72. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 257. Ioann. Aloys. Ricc. *in additione ad Franch. decisione* 355. *numer.* 5. Azeued. *in l.* 11. *titul.* 6. *lib.* 6. *recopilat. ex num.* 9. Ioann. Gutierr. *in tract. de iust. confirmat.* 1. *part. cap.* 45. Rodericus Xuarez *allegatione* 9. *numer.* 12. Anton. de Amat. plura adducens variarum, & *solutione* 12. *ex numer.* 1. 5. 6. & 7. & est textualis conclusio quòd pactum de non alienando in contractu appositum, non impediat translationem domini, licèt aduersùs alienantem detur actio personalis ad interesse, vt cum auctore resoluunt Petra *dict. quæst.* 4. *numer.* 3. Petrus Surd. *decisione* 354. *num.* 5. & *num.* 11. quo refert & sequitur Petram & auctorem. Marc. Ant. Peregr. *dict. articul.* 51. *num.* 72. Giurba *decisione* 97. *num.* 31. Mart. *voto* 49. *in principio.* P. Molin. *de contractibus disputatione* 265. *num.* 4. & 5. Vincent. de Franch. *decisione* 74. Fachin. *lib.* 9. *controu. cap.* 89. Fontan. *de pact. nupt. clausula* 4. *gloss.* 25. Couarr. *lib.* 1. *variarum cap.* 14. *num.* 3. M. Anton. Peregtin. *articul.* 45. *num.* 61. & *articul.* 31. *num.* 72. Antonin. de Amat. *vbi suprà, num.* 6. Cuius rei ratio est, quia in obligationibus facti non cogitur quispiam præcisè facere, vnde aduersùs nolentem succedit obligatio ad interesse, ex *l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat.* Mier. 3. *part. quæst.* 9. *num.* 3. vbi ex hoc infert ad quæstionem practicam quid de Principe alienante aduersùs prohibitionem? vide Vincent. de Franch. *decis.* 17. *num.* 6. vbi Riccius Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *titul.* 30. & *numer.* 11. vbi *num.* 30. cum Loazes, Ias. & aliis, affirmatiuam tenet, & quid vbi alienatio non esset creditori damnosa, vide Negusant. *de pignor. in fin.* Gratian. *disceptationum cap.* 16. & 150.

Primò superior ampliatur conclusio, etiamsi accessisset iuramentum, licèt contraueniens in periurium incideret, Peregrin. *vbi suprà num.* 74. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 45. *num.* 4. Gam. *decisione* 357.

Secundò ampliatur in Ecclesia alienante rem contra pactum, & pro hibitionem traductis à Petra, de quo *suprà num.* 2. Franc. Molin. *dict. quæst.* 24.

Limitatur primò, vbi post pactum de

de non alienando intercessit hypotheca specialis, ex *l. si creditor. §. fin. ff. de distractatione pign.* & licèt plerique autumnent quòd tantùm generalis hypotheca sufficiat, eo quòd generalis hypotheca sic constituit ius in re, sic specialis, argumento textus *in l. fin. C. quæ res pign. obligar. poss.* quam sententiã tenent Menoch. *consil. 815. num. 55.* Ioann. Zeph. *consil. 397. num. 84. & 85.* Aymo Crauett. *consil. 381. numer. 2. & consil. 485. num. 1. & consil. 765.* Paul. Parisi. *consil. 100. lib. 4.* Andr. Fachin. *lib. 12. controu. iuris cap. 28.* Boër. *decis. 182.* Antonin. de Amat. *variarum resolut. 12. num. 18.* Franc. Bec. *consil. 8.* Gregor Lopez *in l. 73. tit. 18. p. 3. verbo, ne las enagenen.* Parlador. qui Gregor. relato de magis communi testatur *lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 4. part. §. 5. num. 16. & 17.* Roderic. Xuar. *in l. post rem iudicatam, in declarat. legis Regni, limit. 1. num. 4.*

Tandem receptior sententia est, quòd sufficit vel generalis hypotheca cum iuramento, vt per Gutierr. *de iuram. confirmatorio, part. 1. cap. 39. num. 7. & in repetitione l. nemo potest, num. 45. ff. de legat. 1.* M. Anton. Peregrin. *consil. 102. num. 12. lib. 3.* latiùs per Fusar. *de substitut. quæst. 674.* vbi ex *numer. 13.* refert contrarias sententias, & tandem *num. 17.* concludit sic tenendum quando cum hypotheca generali concurreret iuramentum, quia tunc impeditur dominij translatio, sequitur Antonin. de Amat. *variarum dict. resolutione numer. 18.* vel etiam hypotheca specialis, vt per Flores de Mena *in addit. ad Gam. decis. 359.* vbi limitat in censibus, & inquit sic vidisse obtentum Vald. *in addit. ad Xuar. vbi suprà.* M. Anton. Peregrin. *dict. articul. 51. num. 76. & 77.* vbi satis facit oppositioni Imolæ *in dict. l. fin.* quam sententiam dicit receptam Rota per N. Pacif. & *post tract. de Saluian. interdict. decisione 143.* Ioann. Gutierr. *vbi suprà dict. num. 4.* Henric Rosent. *tract. de feud. cap. 7. conclusione 25. num. 28. volum. 1.* Fontanell. *tract. de pact. nupt. clausul. 4. gloss. 25. num. 60.* & ita sensisse senatum Mediolan. refert Crauet. *consil. 371. num. 1.* Antonin. de Amat. *vbi suprà dict. num. 18.* Vincent. Fusar. etiam *vbi suprà num. 12.*

Hæc receptior sententia limitatur primò, quando in contractu adest clausula *Constituti*, vel alia clausula translatiuæ possessionis in paciscentem. Fusar. *de quo proximè num. 18.*

Limitatur secundò, quando pactum super prohibitione alienationis sub pœna nullitatis fuisset confirmatum decreto iudicis. Idem *num. 19.*

Limitatur tertiò, si Principis auctoritas interuenit, idem *vbi suprà.*

Limitatur quartò in Principe, qui promisit non alienare, idem *vbi proximè.*

Limitatur quintò, quando super pacto de non alienando apposita fuisset clausula quòd alienatione contra pactum secuta licet stipulatori propria auctoritate rem capere penes quemcumque sit, hoc enim casu poterit secuta alienatione stipulator propria auctoritate rem capere, idem *num. 20.* quia idem operatur hoc pactum quod specialis hypotheca, cuius virtute dubium non est quin aduersùs quemcumque rei possessorem agi possit, vt per Auendan. *tract. de censib. cap. 57. num. 8* non solùm via ordinaria, verùm executiuè, vt per Gutierr. *in l. nemo potest, ff. de legat. 1. numer. 28. & 29.* Parlad. *lib. 2. controu. quotidian. cap. fin. 4. part. §. 6. num. 16.* Auend. *tract. de censib. cap. 96. numer. 7. versiculo vel agere.* Paz *in praxi 4. part. tom. 1. cap. 1. num. 94.* & quod fortius est, etiam non facta excussione in bonis principalis debitoris, vt per Gutierr. & Parlad. de quibus *suprà*, sed an à tertio possit hæc hypotheca præscribi, vide Gutierr. *lib. 1. pract. quæstione 90.* vbi *num. 10.* post longam

gam disputationem, concludit quòd etiam interueniente clausula de non alienando cum hypotheca speciali (licèt dominij translatio impediatur) effectus præscriptionis non impeditur, de quo vide Rodericũ *tract. de ann. redditibus quæst. 9. ex num. 64* quod fortiùs procedit in tertio cum hypotheca, & sine pacto de non alienando, & à quo ista præscriptio debeat inchoari, vide Auend. *decerpt. cap. 103. per totum, & cap. 105.* Anton. Fab. *lib. 8. Codic. titul. 6. de pign. difficultate 98.* Ludou. Cens. *de censib. part. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 9. ex num. 48.* Fontan. *tract. de pact. nupt. part. 1. clausula 4. gloss... cap. 8 part. 5. ex num. 51.*

Vnum tandẽ in hac quęstione annotandum erit quod vidimus in praxi receptum, videlicet, Testator vocauit Petrum & descendentes, & eo sine liberis decedente, Ecclesiam, & saluis iuribus prohibuit alienationem Petro, & si alienando succedat Ecclesia per contrauentionem, hoc erit durante vita ipsius alienantis, sed eo defuncto, bona reuertentur ad filios ex sua vocatione. Paris. *consil. 70. num. 8. & 9. lib. 3.* Bursat. *consil. 13. à num. 68. versic. quarto, cum sequentibus.* Ruin. *consil. 122. à num. 6. lib. 2.* Hieron. Gabr. *consil. 123. num. 37. lib. 1.* Ceph. *consil. 117.* Peregr. *artic. 14. num. 48.* Caualc. *decisione 17. num. 43. part. 3.* Magon. *decisione Florent. 16. n. 7. & decisione 137. num. 6.* & pro coronide non est omittẽdum quod nouissimè tradit Ioan. Caruall. *in tractat. de vna & altera 4. ad c. Rainutius 2. part. num. 213. versicul. ex quibus,* vbi dicit Molin. *de numer. 31.* emendandum esse.

CAPVT XIII.

Num. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

HIs adde Don. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 147. per totum,* vide *infrà cap. 18. ex numer. 8.* Castill. *vbi sup. dicto num. 8.* vide Menoch. *consil. 552. num. 6.* Vincent. Fusar. *de substit. quæstion. 385. num. 7.*

Num. 14. & 15.

IDem tenet Mier. *2. part. quæst. 6. num. 12. & 3. parte, quæstione 11. num. 40.* Vincent. Fusar. *vbi sup. num. 7. & 8.* & est textus *in l. 4. titul. 18. part. 3.* & in omnibus conuenit quòd si tales nubant inferiori, administrabunt de consensu mariti, vxori tamen præstabitur iuramentum fidelitatis, & maritus administrabit, & appellabitur Rex, Dux, vel Marchio, vt nouissimè recenset Perez de Lara *tract. de vita hominis, cap. 30. num. 59. & 60.* vbi *num. 61.* an mulier possit esse arbiter, vel iudex, Francisc. Sousius *in repetitione legis fœminæ. num. 9.*

His adde, communis & vera resolutio est, quòd etsi fœminæ non possint gerere officium iurisdictionis directè & principaliter, argumento tex. *in l. fœminæ. ff. de reg. iuris.* poterunt tamen in consequentiam hæreditatis & successionis annexam iurisdictionem exercere; sicut aliàs clerici non possunt exercere iurisdictionem sæcularem, tamen possunt succedere in hæreditate, seu maioratu habente dignitatem & iurisdictionem, & iuxta adducta *num. 27.*

Num. 16.

VIde *infrà lib. 1. cap. 11. num. 33.*

Num. 20.

REpetit auct. *inf. lib. 4. cap. 4. num. 6. & cap. 5. num. 18. versicul. vlterius.* Cardinal. Mantic. *lib. 3. de coniect. titul. 19. à num. 1.*

Num. 21. 22. 23. & 24.

SEquitur Mier. 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 2. *numer.* 52. Enric. Rosent. *de feud. cap.* 7. *conclusione* 28. & recenset Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri*, *ex numero* 4.

Num. 35.

VIde in contrarium Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri. gloss.* 4. *à num.* 5. & quæ tradit ipsemet auctor *infrà lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. & quid de filio incapaci, vel inhabili, vide *suprà cap.* 9. *numer.* 27. & quid in casu contrauentionis, vide *infr. lib.* 3. *cap.* 10.

In qua quæstione incapacitas respectu patris, potest dupliciter considerari. Primò quando radicata est à natiuitate, in ipsa persona patris, veluti si pater fuisset spurius, veluti in fœmina, & eius descendentes, vbi de agnationis conseruatione tractatur. Secūdò quādo incapacitas est accidētalis, vitiūmque impeditiuum permanet duntaxat in ipsa persona patris, neque eam egreditur, veluti in furioso, vt in præsenti, in cæco, vel in fœmina, vbi maioratus agnatitius non est, & vtriusque casus differētia in eo viget, quia si vitium est in linea, tamquam reale influit in omnes ex illa descendentes, & ita intelligitur text. *in cap.* 1. §. *hoc autem notandum*, *qui feud. dar. poss.* vbi fœminâ exclusâ non admittitur filius, quia vitium est in ipsa linea, quem textum ita intelligit Bald. *in l. tale pactum*, *num.* 13. *C. de collat.* quem sequūtur Carol. Ruin. *consil.* 120. *num.* 2. *lib.* 1. *& consil.* 151. *num.* 6. *lib.* 2. Ioann. Zephal. *consil.* 103. *num.* 13. *lib.* 1. Rubeus *consil.* 22. *columm. vltima. vers. non est igitur.* Socin. iun. *consil.* 2. *num.* 24. *lib.* 3. At verò vbi vitium est accidentale, non egreditur personam, nec vltrà progreditur ad filios & descendentes, ex Bald. *consil.* 389. *colum.* 2. *versiculo item pono*, *lib.* 2. vbi loquitur in furioso, Iacob. Menoch. *lib.* 5. *præsumptione* 46. *num.* 18. Cardinal. Mantic. *lib.* 8. *coniect. titul.* 18. *num.* 54. Mier. 2. *parte quæst.* 3. *num.* 16. *& quæst.* 4. *illatione* 1. *num.* 13.

Num. 36. & 37.

HAnc conclusionem verissimam dicit Mier. 2. *part. quæst.* 6. *ex num.* 47. & latiùs per D. Ioann. de Castill. *lib.* 3. *controuers. cap.* 15. *à num.* 2. *vsque ad num.* 27. Crass. *in* § *fideicommissum*, *quæst.* 17. Petr. Surd. *consil.* 125. *num.* 14. *volum.* 1. Franch. *decisione* 169. *num.* 5. Iacob. Menochius *consil.* 413. *lib.* 5. explicat Valenz. *consil.* 7. *ex num.* 23. & repetit auct. *infr. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 16.

Num. 38.

SI dementia, vel furor talis sit quòd demens possit consentire in matrimonium, succedit in maioratu, Sozin. iun. *consil.* 47. *num.* 11. *lib.* 3. qui loquitur in maioratu sine administratione, & iurisdictione.

Num. 40. *vsque ad* 66.

PLura adducit Castill. *tom.* 1. *cap.* 164. *ex numer.* 1. & plura adducit *num.* 53. & vide Lara *de vita hominis cap.* 3. *numer.* 88.

Num. 68. & 69.

LAtè per D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *c.* 81. vbi quid de fratribus Ordinis Diui Francisci.

Num. 70.

VIde Cauedo *decisione* 133. *parte* 1.

Num.

Num. 72.

ADde Mier. 4. *parte*, *quæst.* 23. *numer.* 119.

Num. 77. & 78.

PLurimi fatentur Monachos à successione maioratus excludi posse, vt tenet Barbos. *in remissionibus Doct. ad* § 7. *num.* 2. *folio* 130. Cened. *pract. quæst. cap.* 35. *ex numer.* 6. Stephan. Gratian. *tom.* 3. *discept. forens. cap.* 481. *numer.* 28. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 3. *gloss.* 6. *part.* 6. *num.* 9. D. Garç. Mastr. *decision.* 65. *num.* 2. & *decis.* 153. *num.* 28. P. Thom. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 4. Mart. *tract. de successione legali parte* 3. *quæst.* 13. *articulo* 1. *num.* 22. & ad intelligentiam, eorum quæ *n.* 93. & 94. dicuntur, adde Bambacar. *in repet. cap. qui clericus, quæst.* 7. *numer.* 141. Sanchez *in lib.* 7. *eius summ. cap.* 13. *num.* 4. Lessius *de iust.* & *iur. dubit.* 10. *num.* 84. Azor. *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *quæst.* 16. Regens Tapia *decis.* 28. *numer.* 3. Marius Cutellus *in tract. de donat. folio* 155. *num.* 41.

Quorum recepta sententia limitatur in melioratione tertia, à qua Monachus excludi non potest, vt per Castill. *lib.* 3. *controuers. cap.* 12. *ex num.* 34. P. Thom. Sanch. *vbi suprà numer.* 6. *versiculo quod quidem limitandum est*, & latiùs prosequemur *infrà lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 53.

Num. 79.

IBi, *idque durante*. Pro hac sententia vide Zeuall. *commun. quæstione* 193. Carol. de Tapia *in auth. ingressi. cap.* 13. *numer.* 49. Gam. *decisione* 316. Mastrill. *decis.* 65. *numer.* 5. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 430. *ex numer.* 1. & limitatur *infrà num.* 95.

Num. 80.

IBi, *in contrarium*. Hanc partem tenet Gama *decis.* 6. *num.* 2. vbi Flores de Mena, & pro hac ratione decidendi videndus est ipsemet auctor *infrà num.* 94. *versiculo* 9. & *vltimo*, qua de causa Monachus efficitur incapax successionis, etsi in monasterio capaci professus sit, etenim si Monachus succedere non potest in oppido & castro iurisdictionem habentibus, ex auctore *infrà num.* 83. & 94. quantò fortiùs debet excludi, si maioratus non tantùm simplicis iurisdictionis est, verùm etiam habet dignitatem annexam, vt in præsenti, quo casu filia debet admitti, vtcumque sit statutum fœminarum exclusiuum, Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 311. *num.* 49.

Num. 81.

AVctoris sententiam sequitur, & pluribus comprobat fundamentis P. Thom Sanchez *in præcept. Decalog. dict. lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 12.

Num. 91. & 92.

COntrarium probant Petr. Surdus *consil.* 557. *numer.* 14. qui ea nititur ratione quòd Monachus retinet iura suitatis, & prioritatis in gradu, ex auct. *suprà num.* 73. 74. & 75. & quod monasterium administrat durante vita Monachi, etiamsi agatur de conseruatione familiæ, cum recentioribus tenet P. Thom. Sanchez *dict. cap.* 15. *ex numer.* 18. & præsertim Ioann. de Mont. Aleg. *in praxi lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 52. & 60. vbi hanc partem sustinet, & excipit tantùm casum, quando maioratus habet dignitatem annexam, & iurisdictionem, puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similium, prout testatur auct. in præsenti, cui adde idem tenentes, Andreas

Molphes. *ad consuet. Neapolit. de successione ab intestato, parte* 4. *quæstione* 65. *num.* 19. *&* 20. Marta *tract. de successione legali* 3. *parte, quæstione* 13. *articulo* 4. *ex num.* 22. Anguia. *de legibus lib.* 2. *controuer.* 17. *numer.* 7. Sed in contraria sententia remanet P. Thom. Sanchez *vbi suprà num.* 19.

Num. 94.

VErsic. *nono, & vltimo.* Licèt auctor de consuetudine testatur, P. Man. Rodriq. contrarium tenet *tom.* 2. *quæst. regul. quæstione* 78. *articulo* 12. *versiculo quod autem in dubio*, dicens quòd de tali consuetudine non constat, & etiamsi constaret, deberet intelligi de maioratu habenti iurisdictionem ac dignitatẽ Regalem, videlicet, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, subdens quòd ita fuit iudicatum in Senatu Pintiano in fauorem cœnobij de las Guelgas super oppido de Villa Garçia, & aliorum, quæ morte Ludouici de Quixada vacauerat.

Cæterùm auctoris sententia verior est, & receptior, eámque contra Rodriquez pluribus fundamentis comprobat P. Thom. Sanchez *in præcepta Decalog. dict. cap.* 15. *ex num.* 12. vbi inter alia hanc Regij ac supremi Senatus decisionem refert, & ante eum P. Molin. *disputatione* 623. *num.* 4. quam partem vti veriorem sequuntur Mier. *de maiorat.* 1. *parte, quæstione* 3. *numer.* 29. Auend. *in l.* 40. *Tauri, gl. ʃʃ. num.* 39. vbi *n.* 45. in Regno, Ducatu & similibus, &, quod fortius est, in administratione plurium populorum, licèt in maioratibus inferioribus contrarium sentiat Monte Aleg. *in praxi lib.* 2. *cap.* 11. *per totum.* M. Anton. Genuens. *pract. ecclesiast. tricen.* 1. *quæst.* 13. *numer.* 2. Anguian. *tract. de legibus lib.* 2. *controuer.* 17. *numer.* 9. Iacob. Canc. *variarum resolut. tom.* 2. *cap.* 20. *de legat. numer.* 330. Mart. *de successione legali, parte* 3 *quæstione* 13. *articulo* 1. *num.* 21. Ludouic. de Casanat. *consil.* 26. *ex numero* 8. quorum sententia longè verior est, tam ex consuetudine, de qua testatur auct. & P. Thom. Sanchez, quàm ex præfatorum Doctorum sensu, & ex verisimili, ac prorsus indubitata voluntate disponentium, ideoque oportet recedere ab opinione Rodriq. & Cardo. *in praxi, verbo maioratus, num.* 17. qui contrarium tenent, & pro hac nostra sententia vide Castill. *tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 51. *&* 59. *& cap.* 16. *ex numer.* 17. adde auctor. *infr. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. & Castill. *cap.* 81. *fol.* 151. *versic. septimò quoque.* Peres de Lara *in suo tract. de vet. hominis* (qui post hæc scripta nouissimè prodiit in lucem) *cap.* 30. *numer.* 126. vbi *num.* 127. limitat in maioratu facto virtute legis 27. *Tauri*, & ita in Granatensi conuentu per vndecim iudices regios obtinuisse pro quadam Moniali, suum filium testatur.

Num. 95.

IN maioratu ex bonis patrimonialibus instituto monachus succedit, & hanc conclusionem vltra relatos in præsenti, probarunt Carolus de Tapia *in authent. Ingressi, verbo, sua, cap.* 16. *n.* 9. *Codic. de sacrosanct. Eccles.* Anguian. *tract. de legibus lib.* 2. *controuer.* 17. *ex. numer.* 5. P. Manuel Rodriq. *tom.* 2. *quæst.* 78. *articulo* 12. *colum.* 2. *vers. certum est*, P. Thom. Sanchez *vbi supra num.* 16. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 12. *num.* 56. D. Garç. de Mastrill. *decisione Siciliæ* 65. *num.* 3. *& decisione* 153. *num.* 25. Andr. Molphes. *ad consuet. Neapolit. de success. ab intestat.* 4. *part. quæst.* 65. *num.* 21. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 4. *num.* 13. Matienz. *in leg.* 1. *gloss.* 1. *num.* 18. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* & his accedunt tradita per auctor. *suprà à num.* 72.

Sed in maioratu pro conseruatione familiæ

familiæ cum præcepto ac delatione nominis & armorum monachos excludunt Mantica *de conie*c*tur. lib. 8. titul. 12. ex num. 25.* Aluarad. *de coniectur. ment. defuncti lib. 2. cap. 3. numer. 9.* Flores Diaz de Mena *in addit. ad. Gam. decisione 6. versicul. 4. conclusio.* Iacob. Canc. *tom. 2. variarum resolut. cap. 20. titul. de legat. num. 330. versic. censeo.* P. Thom. Sanch. *vbi suprà dict. cap. 15. num. 19. cum sequentibus.* Vincent. de Franch. *decisione 29. 29. numer. 7.* Anton. Fab. *lib. 6. Codicis titul. 2. definit. 25.* vbi ita decisum refert in Senatu Sabaudiæ, quos & alios citat Fontan. *tract. de pact. nupt. tom. 2. clausula 6. gloss. 3. parte 3. num. 21.* vbi in tali casu testatorem sensisse de nuptiis carnalibus, non verò de spiritualibus, refert idem Canc. *vbi suprà.* Peres de Lara *tract. de anniuers. & Capell. lib. 1. cap. 5. num. 96.* D. Ioann. del Castill. omnium latiùs *lib. 3. controuer. cap. 12. num. 54.*

Contrarium bis fuisse iudicatum testatur P. Manuel Rodriq. *tom. 2. quæst. regul. quæst. 78. articul. 13. & quæst. 73. parte 12.* de quo etiam vide Cald. Peregrin. *de nominatione emphyt. quæst. 6. numer. 15.* Caued. *decisione Portug.* 133. 101. Zeuall. *quæst. 193.*

Meo quidem sensu eorum sententia verior est, nisi apertiùs appareat maioratus institutorem agnationi prospexisse. Cancer *vbi suprà*, Caued. *dict. decisione* 133. *prope finem.* Cardin. Mantic. *lib. 8. de coniect. titul. 12. num. 15. vers. sed ego puto.* vbi subdit fuisse in hac sententia in quadam causa, collegio Patauino commissa. Castillo *tom. 5. cap. 162. n. 29.* & secundùm eam ferè cunctis votis fuisse iudicatum, prout etiam recenset Vincent. Fusar. *de subst. quæst. 345. num. 2. & 430. num. 2.* neque id contrarium tenere videtur auctor *infrà*, & idem fateri oportet, vbi in maioratu adest iurisdictionis exercitiū, ex auct. *n. 92.* His verò deficientibus, Monachus non censetur exclusus, ex eo tantùm, quòd de conseruatione familię tractetur. nam si in primogenio, vbi de conseruatione familiæ nil est dictum, eos admittimus; quare si de hoc actum fuerit, eos excludimus, siquidem omnis primogeniorum institutionis finis præcipuus (etsi hoc reticeretur) est, vt familiarum dignitas & memoria institutoris conseruetur, ex adductis *infr. cap. 11. numer. 3* ideoque à maioratu etiam pro conseruatione familiæ instituto, Monachus arceri non debet, quia talis institutio (vbi aliud non suadet dispositio contraria) est communis & regularis, ex auct. *suprà lib. 1. cap. 5. numer. 16.* à qua neque ipsæ fœminę excluduntur, vt per auct. *suprà lib. 3. cap. 4. numer. 8. & 9.* Neque præceptum nominis & armorum aliud suadet, cùm id à Monacho possit impleri, neque per se tantùm agnationis conseruationem inducat, vt compertum est *infrà lib. 2. cap. 14. num...*

In qua quæstione illud omittendum non erit, vtrùm si Monachus monasterium incapax ac insuccessibile ingrediatur, substitutus statim post emissam professionem admitti debeat: an verò sit expectanda mors naturalis ipsius Monachi, quam quæstionem latiùs disputat D. Ioann. del Castill. *lib. 3. controu. cap. 12. num. 83.* & in maioratibus Hispaniæ pro substituto tenet P. Thom Sanchez *lib. 7. cap. 15. ex num. 9.* vbi *num. 10.* statim, professione secuta, successionem maioratus ad sequentem deuolui contendit, non aliter, ac si naturaliter mortuus fuisset, vide Ioseph. de Rusticis *in l. cùm auus, tom. 5. cap. 7. per totum, ff. de condit. & demonst.* Stephan. Gratian. *tom. 3. discept. forens. cap. 481 ex num. 3.* Contrarium verò defendit Thesaur. *lib. 3. quæst. forens. quæst. 36.* malè equidem, tum, quia maioratus successio in pendenti esset, contra iuris principia, de quibus *lib. 4. cap. 10.*

K 3 donec

donec Monachus naturaliter decederet, tum etiam, quia mors ciuilis æquiparatur naturali, si operatur omnes effectus, quos naturalis produceret, Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 430. *num.* 8. qui enim incapax est successionis, pro mortuo naturaliter reputatur. P. Molin. *disput.* 623. *num.* 2.

Num. 96.

PLuribus relatis, idem probat Fusar. *vbi suprà numer.* 3. & ratio est, quia clericus iura agnationis actiuè & passiuè retinet. Idem sequitur P. Molin. *disputatione* 623. *num.* 6. ibi, *his tamen & aliis non obstantibus.* idem latè Bursat. *consil.* 93. *num.* 27. *volum.* 1. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil.*

Num. 97.

ET in eadem sum sententia, & in praxi receptum est, quòd clericus succedat in maioratu habenti iurisdictionem annexam, de qua numquam vidimus dubitari, sicut aliàs succedit fœmina in maioratu iurisdictionali, quando iurisdictio ipsa venit in consequentiam successionis, ex adductis *sup. num.* 14. & 15.

His adde Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 2. *differentia* 3. *num.* 31. Valenz. Velazq. *consil.* 23. *num.* 28. & 29. Sousa *in leg. fœmina, numer.* 9. *ff. de regul. iuris.*

Num. 98. & 99.

IDem recenset P. Molin. *d. disputatione* 623. *num.* 5. vbi de consuetudine testatur, & tanquam laici possunt testari de bonis patrimonialibus, & de fructibus encommendæ, vt resoluit auct. *inf. lib.* 11.

Hæc auctoris recepta conclusio limitari potest, vbi religiosi à maioratus successione exclusi sunt aliqua qualitate, quæ his militibus conueniret, veluti si dictum fuerit successorem maioratus debere aliqua facere, quæ propter obedientiam, quæ Magno Magistro præstant, efficere nequirent, tunc eo casu censeretur exclusus ex præsumpta mente ac voluntate institutoris.

Prout recenset Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. d. differentia* 3. *num.* 31. vbi refert etiam consuluisse super Ducatu & statu de Cardona ad exclusionem cuiusdam Equitis Ordinis de Alcantara.

In militibus verò Hierosolymitanis nulla est disputatio, vt probant Anton. Fab. *lib.* 6. *Codicis titul. de fideicommiss. differentia* 33. vbi ita decisum refert, de quo vide Henr. Rosent. *tract. de feud.* 1. *part. cap.* 7. *conclusione* 3. *ex numero* 9. maximè si dispositio religiosos excludit, quia prædicti milites sunt verè religiosi, & Felin. *in cap.* 2. *sub num.* 4. *versic. item subdunt moderni de foro competenti*, Rota per Ludouisium *decision.* 87. & 109. vbi addit P. Cauall. *resolut. criminal. casu* 64. subdens sic fuisse in in voto Vincent. de Franch. *decisione* 479.

Num. 100.

SEquitur P. Molin. *dict. disputat.* 623. *num.* 6. *prope finem.*

CAPVT XV.

Num. 1. *vsque ad Num.* 7.

COnclvsio est quòd fideicommissarius potest agere vt sibi ab hærede grauato caueatur, ex adductis à Mier. 4. *part. de maioratu quæst.* 34. *num.* 9. Peregrin. *articulo* 40. *num.* 10. Cardin. Mantic. *tract. de coniect.*

ect. vltim. volunt. lib. 7. titul. 1. *num.* 14. Aluar. Valasc. *consultatione* 184. *numer.* 14. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 10. D. Francisc. de Leon *decis. Valent.* 35. *num.* 10. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 176. *per totum.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 515. *ex num.* 5. *& quæst.* 611. *&* 677. *num.* 5. & potest agere pro deteriorationibus, vt *infrà cap.* 27. *in principio.*

Ampliatur primò, vt si fideicommissario cautionem non præstet hæres, fideicommissarius in possessionem bonorum mitti debet. Idem Fusar. *num.* 3. & per auctor. *num.* 17.

Ampliatur secundò, vt grauato non cauente possit aduersùs eum in litem iurari, idem *numer.* 8.

Ampliatur tertiò, vt etiam eueniente conditione primus fideicommissarius requisitus teneatur cautionem præstare sequentibus, idem *num.* 5.

Ampliatur quartò, in legatarijs & fideicommissariis particularibus, grauatis alteri restituere, nam & isti tenentur cautionem præstare, idem *numer.* 5.

Ampliatur quintò, quòd hæc cautio peti possit, tam à primis fideicommissariis, quàm ab aliis vlterioris gradus, idem *numer.* 6.

Ampliatur sextò, siue grauatus dissipet bona, siue non, quia vtroque casu tenetur cauere, idem *numer.* 7.

Ampliatur septimò, etiamsi nulla suspicio extet contra grauatum, idem *num.* 8.

Limitatur primò, si testator remisit hanc satisdationem; idem *numer.* 9. *titul.* 10. *& suprà num.* 9.

Limitatur secundò, quia non tenetur cauere frater grauatus fratri suo, ex dispositione paterna, idem *num.* 11.

Limitatur tertiò quòd cautio de fideicommisso præstando non est præstanda à patre, vel à matre grauatis restituere filiis, idem *num.* 8.

Num. 7.

PRosequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 176. *ex num.* 12. vbi pluribus relatis auctoris distinctionem probat.

Num. 9.

INfrà *num.* 16. pro regula constituit auct. quòd maioratus possessor, quantumcumque sit idoneus, tenetur satisdare. Hæc verò limitantur in præsenti, videlicet si testator hanc satisdatiocem remisit, Fusar. *vbi suprà numer.* 9. ídque intelligi oportet, vt per auct. *infrà num.* 11.

Num. 10.

PRosequitur Ramon. *consil.* 1. *numer.* 59.

Num. 16.

HIs adde M. Anton. de Petr. *de fideicommiss. quæst.* 10. *numer.* 13. M. Ant. Peregrin. *eodem tract. articulo* 40. *numer.* 10. Ludouic. Morott. *consil.* 31. *num.* 18. Tiber. Decian. *consil.* 49. *num.* 63. *lib.* 2. Ioseph. Ludouic. *decisione Perusin.* 65. *numer.* 2. Fusar. *dict. quæstione* 515. *ex numer.* 1.

Num. 17. & 18.

ADde Fusar. *de quo suprà num.* 3.

Num. 19.

IDem Fusar. *num.* 15. & talem cautionem ab vnoquoque exigi conuenit, qualem præstare potest, Giurba *decis.* 6. *num.* 16.

Num.

Num. 32. & 33.

RECtè ab horum sententia recedit auct. pro quo videndus est D. Ioann. del Castill. *tract. de vsufruct. cap. 3. à n. 87. prope finem, cum sequentibus.* idem tenent Gutierr. *tract. de tutel. part. 2. cap. 1. num.* 38. vbi subdit, quòd licèt testator remiserit tutori confectionem inuentarij, nihilominus tutor descriptionem bonorum facere tenetur, & casu quo pater legitimus administrator bonorum filij, non tenetur conficere inuentarium, non excusatur descriptionem facere bonorũ, cùm sit res diuersa, de cuius practica testatur Mynsing. *obseruatione* 95. *num.* 3. dicens, quòd tali casu per Notarium, patre & filio pręsentibus simul cum amicorum pręsentia, bonorum descriptio facienda est, idem referentes resoluunt D. Ioan. del Castill. *dict. tract. de vsufruct. cap.* 3. *ex num.* 90. Stephan. Grarian. *tom. 5. discept. forens. cap.* 822. *num.* 14. vbi loquitur in hærede grauato, & *num.* 18. & 10. auctoris senrentiam probat, asseuerans diuersam esse bonorum descriptionem à confectione inuentarij; & qui teneantur inuentarium conficere, vide Mier. 1. *parte de maiorat. cap. 2. num. 19. in vltim. edit.*

Num. 34.

HOc non procedit in bonis, in quibus pater non habet vsũfrũctum, de illis namque inuentarium facere, ac rationes reddere tenetur, Ioan. Gutierr. *tract. de tutel. 3. part. cap. 1. numer.* 24. Escobar *tract. de ratiocin. cap. 3. num.* 23. addit. ad Ludouis. *decis.* 334. *lit. D.*

Num. 35.

IBi, *vtcumque autem res.* Auctor in præsenti fatetur quòd hæc cautio vtilissima est, asseuerans, quòd non potest petentibus denegari, quem sequitur Mier. *tract. de maiorat.* 4 *part. quæstione* 34. *per totam.* & in eadem sententia manet P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom.* 3. *disputatione* 619. & præter eos vide M. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. artic.* 40. *ex num.* 16. Aluar. Valasc. *consultatione* 184. *ex num.* 14. Barbos. *in leg. omnibus* 41. *ff. de iudicijs.* M. Anton. Petr. *tract. de fideicommiss. quæst.* 10. *ex num.* 13. Ioann. Zephal. *consil.* 381. *ex num.* 29. *lib.* 3. Franchis *decis. Neapolit.* 403. *lib.* 3. Alex. Ludouis. *decisione* 428. P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 9. *parte* 5. *ex num.* 30. *cum sequentibus.* D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controu. cap.* 176. *ex num.* 12.

CAPVT XVI.

Num. 1.

HIs adde Osasc. *decisione Pedemont.* 180. *num.* 8. Quid in possessore maioratus, vide Mier. qui hanc quæstionem exactè tractat *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 34. *per totam*, vbi *num.* 20. ponit stilum & practicam huius Regni, & *num.* 18. subdit, quòd rarò in Hispania possessores maioratus bonis priuantur, ob id quòd delapidant, vel deteriorant bona, quibus accedunt Monte Alegre *in praxi lib. 1. cap. 2. n.* 54. & vide Menoch. *consil.* 1220. *lib.* 13.

Num. 2.

PRosequitur alia adducens Vincent. Fusar. *de substit. q.* 519. *per totam.*

Num. 7.

IDem tenent Barbos. *in l. si constante, in princip. numer.* 41. *ff. solut. matrim.* P. Molin.

P Molin. *tract. de iust. & iur. disputatione* 228. *tract.* 2. vbi subdit, quòd patri dissipanti administratio auferenda est. Ioann. Gutierr. *tract. de tutel.* 1. *p arte, cap.* 3. *num.* 3. D. Ioann. del Castill. *tract. de vsufruct. cap.* 3. *num.* 99. vbi de communi testatur.

Num. 12. & 13.

AD remouendum parentem ab administratione sufficit negligentia & culpa, Ioann. Gutierr. *dict. tract. de tutel. cap.* 3. *num.* 4. vbi dicit communem, vide Peteir. *decisione Lusit.* 48. *num.* 15.

Num. 14.

IBi, *in personas potentiores.* Idem deduces ex Gutierr. *vbi suprà num.* 3. & 7. vbi refert, & sequitur auct. & Professoribus commendat.

Num. 15.

CVm Alex. & auct. aduersùs Bart. tener Gutierr. *vbi suprà num.* 6. *vers. vnde meritò*, vbi hanc sententiam rationabilem & iuridicam dicit, ac simul euidenti ratione constare probat.

Num. 16.

IN vtroque casu seruāda decisio textus. *in leg. Imperator*, hîc præcitata cum auct. probat Ioann. Gutierr. *vbi sup. num.* 5.

Num. 32.

VIde quæ diximus *supr. cap.* 12. *num.* 33. Aut bona sunt fideicommisso subiecta sine prohibitione alienationis expressa, & tūc si alienētur, non potest alienatio reuocari, & in his terminis loquitur textus *in d.* §. *sed quia maiestas.* Aut vltra prohibitionem tacitam fideicommissi, bona sunt expresè alienari prohibita, & tunc si alienentur, possunt à sequenti successore reuocari statim, non exspectata morte possessoris, quod repetit auct. *insr. cap.* 16. *n.* 432. & prosequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 63. *num.* 3. vbi 31. & 33. ampliat in pignoratione & hypotheca. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 554. *ex num.* 1. & licèt hoc restringat auct. vbi prohibitio alienationis apposita fuit in contractu, quo casu mors possessoris exspectanda est. Contrarium fatetur Mier. *d. quæstione* 9. *num.* 4. & 5. vbi si pater promisit per contractum onerosum facere meliorationem, vel maioratum in filio de aliquibus rebus, & postea alienat alia sua bona, quòd filius potest ea petere statim in vita patris, & subdit, hoc esse perpetuò notandum, & sic vidisse in grandi negotio dubitari de opinione auctoris; sed pro auct. vide Fusar. *vbi sup. in fine*, & de practica petendi rem fideicommissi alienatam, vide Mier. *vbi proximè*, & auct. *inf. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 3.

Ampliatur primò, vt is cuius fauore prohibita est alienatio, possit auctoritate propria, alienata apprehendere. Fus. *vbi sup. n.* 7. sed contrariū & æquius tenet Mier. pluribus relatis *ex num.* 25.

Ampliatur secundò, etsi alienans tēpore alienationis non habebat filios, quorum fauore fuit prohibita alienatio, quia si postea nascantur, reuocant alienata, idem *num.* 8.

Ampliatur tertiò, etsi emptor & venditor velit recedere à contractu, idem *num.* 10.

Ampliatur quartò, vt filius in potestate possit statim auocare alienata, neque patri debebitur vsusfructus, idem *num.* 11.

Ampliatur quintò, vt nec ignorantiâ alienantis, quæ adesset prohibitio excuset eum, idem *num.* 12.

L Amplia-

Ampliatur sextò, etsi quis fuisset vocatus tam in casu mortis, quàm alienationis, idem *num.* 12.

Limitatur primò hic casus, quando alienatio facta esset propter necessitatem causam habentem in personam hæredis grauati, idem *num.* 23. & per auctorem *infrà lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 8. *&* 9.

Limitatur secundò in alienatione bona fide facta per transactionem, idem Fusar. de quo *sup. num.* 14.

Limitatur tertiò quando alienans ipse qui de ciuitate ferebatur, velit reuocare alienata, idem *num.* 15.

Num. 33.

VErsicul. *communi.* Sequitur Mier. *tract. de maiorat.* 3. *part. quæst.* 9. *num.* 9. & sententiam auctoris tanquam iuridicam probamus ex traditis à Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo* 14. *numer.* 7. Sesse *decisione* 55. *numer.* 11. Fontan. *tract. de pactis nupt. clausul.* 4. *gloss.* 29. *numer.* 49. & vide quæ adduximus *suprà cap.* 12. *num.* 3. Caruall. *in tract. de vna & altera* 4. *part.* 4. *cap.* 3. *num.* 29.

CAPVT XVII.

Num. 5.

VBI, *quorum opinio.* Pro hac recepta sententia vide Vincent. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst.* 660. *numer.* 9.

Num. 10.

VErsic. *Decimoseptimo.* Adde Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 11.

Num. 11.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *lib.* 5. *quotidian. controu. cap.* 86. *n.* 48.

Num. 12. *vsque ad* 15.

IBi, *quod autem liberis primi gradus.* Ex Bald. & cæteris hanc partem negatiuam sustinent Peregrin. *tract. de fideic. articul.* 3. *num.* 107. vbi disputat, & ampliùs dicit, quòd in causis Paduæ agitatis, pro negatiua frequens iudiciorum vsus præualuit, & ita se vidisse iudicatum restatur Gasp. Anton. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 10. *per totam*, præcipuè *num.* 2. vbi concludit aduersùs auct. *infr. versic. contrarium verò*, dicens quòd opinio negatiua canonieata est in patria sua, & plures sic tenentes congerit, inter quos refert Zeuall. qui hanc quæstionem latiùs pertractat *lib.* 1. *communium quæst.* 30. *per totam.* prosequitur Marr. *consil.* 113. vbi in principio inquit, quòd pro negatiua fuit decisum in pluribus totius orbis tribunalibus. Et Riccius ab hac opinione non dissentit in additione ad Franch. *decisione* 11. vbi pro regula hoc constituit, & limitat in casibus *ibi* adductis Bertazol. *consil.* 79. dicens quòd ita iudicauit, & quòd eius sententia fuit confirmata per consilium iustitiæ, vbi restatur de consuetudine Ferrariæ, & plures adducit, dicens ampliùs, quòd filij primi gradus non amittunt Trebellianicam, etiamsi inuentarium non conficiant, vt per Philippum Pascal. *de viribus patriæ potestatis, part.* 2. *cap.* 4. quorum sententia hodie approbata est de iure regio ex *l.* 9. *titul.* 11. *part.* 6. vbi Gregor. *verbo todos los otros bienes.* Zeuall. *vbi sup.* nouissimè Stephan. Gratian. *tom.* 5. *disceptat. forens. cap.* 983. *num.* 12. vbi ampliùs dicit, quòd licèt filiis primi gradus detractio non potest prohiberi, tamen successoribus eius potest iniungi onus restituendi, absque Trebellianicæ detractatione; & Bald. hîc præcitatum, sequitur Marc. Anton. de Amat. *decisione Ferrar.* 4. *n.* 72. Fusar.

quæstione

quæstione 196.*num*.34.*&* 35.*&* *ad num*.13. Vide Menoch. *consil*. 1210. *numer*. 17. vbi pro hac opinione 43. Doctores refert.

Versic. Contrarium tamen. Pro hac sententia vide Castill. *cap*. 86. *numer*. 48. Franch. *decisione* 11. *num*. 11. vbi plures sic tenentes refert. & *num*. 19. *in fine*, dicit contra Bald. iudicatum. Iacob. Menoch. *consil*. 164. *num*. 26. *&* *consil*. 272. *&* 277. *lib*. 3. *&* *lib*. 4. *præsumpt*. 198. *numer*. 5. D. Francisc. Sarmiento *lib*. 2. *select*. *cap*.8.*num*.16. vbi *in fine* de practica testatur. Seraph. *decisione* 553. *num*. 8. *part*.1. Rota per Ludouis. *decisione* 421. *à num*. 9. vbi ait fuisse ita notatum, & quod magis est, sufficit quòd de mente illius ista prohibitio ex verbis generalibus côiiciatur, vbi additionator plures eiusdem Rotę decisiones cumulat, & in hac sententia permanet, quod ampliat, etiamsi strictè sit prohibita detractio, dummodo verba sint talia, quòd etiam de necessitate prohibitionem inducant, & hæc est verior & receptior sententia, & sic non obstante quacumque prohibitione, filius debet integram legitimam obtinere, & ista quæstio hodie, attenta legum Tauri ac fori decisione, superflua est, eo quòd vna tantùm quarta à filio vel descendēte detrahēda est, quę debet esse legitima iure naturę debita, nec duas quartas illi detrahere permittitur, vnam iure naturæ, alteram verò iure institutionis, provt iure regio & iure cômmuni imponi licebat. de quo vide Iul. Clar. *in* §. *testamentum*. *lib*.3. *recept*. *quæst*. 63.*numer*.2. Anton. Fab. *lib*. 6. *Codice*, *titul*. 25. *differentia* 4. vbi ait quòd de hac quæstione dubitare esset ridiculum, Cardinal. Tusc. *pract*. *lit*. *I*. *conclusione* 384.*ex num*.1.*&* *infr*.*numer*.4.*in fine*.

Num. 15. *vsque ad* 18.

CAstill. *tom*.5.*cap*.86.*numer*.48.*versic*. *secundam conclusionem*. Fusar. *quæst*. 241. *num*. 73. *versic*. *sed quicquid*. optimè Rota per Ludouis. *decisione* 421. *numer*. 12. vbi additionator *lit*. *E*. & vide *infr*. *num*.28.*versic*.*buòd si fideicommissum*.

Num.18.

CAstillo *vbi suprà*, *versicul*. *tertia deinde*.

Num. 19. *vsque ad* 22.

IDem Castill. *versic*. *quarta conclusio*. Peregrin. *tract*. *de fideicommiss*. *articul*. 51. *num*.22. Petr. Surd. *decisione* 144. *num*. 25. Cancer *variarum resolutio*. *part*. 1. *cap*. 2. *per totum*. Fontan. *tract*. *de pactis nupt*. *claus*. 4. *gloss*. 9. *num*. *fin*. Tib. Decianus *respon*. 41. *numer*. 19. *lib*. 1. Francisc. Molina *tract*. *de rit*. *nuptiar*. *lib*. 3. *quæstione* 22. *numero* 19.

Num.22.*vsque ad* 25.

CAstill. *vbi sup*. *versic*. *quinta verò conclusio*.

Num. 25. *vsque ad* 29.

PLura adducit D. Ioann. del Castill. *vbi suprà versicul*. *legitima conclusio*. videndus est idem Castill. *tom*. 5. *controu*. *cap*. 86. *numer*. 48. *versicul*. *prima conclusio*.

Num.26.

IDem *vbi suprà*, Caruall. *de vna & altera* 4. *part*. 2. *num*. 139. Menoch. *consil*. 800. *&* *de præsumpt*. 198. *num*. 36. *&* *consil*. 1210. *ex num*.3.

Num. 33.

DE hærede vide Gregor. *in l*. 10. *gloss*. *fin*. *titul*. 6. *part*. 6. Morquecho *lib*. 1. *de diuisione bonorum cap*. 1. *numer*. 10.

 11. *&*

11. & 12. in qua specie concludit, eos teneri in solidum, ob non confectum inuentarium, tam legatariis, quàm creditoribus, & *num.* 14. limitat, nisi legatarij, vel creditores, confiteantur non reliquisse testatorem nisi tantùm ea bona, quæ hæredes fatentur.

CAPVT XVIII.

A num. 1. *vsque ad* 8.



VIDE latè D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 145. & 147. *per totum.* Francisc. Molino *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex numer.* 140. Menoch. *consil.* 97. *num.* 117. & *consil.* 458. *num.* 34. & *consil.* 610. *num...* Annell. de Amat. *cap.* 84. *numer.* 47.

A num. 8. *vsque ad finem cap.*

ADde Castillo *cap* 147. *per totum.*

CAPVT XIX.

Num. 1. *vsque ad* 18.



QVòd possessor maioratus sit verus dominus, non vsufructuarius tantùm, certissimi iuris est, sic cum auctore recensent Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *practic. quæst.* 17. *numer.* 2. & *lib.* 3. *quæst.* 89. *numer.* 7. Barbos. *in l. diuortio, parte* 1. *numer.* 6. *ff. solut. matr.* & plura referens Giurba *decisione* 69. *ex num.* 37. *cum sequentibus,* adde Caruall. 2. *part. num.* 389. *versiculo ab hac tamen receptissima sententia.*

Num. 18. & 19.

HAnc partē veriorem dicit Mier. *tract. de maiorat.* 4. *parte, quæstione* 30. *ex numer.* 3. sequitur D. Ioann. del Castill. *lib.* 1. *de vsufruct. c.* 3. *num.* 49.

Num. 20.

IN hac rē duos casus distinguendos esse censemus. Primus est, quòd vsusfructus bonorum aduentitiorum non cessat post mortem illius, ex *l. vltima. C. ad Tertull.* & ex *l. vltima. Cod. commun. de success.* & ex *l.* 10. *Cod. de bonis quæ liber.* cum relatis à Don. Ioann. del Castill. *dict. lib.* 1. *de vsufruct. cap.* 3. *num.* 44. & latiùs *cap.* 63. *per totum.* Fontan. *tract. de pact. nupt. clausula* 4. *glossa* 7. *part.* 3. *num.* 12. vbi Senatus Cathaloniæ decisiones refert. Secundus casus est, quòd pater in bonis maioratus & fideicommisso subiectis, pòst nullum habet vsumfructum, ex Fontan. *vbi suprà num.* 66.

Num. 24.

AMpliatur etiam ad quemlibet possessorem habentem causam à donatario, vt per Gregor. *in l.* 5. & 7. *titulo* 17. *part.* 4. Mier. *de maiorat.* 1. *parte, quæstione* 26. *colum.* 2. Stephan. Gratian. *tom.* 5. *discept. forens. cap.* 993. *num.* 19.

Num. 25. 26. & 27.

IBi, *siue aliunde à filio.* His adde Anton. Gomez *in l.* 48. *Tauri*, *numer.* 7. vbi addit, & pro vtraque parte disputat, Spin. *de testam. glossa* 4. *n.* 6. vide Pascal. *tract. de patr. potest.* 1. *parte cap.* 2. *ex num.* 38. Valenz. Velazq. *consil.* 5. *numer.* 44. & 45.

Hoc limitatur in quæsitis ante clericatum, ex Caualc. *de vsufruct. num.* 180. Pasc. *vbi suprà cap.* 5. *num.* 6. 34. & 35. Stephan. Gratian. *tom.* 5. *discept. forens. cap.* 820. *num.* 13. Valenz. Velazq. *dicto consil.* 5. *numero* 27. vbi *ex num.* 28. de aduisitis à clerico primæ tonsuræ; & sufficit quòd sit in patria potestate

tẽpore adquisitionis, quamuis ex postfacto cesset patria potestas, quo casu non extinguitur vsusfructus, qui semel quæsitus fuit, vt notanter pluribus argumentis comprobat Gutierr. *in §. sui, ex num. 24. cum sequentibus*, Don. Ioann. del Castill. *dict. lib. 1. de vsufructu, cap. 3. num. 45.* Stephan. Gratian. *vbi suprà numer. 14.* & per auctorem *suprà numero 20.*

Num. 30. 31. & 32.

REgula affirmatiua iuris est, quòd mater potest filio relinquere, ita vt patri non quæratur vsusfructus, ex Azeued. *in l. 9. num. 29. in fine. titul. 1. lib. 5. recopulat.* Mier. *de maiorat. 2. parte quæstione 3. numer. 14.* Ioann. Gutierr. *in cap. quamuis pactum, glossa nullum ad bona, num. 18. de pact.* Velazq. *consultatione 108. numer. 34.* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 7. parte 2. num. 22. & 23.* D. Ioann. del Castill. *tract. de vsufruct. cap. 3. numer. 54.* Alex. Trentazinq. *lib. 1. resolutione 4. de priuilegiis.* Marra *vot. 67. numer. 14.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 32. num. 24.* Pascal *de patr. potest cap. 3. num. 38. parte 1.* Cardin. Tusc. *tom. 5. conclusione 124. num. 17.* idque procedit non solùm vbi expressè vsusfructus prohibitio facta est, verùm etiam vbi tacitè, si de coniecturis appareat, vt ex relatis constat, de quo vide Aluarad *tract. de coniectur. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. num. 106. & lib. 4. cap. 3. num. 6.*

Num. 33.

ADde Don. Ioann. del Castill. *dict. cap. 3. num. 58.*

Num. 38. & 39.

PRosequitur ipsemet auct. *infrà lib. 4. cap. 2. de interpretatione Iason in l. hæreditatum.* Videndus D. Mier. 3. *part. quæstione 9. numer. 77.*

Num. 41.

PRo hac sententia vide Ayora *tract. de partit. lib. 1. cap. 7. num. 26.* Ioann. Gutierr. *tom. 2. practic. quæst. 17. numer. 2.* Azeued. *in l. 2. titul. 2. num. 5. lib. 5. recopilat.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, tract. 2. disputatione 431. versiculo, circa hæc quæritur*; neque obstabit dicere cum auctore *suprà numer. 4.* quòd possessor maioratùs bonorum dominium habet, licèt verum quòd potius vsufructuario, quàm vero domino sit comparatus, & cum auctore & superioribus tenet P. Thom. Sanchez *lib. 6. de matrim. titul. de donat. inter, &c. disputatione 31. n. 1.* & de modo computationis arrharum idem sentit Ioann. Gutierr. *dict. quæstione 17. à numer. 8.* qui post longam disputationem cum auctore concludit, subdens talem computationem fieri debere, prout ex noua sanctione computantur census vitalitij; sed in contrarium vrget P. Molin. *dict. disputatione 431* vbi iniustum inquit, & irrationabile esse, æquale pretium constituere vitalitiis omnibus censibus, sed pro ætate & valetudine eius, in cuius vitam census constituitur, esse taxandum: at verò P. Thom. Sanchez *vbi suprà num. 2.* disputans cum Gutierr. resoluit *num. 4.* dicens *in fine* quòd Princeps arrharum quãtitatem, quæ voluntaria est, taxam posuit, & simili modo valori redituum maioratus ad vitam mariti petiuit pretium constituere, de quo vide Mier. *1. part. de maiorat. quæst. 9. ex n. 69.*

CAPVT XX.

MAteriam huius capitis nouissimè pertractat Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitut. quæstione 527.* vbi plura lucu-

 lenter

lenter inuenies & ad *num.*18.adde Hieron.Papon *consil.*14.*lib.*1.

CAPVT XXI.

Num. 1. & 2.

VIDE *num.* 15.& pluribus adductis Castill. *tom.* 5. *cap.*161. *numer.*15. *versic. conueniunt.* & auctore suppresso idem tenet Francisc. Sousa *in repetitione* §.*actionum. Institut.de actionibus, part.* 4. *num.* 36. vbi limitat cũGregorio,nisi successor cõsentit locationi in vita prædecessoris, vel sit talis fundus, qui non præstet fructum de quinquennio in quinquennium, & pluribus relatis refert Barbosa *in officio Pastoris,allegatione* 94. *numer.* 1. *cum sequentibus*,vbi limitat.

Ibi,*ad modicum tempus locare.* De communi fatentur omnes,provt resoluunt Mier. *tract. de maiorat.* 4. *part. quæst.* 25. Cald. Pereir. *de renouatione emphyteutici* 1.*part. quæst.* 16. *num.* 2. & iterum *de emphyt. extinct.*4.*parte,quæstione* 5. *ex num.* 32. Ioann. Gutiert.*lib.* 1. *canonic. quæst. quæstione* 36.*ex num.*8. Barbos. *in l.si filiusfamilias.§.si verò in quinquennium,num.* 4. *versicul. similiter* , & *successor maioratus. ff.solut. matrim.* Anton.Petr.*tract.de fideicommiss.quæst.*8. *numer.* 81. Lasart. *de decima venditionis,cap.*18. *numer.* 97. Zeuall. *commun.quæst.*636.*num.*19.*cum sequentibus*, & *quæst.* 199. *ex num.* 1. Vincent. Fusar. *de substit.quæst.*525.& his accedunt quòd mortuo possessore maioratus, non solùm locariones quas fecit, annullãtur, verùm etiam solutiones anticipatæ, quæ in prçiudiciũ successoris minimè tenent,ex Surd.*decisione* 326.*num.* 78.& 79. Antonin. de Amat.*variar,resolution.* 29. *num.* 5. vbi regulam constituit per plures casus,in quibus successor non tenetur stare colono.

Ibi, *idque in Prælato.* Sousa,vide *infr. num.*26.vbi in Prælato,&*num.*33.in simplici beneficiato, vel præbendario. Ampliatur primò , quòd si successor velit stare conttactui inuito conductote.Francisc. Sousa *in repetitione* §. *actionum. Instit. de actionibus,parte* 4. *num.*27.vbi *numer.* 31. notat,quando ad validitatem conrractus vtilitas Ecclesiæ & in personas auctoritas accesserit, quo casu efficitur realis , & obligatio in successorem transit, Decius *inf.num.* 27. Ampliatur etiam hæc recepta sententia vt locatio non teneat etiam pro illo anno, quo seminauit, quo casu fructus sunt diuidendi cum hæredibus Prælati defuncti.Mart. *decisione Pisana.dicto cap.*80. Bognino Caualc. *decis.* 44.*numer.*23. Secus in successore singulari, Osascus *decisione Pedemont.* 82. qui loquitur in colono partiario.Sed contrarium tenet Franch. *decisione*334. etiamsi colonus sit cum generali hypotheca, quo casu etiam à singulari successore præstita fideiussione soluendi interesse , potest expelli , Negusant. *tract. de pignor.* 2. *parte* 1.*membro.numer.*6. Burs. *consil.* 101. *num.* 2. Natta *consil.*426. *num.*3.*vol.*2. Addit.ad Ludouis.*decisione* 68. *numer.* 11. vbi hanc conclusionem probat contra habẽtem tantùm generalem hypothecam, secus in habente specialem,cum qua distinctione trãsit Petr.vt ibi per eum, de quo vide Socin.iun.*consil.*90.*columm.*3. *vol.*4. vbi adducit Butr. *in cap. final. ne Prælati vices suas*, & Barbosa *consil.* 36. 4. *dubio. volumin.*2.

Et quod de successore singulari dictum est,limitatur,vbicumque successor singularis subisset locationem, August.Buroy *consil.* 2. *numer.* 12. & 15. *lib.* 1. Bursat. *vbi suprà num.* 3. Rota Romana per Ludouis.*decisione* 90.*à numer.* 12.vbi subdit, quòd ex sola scientia locationis obligatur emptor ad eius obseruantiam.

Num.

Num. 4.

BArbos. *de officio Pastor. allegatione* 94. *numer.* 15.

Num. 6. *vsque ad* 14.

CAstill. *tom.* 5. *cap.* 161. *num.* 15. *versic. maioratus autem.*

Num. 8. & 9.

BArbos. *dicta Pastor. allegatione* 94. *num.* 11.

Num. 15. *vsque ad* 18.

HOc ipsum quamplurimi fatētur, quos refert Castill. *tom.* 5. *decis.* 65. *n.* 34. & 35. & vide *infrà lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. & *infrà num.* 23. Mascard. *de probat. conclusione* 1236. *num.* 107. Menoch. *consil.* 1031. *num.* 12. *lib.* 1. Pett. *de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 81. Peregrin. *eodem tract. articul.* 40. *num.* 106. *cum sequentibus*, & ratio est, quia locatio ad longum tempus dicitur quędam species alienationis, ex Petegrino *vbi suprà numer.* 94. Mantic. *de tenut. lib.* 3. *tit.* 45. *numer.* 11. Reduan. *de rebus Eccles. in princ. versic. vocabulum quoque, folio* 15. & *quæst.* 6. *n.* 6. Carroz. *de locat. parte* 2. *tit. de locatione sine tempore, quæstione* 1. Fusar. *de substitut. quæstione* 525. *ex num.* 1. vbi *num.* 27. ampliat, etiamsi dictum fuisset quòd tot sint locationes, quot sunt anni. Francisc. Sous. *in repetitione* §. *actionum. Instit. de act. part.* 4. *num.* 24.

Num. 25. & 26.

IBi, *in tertia* & *vltim.* His adde Hēric. Rosent. *de feud. cap.* 9. *conclusione* 7. *ex num.* 8. & communis resolutio est, quòd etsi possessor maioratus non possit vsumfructum, neque seruitutem in bonis maioratus constituere, vt *suprà cap.* 20. tamē fructuum commoditatem, & perceptionem pro tempore vitæ suæ cedere & vendere potest: sic cum auctore resoluunt Petr. *de fideicommiss. quæstione* 8. *num.* 103. *post principium.* M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic.* 40. *numer.* 117. facitque pro hac sententia *l. si vsusfructus* 67. *ff. de iure dot.* ibi, *perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat*, & est similis text. §. *rei vlli*, & *ibi* gloss. Angel. Aretin. Port. *Instit. de vsu & habitatione*, & nouissimè refert Fusar. *de substit. dict. quæst.* 525. *numer.* 6. & huic receptæ sententiæ maximum veritatis specimēn affert quod refert auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 13. scilicet quòd quamuis vsusfructus rei prohibitæ alienari, etiam durante vita possessoris, in fiscum transire non potest, poterit tamen commoditas, cùm ex his nulla sequatur alienatio.

Versic. Quid si fructus. Vide Rosent. de quo *suprà conclusione* 15. *num.* 7.

Num. 27.

FRancisc. Sousa *in repetitione* §. *actionum. Instiut. de actionibus, part.* 4. *numero* 31.

Num. 28.

VIde Mier. 1. *part. in præfatione num.* 81. Flores Diaz de Mena omnino videndus *in additione ad Gam. decisione* 156. Barbos. *allegatione* 95. *num.* 8. *versic. contrarium*, & *versi. vt certum, ibidem.* Barbos. *vbi sup. num.* 11. *versi. in secunda specie, allegāt.* 95. *num.* 15.

Adde relatos *suprà num.* 1. Mena *in additione ad Gam. decisione* 16. Melchior Phœbus *decisione* 6. *per totam decisionem.* Et quid quando res maioratus sterilis datur, vt redigatur ad culturam, vide

Gam.

Gam. *d. decisione* 16. Plura adducit Castill. *cap.* 161. *numer.* 15. *versicul. conueniunt.*

Num. 29.

VIde Caruall. 2. *part. num.* 324. & 325.

Num. 32.

CAruallo 2.*part.num.*311.

Num. 35.

Aut ignoranter electio, seu nominatio indigni facta est, tunc verò elector non priuatur facultate cæterùm nominandi, Menoch. *vbi suprà*, & latiùs Fontan. disputans hunc articulum, *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 10. *parte* 1. *ex n.* 41. vbi *num.* 53. quætit quid in electione plurium, quando ex dispositione electio de tribus personis habilibus fieri debet, & vnus solus eligatur inhabilis.

Num. 40.

Vide Mier. *de maiorat.* 1. *parte*, *quæstione* 19. *ex numer.* 3. Menochium *vbi proximè*. Fontan. *dict. clausul.* 4. *numero* 50.

Num. 41.

IN fideicommissis hanc sententiam probamus, Pett. Surd. *consil.* 264. *num.* 32. *lib.* 2. *& consil.* 369. *numer.* 14. *& per totum volum.* 3. Peralta *in l. vnum ex familia.* §. *sed si fundum. ff. de legat.* 2. *numer.* 19. Simon de Præt. *de interpretatione vltim. volunt. folio* 186. *num.* 9. *& folio* 329. *numer.* 74. Rota per Seraphin. *decisione* 1219. *num.* 2. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæstion.* 505. *&* 380. vbi *num.* 12. *cum seqq.* limitat. P. Molin. *d. disputat.* 593. *num.* 4.

Num. 41.

IN successione maioratus, auctoris sententia verissima est. P. Molin. de quo *suprà*, Gam. *decis.* 18. & *ibi* addit Pett. Surd. *consil.* 369. *numer.* 14. *lib.* 3. *& consil.* 375. *eodem lib.* Simon de Præt. *vbi proximè*, *num.* 74. Vincent. Fusar. *dict. quæstione* 505 *&* 380. *num.* 2. Amat. *resolutione* 1. *num.* 17. vbi præcedentem regulam, de qua *suprà num.* 41 limitat quando ex dispositione vnus duntaxat succedere debet, prout in Hispanorum primogeniis compertum est, vt per auct. *suprà lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 31. & in specie sic tenet Fontan. *d. claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 5. *num.* 11. vbi decisum.

Num. 43. & 44.

HIs adde D. Ioann. del Castil. *lib.* 4. *controu. cap.* 36. *numer.* 11. P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure, dict. disputatione* 593. *numer.* 7. Mier. 1. *part. quæst.* 48. *n.* 293. subdens quòd facultas eligendi durat, donec quis per litem contestatam ad eligendum interpellatus fuerit, & hæc auctoris distinctio, videlicet multum referre, an de rerum, an de electione personarum agatur, verissima est secundùm auctores præfatos; quare in legatis piis facultas eligendi expirat per lapsum anni, & hoc est communis & recepta sententia, prout resoluunt Couarr. *in cap.* 3. *de testam. num.* 7. Padill. *in l. cùm quidam, num.* 27. *ff. de legat.* 2. Gregor. Lopez *in l.* 25. *titul.* 9. *parte* 6. *gloss.* 2. & cum aliis Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. cap.* 43. *lib.* 2. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 36. *numer.* 16. cum aliis, quos citat

tom.

tom. 5. cap. 182. numer. 22.

Num. 45. & 46.

VIde D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controu. cap. 121. ex numer. 54.* Petr. Surd. *consil. 369. lib. 3.* Iacob. Menoch. *consil. 1107. ex numer. 14. lib. 12.* asseuerantes, quòd si facultas data est ex contractu eligendi vnum de familia, & hoc cum geminatione singularis numeri, duo eligi non possunt, & his adde adducta *suprà num. 42.*

Num. 47. vsque ad 50.

PRo Gregor. hîc præcitato videndus est Aluarad. *de coniecturat. ment. defuncti, lib. 2. cap. 2. num.* 20. sed auctoris sententia aduersùs Gregor. verior, & receptior est, eámque transtulit P. Molin. *tom. 3. de iust. & iure, disputatione 591. num. 1. vsque ad numer.* 8. idémque profitentur Azeued. *in l. 3. titul. 6. num. 17. lib. 5. recopilat.* Mier. *de maiorat. 1. parte, quæstione 7. numer. 3.* Burg. de Paz iun. *quæst. 2. num.* 12. vbi limitat, nisi patri sit concessa facultas faciendi maioratum in vnum ex filiis suis, quem voluerit, quo casu duos maioratus facere posse contendit, quem increpat, & ab eo discedit D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controuers. cap. 121. numer. 59. & 60.* vbi in comprobationem huius sententiæ plura alia adducit, & vide auctorem *infrà cap. 11. num. 48.*

Num. 50.

IN hanc sententiam propendunt P. Molin. *de iust. & iure, tract. 2. disputatione 591. numer.* 5. Ioann. Gutierr. *lib. 2. canonic. quæst. cap. 15. num.* 94. vbi subdit, ita in facti contingentia consuluisse Royas *tract. de testam. cap. 23. numer. 22.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 3. casu 203. num. 32. & lib. 6. præsumptione 40. numer. 1.* Acazius *de priuileg. lib. 2. cap. 5. à num. 58.* Hercul. Matesc. *lib. 2. variarum, cap. 182.* P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. lib. 8. disputatione 22. ex numer. 2.* idémque esse de iure Regni probant *l. 39. titul. 18. part. 3. l. 2. titul. 15. lib. 8. recopilat.* & *ibi* Azeued. *num. 14.* & in priuilegio vide Cardin. Tusc. *conclusione 552. num. 9. lit. P.* Gutier. *vbi suprà num. 92.*

Num. 51.

IN dispensatione vide Gutierr. *vbi suprà num.* 91. Sanchez ex *dict. numer.* 2. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitut. quæst. 408. num. 169.*

Hæc auctoris conclusio ampliatur,

Primò, etiam in dispensationibus ab inferioribus concessis. P. Thom. Sanch. *vbi supr. num. 7.*

Ampliatur secundò, etiamsi in posteriori est clausula, *motu proprio, & ex certa scientia*, quia adhuc subreptitia erit, non facta prioris mentione, idem *num. 8.*

Ampliatur tertiò, etiamsi in posteriori dispensatione dicatur, *non obstante priori*, nisi illius quoque mentio fiat, Mieres *in editione 1. part. 1. quæst. 7. num. 2.* P. Thom. Sanch. *de quo proximè num. 2.*

Limitatur primò, quòd non est necessaria mentio, quando non est aliqua contrarietas inter vtramque dispensationem. Sanchez *vbi suprà num. 3.*

Limitatur secundò, nisi posterior ex noua causa sufficienti peteretur, quia cũ tunc noua sufficiénsque causa cõcurrat, nulla fraus Principi fiat, tacita priori dispensatione. Sanchez *vbi suprà numer. 12.* idque probatur *infrà lib. 4. cap. 3. num. 42.*

Limitatur tertiò, quando prior dispensatio est irrita, vel prius priuilegium nullum, tũc enim non est necessaria illorũ mentio in posteriori, quia cùm nullius valoris sint, perinde videntur, ac si impetrata non essent Idem

num.

numer. 21. Monet. *tract. de commutatione, cap.* 6. *num.* 340.

Et eadem conclusio habet locum in rescriptis, rescripta namque non tenent, non facta de prioribus mētione. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 202. *numer.* 61. Gutierr. & Sanchez *de quibus suprà*. Monet. *dict. cap.* 6. *n.* 326. idémque reassumit auctor *suprà lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31.

Ampliatur primò, etiamsi rescriptum fuisset impetratum ab ipsomet impetrante, Menoch. & Monet. de quibus *suprà*, hic *numer.* 331. ille *num.* 64.

Ampliatur secundò, vt procedat etiam in causa appellationis, Menoch. *num.* 66 *&* 67. Monet. *num.* 333.

Ampliatur tertiò, in impetratione secundi rescripti, quod tendit ad augendam confirmandámque concessionem primam. Menoch. *numer.* 67. Monet. *dict. num.* 333.

Ampliatur quartò vt procedat, quoad notabiles clausulas rescripti primi, quas in impetratione secundi pars narrare debet. Menoch. *numer.* 69. Monet. *num.* 334.

Ampliatur quintò, etiam si vnum rescriptum sit ad vnum iudicem, & alterum ad alium. Monet. *num.* 332. Cæterùm prædicta regula limitatur, vt non procedat vbi primum rescriptum vnius impetrantis esset generale, nam alter impetrans secundum speciale, non tenetur prioris generalis mentionem facere. Monet. *dict. num.* 35.

Limitatur secundò, quando secundum fuit concessum motu proprio, Monet. *num.* 336.

Limitatur tertiò, vbi primum rescriptum ad lites fuit ab impetrāte vltra annū occultatum, tunc si aduersarius aliud impetrauerit, necesse non habet in eo narrare illud primum rescriptum sui aduersarij. Monet. *numero* 337.

Num. 52.

His omnibus adde Gutierr. & Sanchez, *de quibus suprà numer.* 50.

Num. 53.

Vide auctores præcitatos, & vltra eos *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 40.

Num. 54.

Sequitur Flores Diaz de Mena *pract. quæst.* 19. *numer.* 33.

Num. 55.

Nouissimè cum auctore resoluit D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 121. *numer.* 55. & idem tenet Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 41.

Num. 56. 57. & 58.

Consonat P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure, disputatione* 592. *num.* 12.

Num. 59. & 60.

Qvando eligens ad successionem maioratus non est vltimus possessor maioratus, sed alius tertius, tunc non potest eligere filium suum, qui sub ipsius potestate est; si verò hæc electio vltimo maioratus possessori commissa est, rectè quidem eligere potest ex auct. de quo in præsenti, & Molina Theologo *vbi suprà*, Aluarad. *de coniectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 31.

Et auctoris conclusio, de qua *hîc numer.* 60. limitari solet, quando mater meliorauit in vltima volunrate vnum ex filiis, quem pater elegerit, tunc namque eligere potest pater filium suum in potestate constitutum, prout est

est de mente præfatorum DD. *in dictis locis præallegat.*

Num. 61.

Adde P. Molin. *dict. disputatione* 592. *ex num.* 13.

Num. 62.

QVando ius eligendi competit nomine & iure alieno, communis ac vera resolutio est, quòd censetur electa industria personæ, & ideo tanquam personalissima ad successorem non transit: at verò quando venit iure proprio, & in consequentiam alicuius iuris præambuli, transit ad hæredes, ad quos ius illud transire debet, vt post auctorem, tenent iuris interpretes, pro Comitatu de Baylen *ex n.* 87. vbi *num.* 90. in hoc regio ac supremo Consilio decisum refert; & in singulari successore Alberic. per auctorem relatus: at in facultate declarandi datur per testatorem fideicommissario, & in facultate eligendi datur inter filios masculos, quæ eadem ratione inter filios repetita censetur, & in emphyteut. Vide Bald. *in l. si stipulatus fuero. hic prætermiss. lectur.* 1. Alberic. *ibi num.* 1. Paul. ante *num.* 1. Angel. & Alex. *num.* 1. idem Bald. *consil.* 93. *volum.* 1. Abb. *consil.* 80. *numer.* 4. *&* 5. *volum.* 2. Tob. Nonius *consil.* 14. *numer.* 16. Paul. Parisi. *consil.* 36. *numer.* 42. *volum.* 2. Tiraquel. *de vtroque retract.* §. 1. *gloss.* 3. *numer.* 33. Aufrer. *quæstione* 1. *numer.* 131. Cardinalis Mantic. *tract. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *titul.* 39. *num.* 49. Et in quæstione maioratus eandem distinctionem sequuti sunt P. Molin. *tom.* 3. *de iustitia & iure, disputatione* 592. *numer.* 15. *versic. ius eligendi.* Caued. *decisione* 143. *parte* 1. Gam. *decisione* 206. vbi Flores de Mena *num.* 9. Mier. 2. *parte de maiorat. quæstione* 6. *num.* 278. *in vltima editione*, subdens, quòd electio commissa per fundatorem maioratus transit ad successores, referens decisionem Gamæ. Fontan. *tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 9. *parte* 5 *numer.* 12. *fol.* 121. D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 36. *num.* 60. *&* 61. *&* *tom.* 5. *cap.* 87. *ex num.* 81.

Hæc communis sententia ampliatur primò in singulari successore, ad quem transit ius eligendi, translato iure cui adhæret, ex *l. si sic.* §. *fin. ff. de legat.* 1. *& in dict. l. si stipulatus fuero, lect.* 1. *&* 2. Alberic. *ibi numer.* 2. Paul. *numer.* 1. *in fin.* Iacob. Cuiac. *in recitationibus solemnibus ad dict. l. si sic*, & plures referens Caued. *dict. decisione* 143. *numer.* 3. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 9. *parte* 5. *num.* 12.

Ampliatur secundò in feudis. Marin. Freccia *de subfeudis lib.* 2. *quæst.* 44. *num.* 4 quatenus probat talem facultatem eligendi concessam feudatario esse feudalem.

Ampliatur tertiò in facultate declarandi data per testatorem commissario, quæ ad hæredes non transit, quia cùm sit ad commodum tertij, non transmittitur, secus si esset ad commodum illius, qui declarare debebat, nam tunc transmittitur; sic cum Gomezio resoluit Azeued. *in l.* 5. *titul.* 4. *lib.* 5. *recopil. num.* 18.

Ampliatur quartò in facultate eligendi data inter filios masculos, quæ eadem ratione inter filias repetita censetur, per substitutionem factam de filiabus. Menoch. *consil.* 215. *num.* 167. *cum pluribus sequentibus.*

Ampliatur quintò in emphyteusi, nam si alicui fundus in emphyteusim concedatur, pro se aliisque duobus quibuscumque ab eo nominandis, defuncto emphyteuta ius nominandi transit ad eius hæredem, ex iure sibi transmisso, sequitur alios referens Petr. Surd. *consil.* 384. *numer.* 54. *lib.* 3. & Burg. de Paz *in leg.* 1. *Tauri*, *ex numer.* 428.

Q *Num.*

Num. 63.

IBi, *incessibilem esse.* Ratio est, quia declaratio animi requirit personalitatem, quæ in arbitrium alterius committi non potest. Bald. *in l. nulli, numer.* 4. *C. de Episcop. & cleric.* Alex. *in l.1.numer.6.ff. de leg.* 2. Bartol.*in l.in venditione.§. fin. ff. de bonis auct. iudic. possid.* Geminian.*in cap.fin. §. sanè, num.* 11. *de testam. in* 6. Cardinal. *consil.* 49. *num.* 5. Petr.Surd. *consil.*433.*num.*16.*&* 17. *lib.*3. Zifuent. *in l.* 31. *Tauri, numer.* 5. Gom. Arias *numer.* 6. Anton. Gom.*numer.vlt.* Tell. Fernand. *numer.* 4. Castill. *in l.*38. *num.*9.*&* 16.Palac.Rub.*num.*5.Matienz. *in l.*5.*titul.*5. *lib.* 5. *gloss.* 7. *num.* 3. *recopilat.* Carol. Ruin.*in l.more.numer.* 17. *de iurisdict. omn. iudic.* Iacob. Menoch. *lib.* 2. *præsumptione* 21. *num.* 15. qui omnes in executoribus ac commissariis testamentorum hanc sententiam tenent.

Hoc limitatur in facultate concessa ad faciendum maioratum, quæ potest alteri cedi. Mier. 1. *part. quæstione* 48.*ex num.* 1. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.*36.*num.*1.

CAPVT V.

Num. 1. *&* 2.



HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 67. *ex numer.*3.

Num. 3.

VIde Mier. *de maiorat.* 1.*parte, quæstion.* 48.*num.*11. Alex. Raudens. *decisione Pisan.* 38. *num.* 341. P. Molin. *de iust. & iure, disputatione* 594.*ex num.*1.*&* 2.*vt infr. num.*23. Castill. *vbi suprà.*

Num. 4. *&* 5.

SVper hac re contrarias DD. sententias comperimus. Prima est, quòd filia exclusis masculis eligi non potest, vt aduersùs auct. defendunt Aluarad. *de coniecturat. ment. defunct. cap.*3.§.4. *numer.*48. & pluribus adductis D. Ioan. del Castill. *lib.* 2.*controu. cap.* 26. *numer.* 36. *&* 56. Secunda verò sententia est, quòd ille, cui à maioratus institutore libera eligendi facultas commissa est, vt inter filios & filias, quem vellet, ad maioratus successionem eligat, poterit exclusis filiis masculis, etiam natu maioribus, filiam eligere, prout subdit constanter auctor *hîc*, quem referunt, & sequuntur P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure, disputatione* 594.*num.*2. subiûgens id electori licere, etiamsi primogenitus masculus dignior & aptior sit, Mier. 1.*parte, de maiorat. quæstion.* 72. *numer.*6. Alex. Raudens. *decisione Pisan.*38.*numer.* 342. Paz *tract. de tenut. cap.* 34. *numer.* 113. *&* 114. vbi sic concludit Zeuall. *quæst.* 265 *num.*6. Ioann. Gutierr. *lib.*2.*quæst.*67. *numer.* 3. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.*160.*ex num.*12. Et pro eadem sententia expendi possunt adducta per auct. *infrà cap.* 11.*ex numer.*35. & adde Valent. *consil.* 40. *numer.* 42. *cum seq.* Et hæc est communior & receptior sententia, quæ ex libera eligendi facultate, tam apud auctor. nostrum, quàm apud præfatos Doctores fundamentum capit, neque ab ea dissentire videtur Don. Ioan. del Castill. *cap.* 26. quia in illo casu occurrenti aderant circunstantiæ & coniecturæ nonnullæ, quæ pro masculo non mediocriter adstringebant, vt notum erit intuenti rectè, & declarat ipsemet auctor nouissimè *dict. num.* 12. de quo proximè. Quorum sententia retenta, ampliatur primò, vt locum habeat in facultate regia, si ita concedatur, vt maioratus institutor possit illum

illum in persona filij, vel filiæ, prout sibi libuerit, instituere, vt per auct. *infr. num. 6.*

Ampliatur secundò, ad eas personas, quæ ex mandato testantis primogenia inter filios eiusdem instituunt ex legum Tauri constitutione, ex auct. in calce operis sui *num. 9.*

Ampliatur tertiò in emphyteusi concessa cum facultate nominandi filium, vel filiam. Gam. & alij à Castillo citati.

Ampliatur quartò, vt elector, cui libera eligendi facultas data est, possit eligere etiam remotiorem dummodo electus talis electionis incapax non sit, vt cum auctore recenset Mier. 1. *parte, de maiorat. quæstion.* 71. Ioann. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst.* 69. *num.* 3. Zeuall. *commun. quæstione* 265. *numer.* 6. & ratio est, quia incapaces nunquam censentur vocati, & semper præsumitur quòd testatur se conformabit cum dispositione iuris communis. Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæstione* 317. *ex numero* 19.

Nec personæ extraneæ de familia. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 87. *num.* 34. hoc enim esset contra maioratus naturam, & præsumptam ipsiusmet institutoris voluntatem, Paul. *consil.* 335. *numer.* 2. *volum.* 4. Socin. *consil.* 160. *à num.* 48. *lib.* 2. *&* *consil.* 251. *numer.* 1. *ad fin. versic. ex quibus vltimò. lib.* 2. Paris. *consil.* 44. *num.* 20. *&* 21. *volum.* 3. Menoch. *consil.* 498. *numer.* 19 *lib.* 5. *&* *consil.* 105. *numer.* 43. *cum seqq.* *&* *consil.* 1006. *numer.* 35. *versiculo quæ ad tertium. &* *num.* 36. vbi in causa Comitatus de Oliua tenuit quòd præcedente vocatione familiæ, vel agnationis, si concedatur testandi facultas, restringitur ad eos, qui sunt de familia; & eodem *infrà* in simili facultate disponendi alios adducens vtitur Boër. *decisione* 201. *numer.* 2. *versic. & sic per hanc disponendi licentiam*, & in pulchra specie Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 25. *num.* 23. *&* 24. vbi proponit quæstionem *in numer.* 20. & aliam similem *num.* 28. *versiculo hanc opinionem.* Pechius *de testamentis coniugalib. lib.* 1. *cap.* 13.

Et præfatam ampliationem protende, vt etiam hoc casu elector non possit inimicum capitalem maioratus institutoris eligere, vt *infrà numero* 10.

Cæterùm superior conclusio limitatur primò in foro conscientiæ, ex auct. *infrà num.* 59.

Limitatur secundò, si de voluntate fundatores maioratus contrarium appareat. Paz *vbi suprà, dict. numer.* 114. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 26. *num.* 56. *versic. respondetur etiam.*

Limitatur tertiò, vt per auct. *infrà num.* 15.

Num. 6.

PRo Gregorio *hîc* præcitato, vide Mier. 1. *part. quæstione* 16. saltim *num.* 4. Sed auctoris sententia verior, & receptior est, prout in priori casu, de quo *suprà numer.* 4. adduximus, neque inter vtrumque aliquod discrimen inueniri potest, extante libera facultate eligendi, & ipsemet Gregor. sibi contrarius id profitetur *in l.* 32. *titul.* 9. *part.* 6. *gloss.* 3. *verbo sed, pone, quæst.* 15. & pro hac parte vide P. Molin. *dict. disputatione* 594. *num.* 3. Raudens. *dict. decisione* 38. *numer.* 342. vbi limitat cum auctore, quàdo Regia facultas conceditur iuxta maioratus, seu feudi naturam, Paz *dict. numer.* 114. & iterum *cap.* 59. *numer.* 14 D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 160. *num.* 14. *&* 15.

Num. 7, 8. *&* 9.

HIsadde P. Molin. de quo proximè, *num.* 3. *vsq. ad num.* 5. Raudens. *dict. decis.* 38. *num.* 344. Fusar. *de subst. quæst.* 317. *num.* 9.

Num. 10.

VIde P. Molin. *vbi suprà*, Cald. Pereyr. *de potest. eligend. cap.* 1. *ex numero* 35.

Et auctoris sententia ampliatur primò, etiam in descendentibus ab odiosis, & inimicis testatoris, vel fundatoris maioratus, ex Fusar. *de fideicom. substit. quæst.* 317. *num.* 2.

Ampliatur secundò, etiamsi ista inimicitia ex defectu fundatoris maioratus proueniat, vt per Fusar. *de subst. dict. quæst. num.* 15.

Num. 11. *vsque ad* 14.

ADde P. Molin. *dict. disputatione* 594. *ex numer.* 3. *vsque ad numer.* 5. Raudens. *decisione* 37. *ex numer.* 190. Cald. *de potest. eligend. cap.* 1. *ex num.* 31.

Num. 14.

VIde auct. *suprà numer.* 4. reliqua verò prosequemur loculenter *infr.*

Num. 15. *vsque ad* 20.

IDem recensent P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 5. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 3. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæst.* 504. *num.* 2. quo casu elector pro ea vice priuatur potestate eligendi, iuxta tradita per auctor. *suprà cap.* 4. *num.* 39. & *ibi* notata, & refert in Rota decisum Achil. de Grass. *decisione* 298. *numer.* 5. & 6.

Num. 20 *vsque ad* 22.

HOc ipsum consentaneè resoluunt Vincent. Fusar. *dict. quæstione* 504. P. Molin. *dict. disputatione* 594. *à num.* 5.

Num. 22. *vsque ad* 25.

PRo auctore aduersùs Gregor. hîc præcitatum, vide P. Molin. *de quo proximè*, vbi subdit ampliùs, quòd etsi sustineatur electio huiusmodi, erit tamẽ iniqua, & elector lethaliter peccauerit, tum ex illo prauo animo, cùm etiam indignus præferatur digno.

Quare hæc conclusio limitatur, vt non habeat locum in foro poli, ex auctor. *suprà ex numer.* 69. *ex ibi* adductis.

Num. 25. & 26.

MAtrimonium in articulo mortis contractum validum est, & filij antea procreati legitimi censentur, & substitutum excludunt. Hæc est auctoris conclusio, & communis omnium sententia, quos referunt nouissimè D. Ioann. del Castil. *tom.* 5. *controu. cap.* 111. *ex numer.* 32. vbi *ex numer.* 30. contrarias opiniones refert Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæstion.* 409. *ex num.* 80. vbi *num.* 88. de communi ac veriori testatur.

Hæc recepta sententia ampliatur primò, etiamsi matrimonium cum muliere vili contraharur. Fusar. *vbi supr. num.* 95.

Ampliatur secundò etiam in nato ex Monacho & Moniali intra annum probationis, idem *num.* 104.

Ampliatur tertiò, etiamsi aliquod impedimentum canonicum tempore matrimonij obstaret, dummodo contrahentes, vel alter eorum id ignorassent, Fusar. *de quo proximè, numer.* 109. & 110. vbi contrarias opiniones refert.

Limitatur primò, vt per auct. *infrà num.* 27. & in calce sui operis *num.* 8.

Limitatur secundò in spuriis, quia non legitimantur per subsequens matrimonium. Idem *num.* 123.

Limi-

Limitatur tertiò, quando clandestinè matrimonium fuit contractum, Fusar. *vbi suprà, numer. 98. & 99.* vbi declarat.

Num. 27.

CONsonant Peregrin. *tract. de fideicommiss. articul. 24. num. 59.* Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus, lib. 2. cap. 16. numer. 62.* M. Anton. Petr. *de potest. Principis, cap. 32. numer. 61.* Polydor. Rip. *de actis in articulo mortis, cap. 2. numer. 4.* Corbul. *tract. de iure emphyt. in additione magna ad titulum, an legitima admittat. numer. 9.* & relati à P. Thom. Sanchez *lib. 7. parte 2. disputatione 105.* Fusar. *de substitutione, quæstione 409. numer. 90.* Perez de Lara *de vita homin. cap. 30. numer. 211.* & vltra relatos vide iterum auct. in notis huius operis *num. 8.*

Dissentiunt Bald. *in rub. C. de priuileg. dot. numer. 2.* Menchac. *frequent. cap. 3. numer. 41.* Couarr. *in Epitom. part. 2. cap. 8. §. 2. numer. 10.* Sarmient. *lib. 1 solut. cap. 6. ex numer. 8.* Spin. *in specul. testam. gloss. 15. principali, numer. 86.* Rochus de Viegas *in repetitione capit. tanta, qui filij sint legitimi, numer. 52.* vbi plura adducit, Ioann. Garç. *tract. de nobilitate, gloss. 21. numer. 59.* P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 1. disputatione 172. column. penult.* P. Thom. Sanchez *dict. disputatione 105. ex numer. 10.* Ludouic. de Casan. *consil. 21. ex numer. 6.* & plures alij, quos refert D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 111. ex num. 32.*

Cæterùm, ni fallimur, horum sententia nobis tutior videtur, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum, tum ex regula text. *in cap. tanta, qui filij sint legitimi*, tum etiam ex æquitate, ac consona ratione iuris, quæ non patitur matrimonium extare, valere, ac quidem subsistere, filiósque antea procreatos legitimos simul ac insuccessibiles esse. nam aut matrimonium in articulo mortis contractum deficit in substantialibus, & tunc filij tanquam illegitimi substitutum non excludunt, ex auct. *infrà lib. 1. cap. 4. numer. 48. & lib. 3. cap. 3. num. 45.* aut validum est, tunc verò ex communiori sententia etiam ad exclusionem substituti legitimi censentur, vt *suprà numer. 25.* ergo si efficiuntur legitimi, qua de causa excluduntur, si capaces; quare non admittuntur, vtpote vocati & proximiores? deinde, si dolus in contrahendo non reddit nullum matrimonium, quomodo illius matrimonij effectus impedire potest: aliàs nulla erit dabilis differentia inter filios per subsequens matrimonium legitimatos, & inter eos, qui nullo modo legitimi efficiuntur, cùm illi statim quo legitimantur, ex dispositione maioratus admissi censentur; hi verò, prout dictum est, semper remanent exclusi, neque oppositum facit *l. filiæ meæ. ff. solut. matrim.* quæ pro aduersa parte vulgò adduci solet. nam ibi agebatur de ficto repudio, quod à legibus improbatum est, *l. dubium 3. C. de repud.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 424. numer. 78. versiculo, placet.* At verò matrimonium in articulo mortis contractum, etsi per fraudem & dolum, vt quis substitutum excluderet, nullo iure improbatur, validúmque est, ac tenet, filiósque antea procreatos, aut non faciet legitimos, aut successores faciet. Et simili ratione non obstat *cap. 2. de renuntiatione lib. 6.* vbi si adest coniectura fraudis, non valet renunciatio beneficij in articulo mortis facta, quia ibi nullum quæritur ius, cùm renunciatio non teneat, tamquam fraudulenta; sed in præsenti matrimonium valet, & legitimat prolem susceptam, quamuis ad exclusionem substituti fiat fraudulenter ac dolosè, multum enim interest an valeat actus, licèt in cõsequentiam tertio præiudi-

cium afferat, an deficiat, quia priori casu non expectatur quod secundariò contingi poterat, quia grauatus vtitur iure suo, etiam praua illa intentione ad exclusionē substituti: qui autē iure suo vtitur, non est censendus dolosus, neque iniuriā vllam alicui in eo facit, prout aduersùs auct. constanter defendit P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 6. Hæc pro hac postrema parte non parum adstringunt, nisi tanti ponderis auct. in contrarium suaderet, pręcipuè cùm in notis huius operis contrariam (vbi in aliquibus dissentit) sententiam firmet.

Num. 28. & 29.

Regula est, quòd monasterium excludit substitutum. Vincent. Fusar. *de substitutione, quæstione* 424. *ex num.* 1. vbi limitando, & ampliando, plures casus adducit, etiamsi grauatus ingressus sit monasterium in mortis articulo, vt in præsenti, & per Fusar. *vbi suprà, num.* 78. videndus *ex num.* 76.

Hæc communis sententia limitatur *hic*, quando grauatus religionem ingressus est, vt substitutum excluderet, veluti si dixisset, quòd in eius odiū ingredietur monasterium, Fusar. *de quo proximè, ex numer.* 75. vbi plures de communi testantes refert, sequitur Canzer *tom.* 2. *variarum, cap.* 11. *num.* 231.

Contrarium resoluit P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 6. de qua controuersia vide *suprà numer.* 27. vbi ostensum est.

Num. 30. *vsque ad* 44.

Non video, qua ratione probabili id securè affirmari possit, etiam in vtriusque electione, digni scilicet, & indigni, cùm talis electio non egreditur facultatem eligendi, à maioratus institutore electori concessam; sic sanè dissentiunt P. Molin. *dict. disputation* 594. *numer.* 7. Iacob. Canzer *lib.* 3. *variarum, cap.* 8. *numer.* 383. & 387.

Num. 44. & 45.

Plura adducit Farinac. *de falsitate quæstione* 153. *num.* 209. vnde subtractio, vel occultatio instrumenti pręsumitur ab eo facta, in cuius commodum cedit. Boss. *de indiciis, num.* 63. & post alios idem Farinac. *dict. num.* 209. & idem *tract. de furt. quæstion.* 76. *numer.* 89. & *decisione* 122. *part.* 1. *lit. A.* in decisionibus criminalibus.

Num. 46. *vsque ad* 50.

Cvm proposuisset auctor *suprà* quandam distinctionem, & in prima specie, quæ incipit, ex *numer.* 1. dixisset, quòd quando electio in voluntatem alicuius commissa est, hic non tenetur præcisè dignum eligere: sed potest etiam eligere eum, qui in dignitate facti indignus est; nunc verò in hac secunda specie tenet, quòd quando electio non in libera electoris voluntate, sed in eius arbitrio commissa est, non potest eligere indignum, & consentaneè id ipsum sequitur P. Molin. *vbi suprà disputatione* 595. *num.* 2. subdens, quòd tunc electio retractatur, & maioratus digno confertur; idem recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 8. Denique mox subiungit auctor, valere tamen electionem, si elector misso digniori dignum eligat; quam sententiam in hac specie procul dubio veram esse existimamus, ex ratione de qua *infrà numer.* 55. vt ponderat P. Molin. de quo *suprà*, reiecta Panormitani, & Decij opinione, prout in præsenti *numer.* 48. ab auctore taxatur, & limitatur *num.* 50.

Num.

Num. 50. usque ad 57.

SVperior conclusio limitatur *hic, & suprà numer. 56. & 66 & numer. 69. versicul. si verò*, vbi protendirur, tam in electione bonorum, quibus administratio concessa est, quàm aliorũ bonorum patrimonialium; *& num. 71.* vbi idem concludit auct. & comprobant Alex. Raudens. *decisione Pisan. 37. numer. 291.* Vincent. Fusar. *de substit. quæstione 504. numer. 3.* Hieron. Zeuall. *commun. quæstione 659. num. 2.* P. Molin. *vbi suprà num. 7.* & refert decisum addit. ad Ludouis. *decisione 11.* in qua specie non anxiè ac strictè procedendum est, sed solùm excessus notabilis meritorum, nõ autem minimus considerandus erit, ex auctor. *infrà numer. 74.* & in simili *cap. 13. num. 34.*

Num. 57. usque ad 59.

ETiam in conferẽdo officia secularia, hæc fenrentia probabilior est. nam licèt eligens dignum omisso digniori, lethaliter peccet, prout ostensum est *numer. præcedenti*; ramen ad restitutionem non tenetur, exratione de qua in præsenti, vt idem fatentur Zeuall. *commun. quæstione 659. ex num. 2.* Less *de iust. & iure, lib. 2. cap. 32. dubitatione 3. titul. de acceptione personarum. & lib. 2. cap. 34. titul. de beneficiis*; vide P. Manuel Rodriq. *in summa quæstione 106. conclusione 8.* Gutiett. qui plura adducit de electione digni, *lib. 2. canonic. quæstione 11.* quæ sententia in iudicando & consulendo tenenda est, & repetitur *infrà num. 92.*

Primò hæc sententia limitatur in electione canoniarum magistralium, doctoralium, & beneficiorum, vbi collatio digniori per edictum promittitur, ex auctore *infrà versiculo, Hæc autem*, & in id conueniunt P. Molin. *vbi suprà num. fin.* Nicol Garç. *de benefic. 7. parte, cap. 16. ex numer. 26.* vbi contrarias opiniones refert, & *num. 30.* sic concludit; & quòd in hoc casu electio sit nulla, tenet addit. ad Ludouis. *decisione 11. versiculo secundo quod in curatis.* Mariscot. *lib. 11. variarum cap. 52. ex numer. 19.* subdens quòd in concursu ad beneficia curata, dignior eligi debet, licèt secus in beneficiis simplicibus, addit. ad Ludouis. & Garç. de quibus proximè, illa *versiculo, tertiò quod in aliis*, hic verò *num. 42.* videndus *ex numer. 31.* quæ omnia ad bonorum patrimonialium distributionem extendi non possunt, si à vero domino fiat, ex auct. *infrà num. 60. & 71.*

Limitatur secundò, quando electio de indigno facta est, vt *hic numer. 58. & infrà num. 72.* vbi prorrahitur hæc sententia ad electionem in maioratu, cui annexa iurisdictio est, in qua specie necessariò elector tenetur eligere digniorem, ex traditis *numer. 69. versic. in secundo autem*, & his adde auctores præcitaros *num. 50. & 57.*

Et superiori sententia, si indistinctè vera est, saltim electores renentur ob violatam iustitiam distributiuam, propensiorem curam habere illius dignioris prætermissi, vt commendat auct. *num. 58. versiculo, sed quamuis*, & recenset Alex. Raudens. *decisione Pisan. 38. numer. 342.*

Num. 59. usque ad 72.

FVsiùs vsque ad *numer. 72.* disputat auctor, an pater Regiæ facultatis virtute, vel legum Regiarum decisione teneatur in foro conscientiæ, si primogenium instituat, filium digniorem eligere; & licèt pro parte affirmatiua constringere videatur decisio textus *in l. fœminæ. C. de secund. nupt.* tandem ex *num. 60. usque ad numer. 63.* de iuris rigore videtur contrarium senrire, quamuis *num. 64.* priorem sententiam

moribus

moribus conſentaneam eſſe agnoſcit, & pōdus totius reſolutionis in eo reſidet, ſcilicet quòd pater bonorum ſuorum eſt moderator & arbiter, de quibus liberè diſponere poteſt; mater verò, prout *in dict. l. fœminæ* compertum eſt, tantùm de bonis mariti, in quibus liberum dominium non habet, ſed tenetur ea liberis prioris matrimonij intacta ſeruare. *l. 26. titul. 13. parte 5. l. 4. titul. 1. lib. 5. recopil.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. pract. quæſt. 18. num. 6.* Ayora *de part. 1. parte cap. 7. numer. 21.* qui reſeruata liberis proprietate vxori tantùm vſumfructũ concedit. Ioann. Garç. *tract. de coniugal. quæſtu. numer. 4.* P. Thom. Sanchez *lib. 6. de matrimonio, diſputatione 41.* de quo videndus eſt P. Molin. *dict. diſputatione 595. numer. 5. & 6.* vbi alia adducit. Poſtremò ex *num. 67.* ſuper eadem re auct. congruentiùs diſtinguit, & de prima ſpecie diſtinctionis P. Molin. *vbi proximè numer. 4.* Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſtione 504. numer. 4.* qui cum auctore *numer. 69. verſiculo, in ſecundo autem caſu*, conſonat. Et eſt circa hactenus dicta obſeruandum, quòd hæc omnia pariter, tam in officiis, quàm in beneficiis procedunt, ex auctor. *numer. 76. & 69. verſiculo, in ſecundo.* nàm officia, vbi non militat diuerſa ratio, proculdubio beneficiis æquiparantur. Philipp. Decius *in l. fin. in fin. C. de pact.* Flamin. Pariſ. *de reſignatione beneficiorum, lib. 12. quæſt. 1. numer. 36.* Franciſc. Marc. *deciſione 906. num. 12. parte 2. titul. 625. num. 5. & 6. part. 1.*

Pro ſecunda ſpecie huius diſtinctionis, vide P. Molin. de quo proximè *numer. 4. 5. & 6.* vbi quoad meliorationem tertij in contraria ſententia eſt, ductus eo quòd huius portionis libera diſpoſitio parentibus inter ſuos deſcendentes, tam Regia facultate, quàm legibus Regni conceſſa eſt, ex auct. *ſuprà num. 61.* ita liberè vt nepotibus & pronepotibus, etiam exiſtentibus filiis, relinqui poteſt, quam ſententiam nos quoque veram eſſe profitemur, aſſeuerantes, in foro conſcientiæ, & fortiùs in foro exteriori parentibus licere, tam in 3. quàm in 5. filium indignum inſtituere ac meliorare, & in ſpecie ſic tenet Angul. *tractat. de meliorat. in l. 2. gloſſ. 4. numer. 7. & 8.* & ad rem facit quod auctor adducit *ſuprà num. 60.*

Num. 72.

HIs adde D. Ioann. del Caſtill. *tom. 5. controu. cap. 91. num. 67.* & vide *ſuprà num. 57.*

Num. 73.

SEquitur P. Molin. de quo proximè *num. 3.* & ante eum idem fatetur Gutierr. *lib. 2. canonic. quæſtione 11. numer. 65. in fin.*

Num. 74.

FAciunt ad rem tradita per auct. *infrà cap. 13. num. 54.*

Num. 75. vſque ad fin.

VIde P. Molin. *dict. diſputatione 595. num. fin.*

CAPVT VI.

Num. 1. vſque ad 9.

ADDE Mier. *4. parte de maiorat. quæſtione 20. numer. 363.* Velazq. de Auend. *in l. 41. Tauri, gloſſ. 1. num. 7.* Paz *de tenuta, quæſtione 58. parte 2. ex num. 12.* M. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 51. numer. 36.* Cardinal. Mantic. *lib. 6. de coniectur. titul. 9. num. 8.* & latiùs D. Ioann. del Caſtill. *tom. 5.*

controu.

controu. cap. 93 §. 10. *ex num.* 1. *vsque ad fin.* Zalaz. *tract. de vsu, & consuetudine, cap.* 7. *numer.* 3.

Num. 9. vsque ad 15.

VIde auct. *infrà numer.* 56. in cuius sententiam propendimus cum Velazq. *in dict. l.* 41. *gl. ff.* 8. *numer.* 1. Matienz *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopilat. gl. ff.* 6. *per totam*; & quod de viribus huius consuetudinis auctor congessit, compertũ est omnibus, vt per Hieron. Papo. *consil.* 20. *n.* 30. & ex tali cõsuetudine oritur præscriptio iuris & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, Anton. de Butr. *in cap. peruenit, num.* 7. *de censibus.* Felin. *in cap. cum nobis, num.* 7. *de præscript.* Vincent. Honded. *consil.* 79. *ex num.* 11 *lib.* 1. Iacob. Menoch. *consil.* 70. *num.* 96. *cum sequentibus.* Hippolyt. Riminald. *consil.* 368. *ex numer.* 29. *lib.* 4. Bertaz. *consil. ciuil.* 76. *numer.* 28. Francisc. Bec. *consil.* 180. *ex num.* 26. *lib.* 4. Syluest. Aldobr. *consil.* 10. *numer.* 17. & his non relaris Barbos. *de præsumptione iuramenti, num.* 360. tandem probata hac consuetudine immemoriali probatur melior titulus de mundo, vt præter alios latiùs comprobat Hieron. Gonz. *in rubr. octaua Cancell. gloss.* 18. *n.* 45. vbi ex Rota pluries decisum testatur.

Num. 15.

SVper hac re contrarias Doctorum sententias inuenimus. Prima est eorum, qui contendunt, in hac consuetudine immemoriali scientiam & patientiam desiderari, vt per Caualc. *decisione* 4. *numer.* 55. Bald. *consil.* 352. *num.* 3. *volum.* 1. Bartol. *in l.* 4. §. *in omnibus, num.* 1. & 2. *de public.* Alex. Raudens. *consil.* 1. *numer.* 461. Aretin. *in l. more, num.* 4. *ff. de acquir. hæreditate.* Salicet. *in l.* 2. *num.* 3. & 6. *C. noua vectig. inst. non poss.* post Ferrariens. *in forma libelli super actione confessoria. §. plenam, & omnimodam iurisdictionem, numer.* 15. *folio* 323.

Alij in contrarium sentiunt, vt per Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *quæ sint regal.* Salicet. *in l.* 2. *numer.* 4. *C. noua vectig. instit. non poss.* Aretin. *in cap. peruenit, numer.* 6. *de censibus.* Imol. *in l.* 1. §. *denique, numer.* 17. & *ibi* Roman. *n.* 4. *de aqua pluuia arcend.* Felin. *in cap. cùm nobis, num.* 2. *de rescript.* Purpur. *in l. imperium, num.* 183. *de iurisdict. omn. iudic.* Balb. *tract. de præscript.* 3. *parte principalis, glos.* 6. vbi dicit ita tenendum; & de communi testatur Mascard. *de probat. conclusione* 1215. *numer.* 42. & 46. vbi etiam de communi, & pluribus relatis Georg Acaz. *lib.* 1. *de priuileg. cap.* 4. *num.* 24. & eandem sententiam communem dicit Paul. Paris. *consil.* 27. *num.* 34. *lib.* 1. Tiber. Decian. *resp.* 124. *numer.* 49. *lib.* 3 Nicolaus Euerad. iun. *consil.* 47. *numer.* 11. *cum sequentibus, lib.* 1. Cost. *consil.* 49. *numer.* 8. & 9 Ferret. *consil.* 124. *num.* 5. *lib.* 1. Peregrin. *tract. de iure fisci, lib.* 1. *titul.* 2. *numer.* 66 Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 44. & 45. Horosc. *in l. imperiũ, n.* 1. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Bellalob. Didac. Peres, Mieres, quos refert Azeued. *in l.* 1. *titul* 15 *lib.* 4. *recopilat. num.* 11 Auendan. *tract. de exequend. cap.* 8. *numer.* 24. Garçia *de nobilitat. gloss.* 7. *numer.* 7. Barbos. *in l. comperit, ex numer.* 130. Menoch. *consil.* 91. & *consil.* 147.

Cæterùm hæc sententia, & eorum, qui cum auctore consentaneè tenent, verior & receptior est, & in præscriptione iurisdictionis aduersùs Principem tempore immemoriali idem tenent Bald. *in l.* 1. *Cod. de collus. detegenda. numer.* 3. Alex. *consil.* 30. *numer.* 17. *lib.* 5. Marant. *in l.* & *potest, num.* 299. *ff. de acquirend. hæredit.* Mascard. *lib.* 2. *de probat. conclusione* 879. *numer.* 15. Mier. *de maiorat.* 4. *parte, quæstione* 20. *numer.* 258. latiùs Barbos. *vbi sup. d. numer.* 130 qui pluribus sequentibus hanc sententiam aduersùs Couarruuiam, & alios veriorem dicit,

cit, quam in praxi dicit esse magis receptam, *l.1.titul.4.lib.* 4. *recopilat.* vbi aduersùs Principem præscriptio illius legis procedit, nulla facta distinctione hanc habeat scientiam, nec ne.

Num.16.vsque ad 20.

Regula iuris est quòd præscriptio extensionem non recipit de casu ad casum, de re ad rem, nec de persona ad personam. Bald. *consilio* 256. *num.* 1. *lib.* 2. Ludouic. Roman. *consil.*368.*num.* 8. *& consil.* 389. *num.* 9. Alberic. *in cap. cùm olim, num.* 7. *de præscript.* Bartol. *in l.* 4.*§.in omnibus. num.*4.*ff.de Public. in rem act. onc.* Iason *consil.* 81. *num.*11.*lib.*3. Rebuffus *tract.de decima, quæstion.* 14. *num.*9. Anton. Natt *consil.*656.*num.*30. Aymon Crauet. *consil.*343.*num.*7. *volumn.* 4 Ant. Fab. *super Codice titul. de adquirend. possessione, definitione* 3.*titul.*2.*fol.* 329 Cardinalis Tuscus *tom.*6. *practic.litt. P. conclusione* 340. Surd. *consilio* 393. *numer.* 21. Pacian. *de probat.lib.*2.*cap.*36.*num.*97. Sixtinus *de regalibus lib.*1.*cap.* 5. *numer.* 171. Mier. 4.*parte, quæstione* 20. *numer.* 348. *&* 349. Seraphin *decisione* 802. *numer.* 6. *tom.* 1. Ludouis. *decisione* 162. *numer.* 6. *&* 7.

Hæc regula fallit, quando præscribitur ius reale in genere, quo casu, qui fundat in vno, habet intentionem totius iuris vniuersi. *l. vna est via.ff. de seruit. rustic. prædior. l. is qui vsufructu meo. ff. quibus modis vsusfructus amittit.* Roman. *consil.*198.*num.*4. Marcus Antonius Peregrinus *lib.*1.*variarum.num.*101. Iacobus Canzer *variarum* 3 *parte, cap.*5. *num.* 128 Perr. Surd. *consilio* 323. *num.* 47. *lib.*1. Bruno à Sole *in proposit. iuris litt. B. versiculo præscriptio, folio* 155. & ideo qui percipit decimas de certis fructibus, percipit de omnibus, postquam factum est territorium decimale. Doctores *in cap. cùm in tua, de decimis*, vbi Abbas *num.* 6. *in* 3. *notabili, & consilio* 75. *versiculo, sed non lò principaliter.* Achil. de Grass. *decisione* 4.*num.*5. *&* 6. *de decimis.* Crauet. *tractatu de antiquitate, parte* 4. *numer.* 37. Marta *voto* 66. *numer.* 14. qua ratione hanc præscriptionem contra nascituros extendendam censuit auctor, de quo *infrà numer.*22. *&* 56. & latiùs *lib.*4. *cap.*10. vbi prosequemur.

Num.20. & 21.

His adde Curtium iun. *consil.* 26. *numer.* 10. *part.* 1. Hieron. Gabriel *consil.*82.*à num.*19.*lib.*2.

Num.22. & 23.

His adde Ancharan. *consil.*339. *num.* 8. Bald. *consil.* 219. *numer.* 4. *lib.* 2. Crauet. *consil.*171.*numer.*14. *& consil.* 199. *numer.* 12. Menoch. *consil.* 1043. *numer.* 14.*lib.*11. Mier 4.*parte, quæstione* 20.*num.* 40. *ad finem.* Concluditur itaque communi omnium sensu, hæc præscriptio nullam vim obtinet, nisi primogenitus alios fratres habuerit, aduersùs quos possit inchoari. Ancharan. *consil.* 339.*numer.*8. Bald. *consil.*215. *numer.* 4. *lib.* 2. Aymonius Crauet. *consil.* 171. *numer.* 14. *& consil.*197. *num.*22. Iacob. Menoch. *consil.*1043.*numer.*14.*lib.* 2. & in maiorat. Mier. 4.*parte, quæstione* 20. *numer.* 40. *ad finem.* Prosper Farinac. *decisione* 445. *numer.*4. *&* 5. *parte* 1.*in nouissimis.* Et sana huius rei ratio adducitur ab auctore, quia in hisce iurium præscriptionibus requiritur, quòd aduersarius sciat & patiatur, vt pluribus relatis resoluit, & de communi testatur Alex. *consil.* 16. *numer.*13. *lib.* 5. Aymon Crauet. *de antiquit.*4.*parte, versic. absolutio, num.* 15. Afflict. *decisione* 67. & ita fuisse iudicatum refert Capycius *decisione* 57. Cæsar Barz. *decisione* 61. *numer.*19. & in iurisdictionalibus idem probat Menoch. *consil.* 147. *numer.*55.*lib.*2. & quòd hoc debeat concludenter probari, tenent post Abbat. & Felin.

& Felin. *in cap. de quarta, de præscript.* Bursar. *consil.* 257. *numer.* 13. *lib.* 3 Ferrer. *consil.* 61. *numer.* 14. Ioann. Zephal. *consil.* 442. *numer.* 35 *lib.* 2. quia est quid facti, & in casu simili videndus est Fusar. *de substit. quæstione* 308. *num.* 58. & probatur scientia ex notorietate, & publica voce, & fama, secundùm Bartol. *in l. is potest, numer.* 16. *ff. de acquir. heredit.* Paul. Paris. *consil.* 72. *num.* 2. 6. *lib.* 3. gloss. & Doctor. *in l. si tutor. C. de pericul. tutorum.* gloss. *in cap.* 1. *verbo publicè, de potestate prælatorum*, atque etiam ex actibus per longum tempus successiuis, Aymon post alios plures *vbi suprà* 4. *parte*, §. *materia, numer.* 62. Mascard. *de probatio. conclusione* 1294. *ex n.* 15. Cost. *de iuris & fact. ignorant. inspect.* 64. *numer.* 9. & de modo probandi vide Sfortia *tract. de in integ. rest. quæst.* 48. *artic.* 7. *num.* 30. Cæsar Barz. *decisione Bononiens.* 61. *num* 19. & *decisione* 48. *num.* 23. & 27. Andr. Tiraquel. *de retract.* §. 36. *gloss.* 2. *num.* 31.

Num. 24. 25. & 26.

CONtrarium tenet Auendan. *in l.* 41. *gloss.* 8. *in fin.* Sed auctoris opinio receptior est, vt per Garç. *in diuisione oper. de nobilitate, num.* 57. Burg. de Paz *quæst.* 2. *num.* 131. Peres de Lara *lib.* 1. *de anniuersar. & capellan. cap.* 5. *ex numer.* 47. Caualcan. *decisione* 28. *num.* 28. & præter eos vide Mier. 4. *parte, quæst.* 11. *numer.* 82. Flores Diaz de Men. *in addit. ad Gam. decisione* 215. vbi subdit, quòd vnico successionis actu & ex consuetudine decennali cum aliis coniecturis transit onus probandi in aduersarium.

Num. 27. *vsque ad* 29.

DE interpretatione legis partitæ vide Mier. *de maiorat.* 4. *parte, quæstione* 20. *ex num.* 171. & an immemorialis probetur scripturis, addit. ad Ludouis. *decisione* 51. *num.* 10. Maresc. *lib.* 2. *controuers. cap.* 100. *num.* 16. Farinac. *decis.* 32. *num.* 2. *parte* 1. *in nouissimis.* Idem Mier. *vbi sup. num.* 279. & 295.

Num. 29.

HIs adde Mieres 3. *parte cap.* 7. *num.* 4. & 5. Auend. *in l.* 41. *gloss.* 17. *num.* 2. Marien. *in l.* 1. *gloss.* 12. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopil. numer.* 2. Idem penes Seraphin. *decis.* 430. *numer.* 10. *parte* 1. & hæc est magis communis opinio. Farinac. *d. quæstione* 42. *numer.* 258 Mascard. *consil.* 749. *num.* 2. Surd. *consil.* 472. *num.* 20.

Num. 30.

CIrca requisita testium, & de qualitate eorum in præscriptione primogenij, Mier. de quo proximè *numer.* 181. *cum seqq.* vbi & an eos esse bonæ famæ, sit necessarium probare. Burgos de Paz *consil.* 16. *num.* 5. Couarr. *in regula possessor.* 2. *parte*. §. 3. *numer.* 7 & licèt Angel. *hic* præcitatus loquatur in statutis, in quibus stricta interpretatio fieri debet, idem si hoc lege caueatur, vt in præsenti cum auctore consulendum censemus, ex traditis. Magon. *decisione* 93. *numer.* 7. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 1. *num.* 36. Farinac. *quæst.* 47. *num.* 204. & *quæst.* 62. *num.* 8. Matienz. *in l.* 1. *glos.* 8. *num.* 2. & 3. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopil.* vbi Azeued. *numer.* 26. latè Zeuall. *quæst.* 900. *numer.* 110. *cum seqq.* Mier. 4. *parte, quæst.* 20. *num.* 97. Velazq. de Auend. *in d. l.* 41. *gloss.* 11. *numer.* 2. vbi dicit verissimum. Alter Auend. *tract. de exequend. mandat. cap.* 6. *num.* 6. Garç. *tract. de expens. cap.* 9. *numer.* 14. Ierond. *de gabellis*, 4. *parte, numer.* 27. & de communi testatur Ioann. Gutier. *tract. de gabellis. quæst.* 163. *num.* 9. & 10. vbi *num.* 11. subdit quòd hæc Angeli communis opinio intelligenda est, quando lex canonica, vel statutum, ratione illius qualitatis, quam exprimit,

Num. 63.

IBi, *incessibilem esse.* Ratio est, quia declaratio animi requirit personalitatem, quæ in arbitrium alterius committi non potest. Bald. *in l. nulli, numer.* 4. *C. de Episcop. & cleric.* Alex. *in l.1.numer.6. ff. de leg.* 2. Bartol. *in l.in venditione.§. fin. ff. de bonis auct. iudic. possid.* Geminian. *in cap. fin. §. sanè, num.* 11. *de testam. in* 6. Cardinal. *consil.* 49. *num.* 5. Petr. Surd. *consil.* 433. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 3. Zifuent. *in l.* 31. *Tauri, numer.* 5. Gom. Arias *numer.* 6. Anton. Gom. *numer. vlt.* Tell. Fernand. *numer.* 4. Castill. *in l.* 38. *num.* 9. *&* 16. Palac. Rub. *num.* 5. Matienz. *in l.* 5. *titul.* 5. *lib.* 5. *gloss.* 7. *num.* 3. *recopilat.* Carol. Ruin. *in l. more. numer.* 17. *de iurisdict. omn. iudic.* Iacob. Menoch. *lib.* 2. *præsumptione* 21. *num.* 15. qui omnes in executoribus ac commissariis testamentorum hanc sententiam tenent.

Hoc limitatur in facultate concessa ad faciendum maioratum, quæ potest alteri cedi. Mier. 1. *part. quæstione* 48. *ex num.* 1. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 36. *num.* 1.

CAPVT V.

Num. 1. & 2.


HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 67. *ex numer.* 3.

Num. 3.

VIde Mier. *de maiorat.* 1. *parte, quæstion.* 48. *num.* 11. Alex. Raudens. *decisione Pisan.* 38. *num.* 341. P. Molin. *de iust. & iure, disputatione* 594. *ex num.* 1. *&* 2. *vt infr. num.* 23. Castill. *vbi suprà.*

Num. 4. & 5.

SVper hac re contrarias DD. sententias comperimus. Prima est, quòd filia exclusis masculis eligi non potest, vt aduersùs auct. defendunt Aluarad. *de coniecturat. ment. defunct. cap.* 3. §. 4. *numer.* 48. & pluribus adductis D. Ioan. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 26. *numer.* 36. *&* 56. Secunda verò sententia est, quòd ille, cui à maioratus institutore libera eligendi facultas commissa est, vt inter filios & filias, quem vellet, ad maioratus successionem eligat, poterit exclusis filiis masculis, etiam natu maioribus, filiam eligere, prout subdit constanter auctor *hîc*, quem referunt, & sequuntur P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure, disputatione* 594. *num.* 2. subiūgens id electori licere, etiamsi primogenitus masculus dignior & aptior sit, Mier. 1. *parte, de maiorat. quæstion.* 72. *numer.* 6. Alex. Raudens. *decisione Pisan.* 38. *numer.* 342. Paz *tract. de tenut. cap.* 34. *numer.* 113. *&* 114. vbi sic concludit Zeuall. *quæst.* 265 *num.* 6. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *quæst.* 67. *numer.* 3. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *cap.* 160. *ex num.* 12. Et pro eadem sententia expendi possunt adducta per auct. *infrà cap.* 11. *ex numer.* 35. & adde Valent. *consil.* 40. *numer.* 42. *cum seq.* Et hæc est communior & receptior sententia, quæ ex libera eligendi facultate, tam apud auctor. nostrum, quàm apud præfatos Doctores fundamentum capit, neque ab ea dissentire videtur Don. Ioan. del Castill. *cap.* 26. quia in illo casu occurrenti aderant circunstantiæ & coniecturæ nonnullæ, quæ pro masculo non mediocriter adstringebant, vt notum erit intuenti rectè, & declarat ipsemet auctor nouissimè *dict. num.* 12. de quo proximè. Quorum sententia retenta, ampliatur primò, vt locum habeat in facultate regia, si ita concedatur, vt maioratus institutor possit illum

illum in persona filij, vel filiæ, prout sibi libuerit, instituere, vt per auct. *infr. num. 6.*

Ampliatur secundò, ad eas personas, quæ ex mandato testantis primogenia inter filios eiusdem instituunt ex legum Tauri constitutione, ex auct. in calce operis sui *num. 9.*

Ampliatur tertiò in emphyteusi concessa cum facultate nominandi filium, vel filiam. Gam. & alij à Castillo citati.

Ampliatur quartò, vt elector, cui libera eligendi facultas data est, possit eligere etiam remotiorem, dummodo electus talis electionis incapax non sit, vt cum auctore recenset Mier. 1. *parte, de maiorat. quæstion.* 71. Ioann. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst.* 69. *num.* 3. Zeuall. *commun. quæstione* 265. *numer.* 6. & ratio est, quia incapaces nunquam censentur vocati, & semper præsumitur quòd testatur se conformabit cum dispositione iuris communis. Fusar. *de fideicommiss. substitutione, quæstione* 317. *ex numero* 19.

Nec personæ extraneæ de familia. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 87. *num.* 34. hoc enim esset contra maioratus naturam, & præsumptam ipsiusmet institutoris voluntatem, Paul. *consil.* 335. *numer.* 2. *volum.* 4. Socin. *consil.* 160. *à num.* 48. *lib.* 2. *& consil.* 251. *numer.* 1. *ad fin. versic. ex quibus vltimò. lib.* 2. Paris. *consil.* 44. *num.* 20. *&* 21. *volum.* 3. Menoch. *consil.* 498. *numer.* 19 *lib.* 5. *& consil.* 105. *numer.* 43. *cum seqq. & consil.* 1006. *numer.* 35. *versiculo quæ ad tertium. & num.* 36. vbi in causa Comitatus de Oliua tenuit quòd præcedente vocatione familiæ, vel agnationis, si concedatur testandi facultas, restringitur ad eos, qui sunt de familia: & eodem *infra* in simili facultate disponendi alios adducens vtitur Boër. *decisione* 202. *numer.* 2. *versic. & sic per hanc disponendi licentiam*, & in pulchra specie Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 25. *num.* 23. *&* 24. vbi proponit quæstionem *in numer.* 20. & aliam similem *num.* 28. *versiculo hanc opinionem.* Pechius *de testamentis coniugalib. lib.* 1. *cap.* 13.

Et præfatam ampliationem protende, vt etiam hoc casu elector non possit inimicum capitalem maioratus institutoris eligere, vt *infrà numero* 10.

Cæterùm superior conclusio limitatur primò in foro conscientiæ, ex auct. *infrà num.* 59.

Limitatur secundò, si de voluntate fundatores maioratus contrarium appareat. Paz *vbi suprà*, *dict. numer.* 114. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 26. *num.* 56. *versic. respondetur etiam.*

Limitatur tertiò, vt per auct. *infrà num.* 15.

Num. 6.

PRo Gregorio *hîc* præcitato, vide Mier. 1. *part. quæstione* 16. saltim *num.* 4. Sed auctoris sententia verior, & receptior est, prout in priori casu, de quo *suprà numer.* 4. adduximus, neque inter vtrumque aliquod discrimen inueniri potest, extante libera facultate eligendi, & ipsemet Gregor. sibi contrarius id profitetur *in l.* 32. *titul.* 9. *part.* 6. *gloss.* 3. *verbo sed, pone, quæst.* 15. & pro hac parte vide P. Molin. *dict. disputatione* 594. *num.* 3. Raudens. *dict. decisione* 38. *numer.* 342. vbi limitat cum auctore, quãdo Regia facultas conceditur iuxta maioratus, seu feudi naturam, Paz *dict. numer.* 114. & iterum *cap.* 59. *numer.* 14 D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 160. *num.* 14. *&* 15.

Num. 7, 8. & 9.

HIs adde P. Molin. de quo proximè, *num.* 3. *vsq. ad num.* 5. Raudens. *dict. decis.* 38. *num.* 344. Fusar. *de subst. quæst.* 317. *num* 9.

Num. 10.

VIde P. Molin. *vbi suprà*, Cald. Pereyr. *de potest.eligend. cap.* 1. *ex numero* 35.

Et auctoris sententia ampliatur primò, etiam in descendentibus ab odiosis,& inimicis testatoris, vel fundatoris maioratus, ex Fusar. *de fideicom. substit.quæst.*317.*num.*2.

Ampliatur secundò, etiamsi ista inimicitia ex defectu fundatoris maioratus proueniat, vt per Fusar. *de subst. dict.quæst.num.*15.

*Num.*11.*vsque ad* 14.

ADde P. Molin. *dict.disputatione* 594. *ex numer.*3. *vsque adnumer.* 5. Raudens. *decisione* 37. *ex numer.* 190. Cald. *de potest.eligend.cap.*1.*ex num.*31.

Num. 14.

VIde auct.*suprà numer.*4. reliqua verò prosequemur loculenter *infr.*

*Num.*15.*vsque ad*20.

IDem recensent P.Molin. *dict.disputatione* 594.*numer.* 5. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 3. Vincent. Fusar. *de fideicommiss.substitutione,quæst.* 504.*num.*2. quo casu elector pro ea vice priuatur potestate eligendi, iuxta tradita per auctor. *suprà cap.* 4. *num.*39. & *ibi* notata, & refert in Rota decisum Achil. de Grass. *decisione* 298. *numer.* 5. *&* 6.

*Num.*20 *vsque ad*22.

HOc ipsum consentaneè resoluunt Vincent. Fusar, *dict.quæstione* 504. P. Molin. *dict. disputatione* 594. *à num.*5.

*Num.*22.*vsque ad* 25.

PRo auctore aduersùs Gregor. hîc præcitatum, vide P. Molin. *de quo proximè*, vbi subdit ampliùs, quòd etsi sustineatur electio huiusmodi, erit tamẽ iniqua,& elector lethaliter peccauerit,tum ex illo prauo animo,cùm etiam indignus præferatur digno.

Quare hæc conclusio limitatur,vt non habeat locum in foro poli, ex auctor.*suprà ex numer.* 69. ex *ibi* adductis.

Num. 25. *&* 26.

MAtrimonium in articulo mortis contractum validum est, & filij antea procreati legitimi censentur,& substitutum excludunt. Hæc est auctoris conclusio, & communis omnium sententia,quos referunt nouissimè D. Ioann. del Castil. *tom.* 5.*controu. cap.*111.*ex numer.*32. vbi *ex numer.*30. contrarias opiniones refert Vincent. Fusar.*de fideicommiss.substit. quæstion.* 409.*ex num.*80. vbi *num.*88. de communi ac veriori testatur.

Hæc recepta sententia ampliatur primò, etiamsi matrimonium cum muliere vili contrahatur.Fusar.*vbi supr. num.*95.

Ampliatur secundò etiam in nato ex Monacho & Moniali intra annum probationis, idem *num.*104.

Ampliatur tertiò, etiamsi aliquod impedimentum canonicum tempore matrimonij obstaret, dummodo contrahentes, vel alter eorum id ignorassent, Fusar. *de quo proximè,numer.* 109. *&* 110. vbi contrarias opiniones refert.

Limitatur primò, vt per auct. *infrà num.*27.& in calce sui operis *num.*8.

Limitatur secundò in spuriis, quia non legitimantur per subsequens matrimonium.Idem *num.*123.

Limi-

Limitatur tertiò, quando clandestinè matrimonium fuit contractum, Fusar. *vbi suprà, numer.* 98. *&* 99. vbi declarat.

Num. 27.

CONsonant Peregrin. *tract. de fideicommiss. articul.* 24. *num.* 59. Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus, lib.* 2. *cap.* 16. *numer.* 62. M. Anton. Petr. *de potest. Principis, cap.* 32. *numer.* 61. Polydor. Rip. *de actis in articulo mortis, cap.* 2. *numer.* 4. Corbul. *tract. de iure emphyt. in additione magna ad titulum, an legitima admittat. numer.* 9. & relati à P. Thom. Sanchez *lib.* 7. *parte* 2. *disputatione* 105. Fusar. *de substitutione, quæstione* 409. *numer.* 90. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 30. *numer.* 211. & vltra relatos vide iterum auct. in notis huius operis *num.* 8.

Dissentiunt Bald. *in rub. C. de priuileg. dot. numer.* 2. Menchac. *frequent. cap.* 3. *numer.* 41. Couarr. *in Epitom. part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *numer.* 10. Sarmient. *lib.* 1 *select. cap.* 6. *ex numer.* 8. Spin. *in specul. testam. gloss.* 15. *principali, numer.* 86. Rochus de Viegas *in repetitione capit. tanta, qui filij sint legitimi, numer.* 52. vbi plura adducit, Ioann. Garç. *tract. de nobilitate, gloss.* 21. *numer.* 59. P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom.* 1. *disputatione* 172. *column. penult.* P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 115. *ex numer.* 10. Ludouic. de Casan. *consil.* 21. *ex numer.* 6. & plures alij, quos refert D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 111. *ex num.* 32.

Cæterùm, ni fallimur, horum sententia nobis tutior videtur, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum, tum ex regula text. *in cap. tanta, qui filij sint legitimi*, tum etiam ex æquitate, ac consona ratione iuris, quæ non patitur matrimonium extare, valere, ac quidem subsistere, filiósque antea procreatos legitimos simul ac insuccessibiles esse. nam aut matrimonium in articulo mortis contractum deficit in substantialibus, & tunc filij tanquam illegitimi substitutum non excludunt, ex auct. *infrà lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 48. *& lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 45. aut validum est, tunc verò ex communiori sententia etiam ad exclusionem substituti legitimi censentur, vt *suprà numer.* 25. ergo si efficiuntur legitimi, qua de causa excluduntur, si capaces; quare non admittuntur, vtpote vocati & proximiores? deinde, si dolus in contrahendo non reddit nullum matrimonium, quomodo illius matrimonij effectus impedire potest: aliàs nulla erit dabilis differentia inter filios per subsequens matrimonium legitimatos, & inter eos, qui nullo modo legitimi efficiuntur, cùm illi statim quo legitimantur, ex dispositione maioratus admissi censentur; hi verò, prout dictum est, semper remanent exclusi, neque oppositum facit *l. filiæ meæ. ff. solut. matrim.* quæ pro aduersa parte vulgò adduci solet. nam ibi agebatur de ficto repudio, quod à legibus improbatum est, *l. dubium* 3. *C. de repud.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 424. *numer.* 78. *versiculo, placet.* At verò matrimonium in articulo mortis contractum, etsi per fraudem & dolum, vt quis substitutum excluderet, nullo iure improbatur, validúmque est, ac tenet, filiósque antea procreatos, aut non faciet legitimos, aut successores faciet. Et simili ratione non obstat *cap.* 2. *de renuntiatione lib.* 6. vbi si adest coniectura fraudis, non valet renunciatio beneficij in articulo mortis facta, quia ibi nullum quæritur ius, cùm renunciatio non teneat, tamquam fraudulenta; sed in præsenti matrimonium valet, & legitimat prolem susceptam, quamuis ad exclusionem substituti fiat fraudulenter ac dolosè, multum enim interest an valeat actus, licèt in cõsequentiam tertio præiudicium

cium afferat, an deficiat, quia priori casu non expectatur quod secundariò contingi poterat, quia grauatus vtitur iure suo, etiam praua illa intentione ad exclusionẽ substituti: qui autẽ iure suo vtitur, non est censendus dolosus, neque iniuriã vllam alicui in eo facit, prout aduersùs auct. constanter defendit P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 6. Hæc pro hac postrema parte non parum adstringunt, nisi tanti ponderis auct. in contrarium suaderet, præcipuè cùm in notis huius operis contrariam (vbi in aliquibus dissentit) sententiam firmet.

Num. 28. & 29.

REgula est, quòd monasterium excludit substitutum. Vincent. Fusar. *de substitutione, quæstione* 424. *ex num.* 1. vbi limitando, & ampliando, plures casus adducit, etiamsi grauatus ingressus sit monasterium in mortis articulo, vt in præsenti, & per Fusar. *vbi suprà, num.* 78. videndus *ex num.* 76.

Hæc communis sententia limitatur *hîc*, quando grauatus religionem ingressus est, vt substitutum excluderet, veluti si dixisset, quòd in eius odiũ ingredietur monasterium, Fusar. *de quo proximè, ex numer.* 75. vbi plures de communi testantes refert, sequitur Canzer *tom.* 2. *variarum, cap.* 11. *num.* 231.

Contrarium resoluit P. Molin. *dict. disputatione* 594. *numer.* 6. de qua controuersia vide *suprà numer.* 27. vbi ostensum est.

Num. 30. *vsque ad* 44.

NOn video, qua ratione probabili id securè affirmari possit, etiam in vtriusque electione, digni scilicet, & indigni, cùm talis electio non egreditur facultatem eligendi, à maioratus institutore electori concessam; sic fanè dissentiunt P. Molin. *dict. disputation* 594. *numer.* 7. Iacob. Canzer *lib.* 3. *variarum, cap.* 8. *numer.* 383. & 387.

Num. 44. & 45.

PLura adducit Farinac. *de falsitate quæstione* 153. *num.* 209. vnde subtractio, vel occultatio instrumenti præsumitur ab eo facta, in cuius commodum cedit. Boss. *de indiciis, num.* 63. & post alios idem Farinac. *dict. num.* 209. & idem *tract. de furt. quæstion.* 76. *numer.* 89. & *decisione* 122. *part.* 1. *lit. A.* in decisionibus criminalibus.

Num. 46. *vsque ad* 50.

CVm proposuisset auctor *suprà* quandam distinctionem, & in prima specie, quæ incipit, ex *numer.* 1. dixisset, quòd quando electio in voluntatem alicuius commissa est, hic non tenetur præcisè dignum eligere: sed potest etiam eligere eum, qui in dignitate facti indignus est; nunc verò in hac secunda specie tenet, quòd quando electio non in libera electoris voluntate, sed in eius arbitrio commissa est, non potest eligere indignum, & consentaneè id ipsum sequitur P. Molin. *vbi suprà disputatione* 595. *num.* 2. subdens, quòd tunc electio retractatur, & maioratus digno confertur; idem recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 8. Denique mox subiungit auctor, valere tamen electionem, si elector misso digniori dignum eligat; quam sententiam in hac specie proculdubio veram esse existimamus, ex ratione de qua *infrà numer.* 55. vt ponderat P. Molin. de quo *suprà*, reiecta Panormitani, & Decij opinione, prout in præsenti *numer.* 48. ab auctore taxatur, & limitatur *num.* 50.

Num.

Num. 50. vsque ad 57.

SVperior conclusio limitatur *hîc, & suprà numer. 56. & 66 & numer. 69. versicul. si verò*, vbi protenditur, tam in electione bonorum, quibus administratio concessa est, quàm aliorũ bonorum patrimonialium; *& num. 71.* vbi idem concludit auct. & comprobant Alex. Rauden∫. *decisione Pisan. 37. numer. 292.* Vincent. Fusar. *de substit. quæstione 504. numer. 3.* Hieron. Zeuall. *commun. quæstione 659. num. 2.* P. Molin. *vbi suprà num. 7.* & refert decisum addit. ad Ludouis. *decisione 11.* in qua specie non anxiè ac strictè procedendum est, sed solùm excessus notabilis meritorum, nõ autem minimus considerandus erit, ex auctor. *infrà numer. 74.* & in simili *cap. 13. num. 34.*

Num. 57. vsque ad 59.

ETiam in conferẽdo officia secularia, hæc sententia probabilior est. nam licèt eligens dignum omisso digniori, lethaliter peccet, prout ostensum est *numer. præcedenti*; tamen ad restitutionem non tenetur, ex ratione de qua in præsenti, vt idem fatentur Zeuall. *commun. quæstione 659. ex num. 2.* Less *de iust. & iure, lib. 2. cap. 32. dubitatione 3. titul. de acceptione personarum. & lib. 2. cap. 34. titul. de beneficiis*; vide P. Manuel Rodriq. *in summa quæstione 106. conclusione 8.* Gutierr. qui plura adducit de electione digni, *lib. 2. canonic. quæstione 11.* quæ sententia in iudicando & consulendo tenenda est, & repetitur *infrà num. 92.*

Primò hæc sententia limitatur in electione canoniarum magistralium, doctoralium, & beneficiorum, vbi collatio digniori per edictum promittitur, ex auctore *infrà versiculo, Hæc autem*, & in id conueniunt P. Molin. *vbi suprà num. fin.* Nicol Garç. *de benefic. 7. parte, cap. 16. ex numer. 26.* vbi contrarias opiniones refert, & *num. 30.* sic concludit; & quòd in hoc casu electio sit nulla, tenet addit. ad Ludouis. *decisione 11. versiculo secundo quod in curatis.* Mariscot. *lib. 11. variarum cap. 52. ex numer. 19.* subdens quòd in concursu ad beneficia curata, dignior eligi debet, licèt secus in beneficiis simplicibus, addit. ad Ludouis. & Garç. de quibus proximè, illa *versiculo, tertiò quod in aliis*, hic verò *num. 42.* videndus *ex numer. 31.* quæ omnia ad bonorum patrimonialium distributionem extendi non possunt, si à vero domino fiat, ex auct. *infrà num. 60. & 71.*

Limitatur secundò, quando electio de indigno facta est, vt *hîc numer. 58. & infrà num. 72.* vbi protrahitur hæc sententia ad electionem in maioratu, cui annexa iurisdictio est, in qua specie necessariò elector tenetur eligere digniorem, ex traditis *numer. 69. versic. in secundo autem*, & his adde auctores præcitatos *num. 50. & 57.*

Et superiori sententia, si indistinctè vera est, saltim electores tenentur ob violatam iustitiam distributiuam, propensiorem curam habere illius dignioris prætermissi, vt commendat auct. *num. 58. versiculo, sed quamuis*, & recenset Alex. Rauden∫. *decisione Pisan. 38. numer. 342.*

Num. 59. vsque ad 72.

FVsiùs vsque ad *numer. 72.* disputat auctor, an pater Regiæ facultatis virtute, vel legum Regiarum decisione teneatur in foro conscientiæ, si primogenium instituat, filium digniorem eligere; & licèt pro parte affirmatiua constringere videatur decisio textus *in l. fœminæ. C. de secund. nupt.* tandem ex *num. 60. vsque ad numer. 63.* de iuris rigore videtur contrarium sentire, quamuis *num. 64.* priorem sententiam

moribus

moribus consentaneam esse agnoscit, & pōdus totius resolutionis in eo residet, scilicet quòd patet bonorum suorum est moderator & arbiter, de quibus liberè disponere potest; mater verò, prout *in dict. l. fœminæ* compertum est, tantùm de bonis mariti, in quibus liberum dominium non habet, sed tenetur ea liberis prioris matrimonij intacta seruare. *l. 26. titul. 13. parte 5. l. 4. titul. 1. lib. 5. recopil.* Ioann. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst. 18. num. 6.* Ayora *de part. 1. parte cap. 7. numer. 21.* qui reseruata liberis proprietate vxori tantùm vsumfructū concedit. Ioann. Garç. *tract. de coniugal. quæstu. numer. 4.* P. Thom. Sanchez *lib. 6. de matrimonio, disputatione 41.* de quo videndus est P. Molin. *dict. disputatione 595. numer. 5. & 6.* vbi alia adducit. Postremò ex *num. 67.* super eadem re auct. congruentiùs distinguit, & de prima specie distinctionis P. Molin. *vbi proximè numer. 4.* Vincent. Fusat. *de substitut. quæstione 504. numer. 4.* qui cum auctore *numer. 69. versiculo, in secundo autem casu,* consonat. Et est circa hactenus dicta obseruandum, quòd hæc omnia pariter, tam in officiis, quàm in beneficiis procedunt, ex auctor. *numer. 76. & 69. versiculo, in secundo.* nàm officia, vbi non militat diuersa ratio, proculdubio beneficiis æquiparantur. Philipp. Decius *in l. fin. in fin. C. de pact.* Flamin. Paris. *de resignatione beneficiorum, lib. 12. quæst. 1. numer. 36.* Francisc. Marc. *decisione 906. num. 12. parte 2. titul. 625. num. 5. & 6. part. 1.*

Pro secunda specie huius distinctionis, vide P. Molin. de quo proximè *numer. 4. 5. & 6.* vbi quoad meliorationem tertij in contraria sententia est, ductus eo quòd huius portionis libera dispositio parentibus inter suos descendentes, tam Regia facultate, quàm legibus Regni concessa est, ex auct. *suprà num. 61.* ita liberè vt nepotibus & pronepotibus, etiam existentibus filiis, relinqui potest, quam sententiam nos quoque veram esse profitemur, asseuerantes, in foro conscientiæ, & fortiùs in foro exteriori parentibus licere, tam in 3. quàm in 5. filium indignum instituere ac meliorare, & in specie sic tenet Angul. *tractat. de meliorat. in l. 2. gloss. 4. numer. 7. & 8.* & ad rem facit quod auctor adducit *suprà num. 60.*

Num. 72.

His adde D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 91. num. 67.* & vide *suprà num. 57.*

Num. 73.

Sequitur P. Molin. de quo proximè *num. 3.* & ante eum idem fatetur Gutierr. *lib. 2. canonic. quæstione 11. numer. 65. in fin.*

Num. 74.

Faciunt ad rem tradita per auct. *infrà cap. 13. num. 54.*

Num. 75. vsque ad fin.

Vide P. Molin. *dict. disputatione 595. num. fin.*

CAPVT VI.

Num. 1. vsque ad 9.

Adde Mier. *4. parte de maiorat. quæstione 20. numer. 363.* Velazq. de Auend. *in l. 41. Tauri, gloss. 1. num. 7.* Paz *de tenuta, quæstione 58. parte 2. ex num. 12.* M. Anton. Peregrin. *de fideicommiss. articul. 51. numer. 36.* Cardinal. Mantic. *lib. 6. de coniectur. titul. 9. num. 8.* & latiùs D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu.*

controu.cap.93 §. 10. *ex num.* 1. *vsque ad fin.* Zalaz. *tract. de vsu, & consuetudine, cap.* 7. *numer.* 3.

Num. 9. vsque ad 15.

Vide auct. *infrà numer.* 56. in cuius sententiam propendimus cum Velazq. *in dict. l.* 41. *gloss.* 8. *numer.* 1. Matienz *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 6. *per totam*; & quod de viribus huius consuetudinis auctor congessit, compertũ est omnibus, vt per Hieron. Papo. *consil.* 20. *n.* 30. & ex tali cõsuetudine oritur præscriptio iuris & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, Anton. de Butr. *in cap. peruenit, num.* 7. *de censibus.* Felin. *in cap. cum nobis, num.* 7. *de præscript.* Vincent. Honded. *consil.* 79. *ex num.* 11 *lib.* 1. Iacob. Menoch. *consil.* 70. *num.* 96. *cum sequentibus.* Hippolyt. Riminald. *consil.* 368. *ex numer.* 29. *lib.* 4. Bertaz. *consil. eiusd.* 76. *numer.* 28. Francisc. Bec. *consil.* 180. *ex num.* 26. *lib.* 4. Syluest. Aldobr. *consil.* 10. *numer.* 17. & his non relatis Barbos. *de præsumptione iuramenti, num.* 360. tandem probata hac consuetudine immemoriali probatur melior titulus de mundo, vt præter alios latiùs comprobat Hieron. Gonz. *in rubr. octaua Cancell. gloss.* 18. *n.* 45. vbi ex Rota pluries decisum testatur.

Num. 15.

Svper hac re contrarias Doctorum sententias inuenimus. Prima est eorum, qui contendunt, in hac consuetudine immemoriali scientiam & patientiam desiderari, vt per Caualc. *decisione* 4. *numer.* 55. Bald. *consil.* 352. *num.* 3. *volum.* 1. Bartol. *in l.* 4. §. *in omnibus, num.* 1. & 2. *de public.* Alex. Raudens. *consil.* 1. *numer.* 461. Aretin. *in l. more, num.* 4. *ff. de acquir. hæreditate.* Salicet. *in l.* 2. *num.* 3. & 6. *C. noua vectig. inst. non poss.* post Ferrariens. *in forma libelli super actione confessoria.* §. *plenam, & omnimodam iurisdictionem, numer.* 15. *folio* 323.

Alij in contrarium sentiunt, vt per Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *quæ sint regal.* Salicet. *in l.* 2. *numer.* 4. *C. noua vectig. instit. non poss.* Aretin. *in cap. peruenit, numer.* 6. *de censibus.* Imol. *in l.* 1. §. *denique, numer.* 17. & *ibi* Roman. *n.* 4. *de aqua pluuia arcend.* Felin. *in cap. cùm nobis, num.* 2. *de rescript.* Purpur. *in l. imperium, num.* 183. *de iurisdict. omn. iudic.* Balb. *tract. de præscript.* 3. *parte principalis, glos.* 6. vbi dicit ita tenendum; & de communi testatur Mascard. *de probat. conclusione* 1215. *numer.* 42. & 46. vbi etiam de communi, & pluribus relatis Georg Acaz. *lib.* 1. *de priuileg. cap.* 4. *num.* 24. & eandem sententiam communem dicit Paul. Paris. *consil.* 27. *num.* 34. *lib.* 1. Tiber. Decian. *resp.* 124. *numer.* 49. *lib.* 3. Nicolaus Euerad. iun. *cons.* 47. *numer.* 11. *cum sequentibus, lib.* 1. Cost. *consil.* 49. *numer.* 8. & 9 Ferret. *consil.* 124. *num.* 5. *lib.* 1. Peregrin. *tract. de iure fisci, lib.* 1. *titul.* 2. *numer.* 66 Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 44. & 45. Horosc. *in l. imperiũ, n.* 1. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Bellalob. Didac. Peres, Mieres, quos refert Azeued. *in l.* 1. *titul* 15 *lib.* 4. *recopilat. num.* 11 Auendan. *tract. de exequend. cap.* 8. *numer.* 24. Garçia *de nobilitat. gloss.* 7. *numer.* 7. Barbos. *in l. comperit, ex numer.* 130. Menoch. *consil.* 91. & *consil.* 147.

Cæterùm hæc sententia, & eorum, qui cum auctore consentaneè tenent, verior & receptior est, & in præscriptione iurisdictionis aduersùs Principem tempore immemoriali idem tenent Bald. *in l.* 1. *Cod. de collus. detegenda. numer.* 3. Alex. *consil.* 30. *numer.* 17. *lib.* 5. Marant. *in l. & potest, num.* 299. *ff. de acquirend. hæredit.* Mascard. *lib.* 2. *de probat. conclusione* 879. *numer.* 15. Mier. *de maiorat.* 4. *parte, quæstione* 20. *numer.* 258. latiùs Barbos. *vbi sup. d. numer.* 130 qui pluribus sequentibus hanc sententiam aduersùs Couarruuiam, & alios veriorem dicit,

& Felin. *in cap. de quartis, de praescript.* Bursat. *consil.* 257. *numer.* 13. *lib.* 3 Ferret. *consil.* 61. *numer.* 14. Ioann. Zephal. *consil.* 441. *numer.* 35 *lib.* 2. quia est quid facti, & in casu simili videndus est Fusar. *de substit. quaestione* 308. *num.* 58. & probatur scientia ex nororietate, & publica voce, & fama, secundùm Bartol. *in l. is potest, numer.* 16. *ff. de acquir. haeredit.* Paul. Paris. *consil.* 72. *num.* 2. 6. *lib.* 3. gloss. & Doctor. *in l. si tutor. C. de pericul. tutorum.* gloss. *in cap.* 1. *verbo publicè, de potestate praelatorum*, atque etiam ex actibus per longum tempus successiuis, Aymon post alios plutes *vbi suprà* 4. *parte*, §. *materia, numer.* 62. Mascard. *de probatio. conclusione* 1294. *ex n.* 15. Cost. *de iuris & fact. ignorant. inspect.* 64. *numer.* 9 & de modo probandi vide Sfortia *tract. de in integ. rest. quaest.* 48. *artic.* 7. *num.* 30. Caesar Barz. *decisione Bononiens.* 61. *num* 19. *& decisione* 48. *num.* 23. *&* 27. Andr. Tiraquel. *de retract.* §. 36. *gloss.* 2. *num.* 31.

Num. 24. 25. & 26.

Contrarium tenet Auendan. *in l.* 41. *gloss.* 8. *in fin.* Sed auctoris opinio receptior est, vt per Garç. *in diuisione oper. de nobilitate, num.* 57. Burg. de Paz *quaest.* 2. *num.* 131. Peres de Lara *lib.* 1. *de anniuersar. & capellan. cap.* 5. *ex numer.* 47. Caualcan. *decisione* 28. *num.* 28. & praeter eos vide Mier. 4. *parte, quaest.* 11. *numer.* 82. Flores Diaz de Men. *in addit. ad Gam. decisione* 215. vbi subdit, quòd vnico successionis actu & ex consuetudine decennali cum aliis coniecturis transit onus probandi in aduersarium.

Num. 27. *vsque ad* 29.

De interpretatione legis partitae vide Mier. *de maiorat.* 4. *parte, quaestione* 20. *ex num.* 171. & an immemorialis probetur scripturis, addit. ad Ludouic. *decisione* 51. *num.* 10. Maresc. *lib.* 2. *controuers. cap.* 100. *num.* 16. Farinac. *decis.* 32. *num.* 2. *parte* 1. *in nouissimis.* Idem Mier. *vbi sup. num.* 279. *&* 295.

Num. 29.

His adde Mieres 3. *parte cap.* 7. *num.* 4. *&* 5. Auend. *in l.* 41. *gloss.* 17. *num.* 2. Matien. *in l.* 1. *gloss.* 12. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopil. numer.* 2. Idem penes Seraphin. *decis.* 430. *numer.* 10. *parte* 1. & haec est magis communis opinio. Farinac. *d. quaestione* 42. *numer.* 258 Mascard. *consil.* 749. *num.* 2. Surd. *consil.* 471. *num.* 20.

Num. 30.

Circa requisita testium, & de qualitate eorum in praescriptione primogenij, Mier. de quo proximè *numer.* 181. *cum seqq.* vbi & an eos esse bonae famae, sit necessarium probare. Burgos de Paz *consil.* 16. *num.* 5. Couarr. *in regula possessor.* 2. *parte.* §. 3. *numer.* 7 & licèt Angel. *hic* praecitatus loquatur in statutis, in quibus stricta interpretatio fieri deber, idem si hoc lege caueatur, vt in praesenti cum auctore consulendum censemus, ex traditis. Magon. *decisione* 93. *numer.* 7. Menoch. *lib.* 3. *praesumpt.* 1. *num.* 36. Farinac. *quaest.* 47. *num.* 204. *& quaest.* 62. *num.* 8. Matienz. *in l.* 1. *glos.* 8. *num.* 2. *&* 3. *titul.* 7. *lib.* 5. *recopil.* vbi Azeued. *numer.* 26. latè Zeuall. *quaest.* 900. *numer.* 110. *cum seqq.* Mier. 4. *parte, quaest.* 20. *num.* 97. Velazq. de Auend. *in d. l.* 41. *gloss.* 11. *numer.* 2. vbi dicit verissimum. Alter Auend. *tract. de exequend. mandat. cap.* 6. *num.* 6. Garç. *tract. de expens. cap.* 9. *numer.* 14. Ierond. *de gabellis*, 4. *parte, numer.* 27. & de communi testatur Ioann. Gutier. *tract. de gabellis. quaest.* 163. *num.* 9. *&* 10. vbi *num.* 11. subdit quòd haec Angeli communis opinio intelligenda est, quando lex canonica, vel statutum, ratione illius qualitatis, quam exprimit,

illos testes admittit, qui alioquin iure non essent admittendi, in quo sensu concludit Angel. locutum fuisse: at verò praxis aliquando contrarium obseruat.

Num. 31.

His adde P.Molin. *tract.* 2. *disputatione* 75. *num.* 9. Velazq. de Auend. *in dict. l.* 41. *gloss.* 12. *num.* 1. Farinac. *decis.* 445. *n.* 2. *part.* 1. *in nouiss.* & iuxta interpretationem text. *in l.* 41. *Tauri*, vide Cardinal. Mantic. *decisione* 189. *numer.* 3. Ludouis. *decisione* 196. *&* 298. vbi de ætate testium, & *ibi* addit. inter alia subdit, quòd ex solo rumore immemorialis præscriptio excluditur.

Num. 32. & 33.

Harum legum dispositio ad alios casus, in quibus de probanda immemoriali consuetudine contẽditur, ex paritate rationis protrahenda est, eo quòd in Regno nullas alias leges habemus de hac consuetudine pertractantes, cuius probationis generalem formam præstant, & quamuis in casu speciali disponant, exempla non arctant regulam.

* Contrarium tenent Azeued. *in dict. l.* 41. *numer.* 22. *&* 23. P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 76. *numer. fin.* Valenz. Velaz. *consil.* 93. *num.* 36. qui esse restringendas ac limitãdas asserunt, quia sunt leges correctoriæ, & quæ à iure communi exorbitant; sed auctoris sententia verior & receptior est, neque prædicta vrgent, cùm omnes leges Tauri non correctorias iuris communis, sed declaratorias esse ostensum est, ex *l.* 6. *titul.* 1. *lib.* 2. *recopilat.* & comprobatur ex adductis *infrà lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 24.

His adde Auend. *in d. l.* 41. *gloss.* 7. *&* 15. Matienz. *in d. l.* 1. *gloss.* 10. *numer.* 1. Addit. ad Ludouis. *decis.* 196. vbi cum Couarru. *hîc* præcitato asseuerat Rotam sensisse hoc requisitum necessariũ esse de iure cõmuni in probatione immemorialis præscriptionis, & sic cognitum ante legem Tauri. nam & de ea non meminerat Pontifex *in cap. licèt ex quadam, de testibus*; meminit tamen *gloss.* 1. *verbo ab vno*, & fuit de mente glossæ *in cap.* 1. *verbo memoria*, *de præscriptionibus*, & ex materia textus *in l. si arbiter*, *de probat. &* *l.* 29. *titulo* 16. *parte* 3. Valenz. Velazq. *consil.* 93. *ex numer.* 33. Gutierr. *lib.* 3. *practic. quæst.* 63. *numer.* 13.

Num. 34.

Vide Mier. 4. *parte, quæstione* 20. *num.* 704. *cum sequentibus.* Vincent. de Franch. *decis.* 56. *numer.* 5. 19. *&* 24. Nicol. Garç. *de benefic.* 1. *parte cap.* 2. *numer.* 42. Rota per Ludouis. *decisione* 252. vbi addit.

Num. 35.

Id ipsum agnoscunt Român. *consil.* 9. Aym. Crauett. *consil.* 216. Cardinal. Mantic. *lib.* 7. *titul.* 7. *num.* 5. Alex. *consilio* 143. *lib.* 4. Dec. *consil.* 173.

Num. 36. *vsque ad* 39.

Sequitur Velazq. de Auendan. *in dict. l.* 41. *gloss. vltima, num.* 3.

Num. 40. 41. & 42.

Sic tẽtum in praxi refert idem Velazq. *gloss.* 12. *ex numer.* 11. *& gloss.* 13. *per totam.* Idem probant alter Auend. *de exeq.* 1. *parte cap.* 6. *num.* 6. Matienz. *in d. l.* 1. *gloss.* 9. *ex numer.* 2. *&* 11. Rota per Ludouis. *decisione* 196. *numer.* 1. *&* 298. P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 76. *numer.* 4. Valenz. Velazq. *consil.* 93. *numer.* 33. Cardinal. Tusc. *verbo præscriptio immemorialis, conclus.* 552. *num.* 4.

Num.

Num. 43. vsque ad 51.

Ista sanè quæstio eget laboriosa disputatione: ego autem, vt iuxta institutum meum procedam, duas breuiter contrarias opiniones constituo.

Prima itaque est, quòd centenaria præscriptio æquiualet immemoriali. Canz. *in extrauagant. volentes, fol. 28. num. 37. 46. & 49.* Loaz. *in allegatione pro Marchione de los Velez. dubitatione 3. folio 449.* Brixian. *tract. fin. regundor. cap. 70. numer. 3.* Simon de Præt. *consilio 75. numer. 2. & 3.* Socin. iun. *consilio 6. lib. 3. & consilio 65. & 77. n 74. lib. 1.* Natt. *consil. 446. n. 11. & cons. 456. n. 14.* Tiber. Decian. *resp. 24. n. 111. & num. 114. lib. 1.* Menoch. *consil. 90. num. 44.* Albens. *consilio 64. numer. 58.* Rot. *decis. 545. num. 1. parte 1. & decisione 210. & 214. lib. 2. parte 2. in nouissimis, & decisione 243. & 717. lib. 3. parte 3.* & per Farin. *decis. 584.* Riccius *collectan. 638.* Mier. *de maiorat. 4. parte, quæstione 20. ex num. 230.* Valenz Velazq. *consilio 79. numer. 121.* Secunda verò opinio priori ex diametro contraria est, vt per Molin. Theolog. *tract. 2. disputatione 76. ex num. 1.* & ideo probata centenaria præscriptione, probata non censetur immemorialis præscriptio, quia infinitum tempus significat, vt *hic num. 46. & 47. & in versiculo quod etiam*, de quo exemplo vide And. *in cap. cum Apostolica, numer. 9. de his quæ fiunt à prælat.* & *ibi* Anton. *numer. 17.* Immol. 21. Ancharran. *num. 6.* Alex. qui communem dicit, *consil. 6. numer. 5. lib. 1.* Gabriel *lib. 5. titul. de præscript. conclus. 1. num. 22.* Garç. *de nobilitate, gloss. 13. num. 79.*

Reuera hęc posterior opinio in pũcto iuris longè validior est. Primò, quia immemorialis præscriptio tempus infinitum denotat, vt dictum est: at verò præscriptio centenaria, tempore finito circumscribitur.

Secundò, quia præscriptio centenaria requirit titulum; sed eo ipso quo immemorialis præscriptio probatur, titulum intercessisse præsumitur.

Tertiò, in præscriptione immemoriali omnes conditiones esse seruandas, quas lex 41. desiderat, quibus deficientibus etiam centenaria præscriptio probari potest, ex auctore *infrà num. 63.*

Quartò, & vltimò, Regalis iurisdictio, vel tempore immemoriali præscribitur, ex *l. 1. titul. 10. lib. 4. recopilat.* vel præscriptione quadragenaria cum titulo. *l. 1. titulo 15. dict. lib. 4. recopilat.* Sed nullo iure Regio cauetur, quòd centenaria præscriptio tantùm absque titulo ad horum præscriptionem sufficiat.

Hæc omnia pro auctoris sententia non mediocriter vrgere videntur, maximè in probatione maioratus, qui aliàs probari non potest, si qualitates ac conditiones deficiãt, quas lex 41 poposcit; quare attenta eius decisione præscriptio centenaria non æquiualet immemoriali, nisi titulus simul concurrat, prout in quadragenaria, vt teneat, interuenire necesse est.

Cæterùm ne improbabilis efficiatur immemorialis præscriptionis probatio, necessarium fuit hoc ad aliquod tempus restringere, vt explicat auctor *infrà numer. 61. versiculo, his tamen non obstantibus*, & cùm ad centum annos tantùm memoria hominis extendatur, & rarò eius vita vltrò progrediatur, idcirco centenariam præscriptionem habere vim præscriptionis immemorialis, prudentibus visum fuit; per tempus enim centum annorum renouatur, omne quod sub mũdi machina gubernatur, Bald. *in l. 1. C. de annal. except.* Soc. iun. *consilio 76. num. 86. lib. 1.* Re itaque perpensa prior opinio, non obstantibus fundamentis suprà iactis, tenenda est, prout ipsemet auctor tenere videtur *infrà numer. 61. dict. versiculo, ex quibus,*

vbi disputat,&sic cócludit:sed hoc ita verum, si probatur centenaria præscriptio cum qualitatibus immemorialis,ex Auendan. *in dict. l. 41. gloss. 1. ex num. 15. & tract. de cens. cap.* 8. *num.* 18.

Num. 51. *vsque ad* 53.

SVperiori disputatione ostensum est ab auctore,in primogenij præscriptione immemorialem,vel saltim centenariam præscriptionem cum titulo desiderari: nunc verò quadraginta annorũ cum titulo sufficere apertè demonstrat, eo quòd vniuersim quando ad præscribendum (sunt sanè hæc intelligenda) necessaria est immemorialis possessio, sufficiat possessio quadragenaria cum titulo. Quorum authoritate constat,quòd annorum quadraginta præscriptio cũ titulo ęquiualet immemoriali in præscriptione rerum, quæ aliàs non nisi tẽpore immemoriali præscribuntur. Hæc auctoris sentẽtia verissima est,& præter alios id tenẽt Couar.*in regula possessor 2 parte.* §. 4. *numer.* 5. *de regulis iuris in* 6. *& lib.* 1. *variarum,cap.* 17. *numer.* 7. *&* 8 Auend. *de exequend.mandat. cap.* 4. *num.* 20. Burgos de Paz *consil.* 33. *numer.*26. Matienz.*gloss.* 29.*numer.*4.*&* 5.*in l.*1.*titulo* 5.*lib.*4 *recopil.* Mascard.*de probat.conclus.*214. *num.* 6. *&* 7. Vera & communis resolutio est, quòd præscriptio quadragenaria cum titulo æquiualet immemoriali, quotiescumque ad præscribendum immemorialis præscriptio necessaria est,idque procedit non solùm in præscriptione maioratus, verùm etiam in præscriptione regalium, de quibus *hic* sermo est, nisi agatur de præscriptione rerum, quæ competunt Principi in signum supremæ potestatis, Mastrill. *lib.*3.*de magistratus cap* 1.*num.*30. Beluga *rubrica* 22. *numer.* 40. *ad finem.* Idem Mastrill. *vbi suprà lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 1. *cum seqq.* Idem Belug. *d. rubrica* 22. §. *& quia quotidiana, numer.* 45. Matienz. *gloss.* 1. *ad l.* 5. *titulo* 11. *lib.* 5. *nouæ re.* vel de præscriptione cõtra priuatum, qui adquisiuit Principis regalia, vel priuilegio, & concessione,vel consuetudine, quia tunc non requiritur tantum tempus ad præscribendum,sed sufficit tempus decem annorum cum titulo, vel triginta sine titulo. Bart. *in l. si publicanus* 4 §. *in omnibus vectigalibus,in principio,& num.*2.*&* 3.*de public.& vectig.* vbi addit. *litt.f.* Abb.*in cap.super quibusdam,de verborum significatione,numer.*2. Couarr.*in regula possessor* 2.*part.* §.3.*de iurisdictione,num.*5. *versic. hæc verò.* Bald. *consil.* 439. *lib.* 3. Anchar. *consil.* 142. *num.* 12. Abb. *consil.* 26. *numer.* 27. *lib.* 5. Palac. Rub.*in repetitione cap. per vestras, de donationibus.* §. *sed est pulchra, num.* 48. *versicul. adde prædictis.* Caued. 2.*parte decisione* 41.*numer.* 6. Mastrillus *lib.*1.*de magistrat.cap.*19.*numer.*26. Rosent.*cap.* 5. *conclusione* 17. *num.* 12. *litt. B.* Auend.*in cap.*1.*prætorum,versicul. si verò agatur, de præscribenda iurisdictione contra inferiores,num.*12. Azeued. *ad l.*2.*titulo* 15. *lib.*14 *gloss.* 2. *numer.* 4. Roderic. Xuarez *ad l.*1.*titulo* 18.*lib.*9.*num.*17.*&* 18. Zeuall. *commun.quæst.*45.*num.*4.& ita praxis obseruat. Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 10.*num.*40. Tiber. Decianus *consil.* 24. *numer.* 119. *lib.* 1. Beluga *in speculo Principum, rubrica* 22. §. *quia quotidiana, num.* 63. *&* 64. Loazes *in allegatione pro Marchione delos Velez. num.* 10. *versic. tamen si titulus. fol.* 453. Mier. 4. *parte, quæst.* 21. *numer.* 64. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 52. *ex numer.*2. præsertim *num.*11.*& quæst.*63.*num.*11.*&* 12. P. Molina *tract.*2.*disput.*1.75.*ex numer.* 1. Barbosa *de præscript.in l.comperit,numer.* 59. *& seqq.* Castill. *tom.* 5. *cap.* 93 §. 8. *num.*48. Modò loquimur sufficere spatium decem, vel viginti annorum cum titulo, quia tantùm contra priuatos, qui iure hæreditario in eis succedunt, præscribuntur, in quo punctо hic sanè magnus vir meritò conuincitur

tur legibus Regni, quæ in horum bonorum præscriptione vel immemorialem præscriptionem, vel saltim quadragenariam cum titulo desideiant.

Superior deinde auctoris elementalis conclusio intelligi oportet, quando contenditur de existentia maioratus, & in dubiũ venit, an bona de quibus quæstio est, sint libera, an verò sint maioratus, & vinculo restitutionis obnoxia, in qua specie præscriptio quadragenaria cum titulo sufficiens erit, in vim præscriptionis, non in vim interpretationis, ex auct. *infrà num*. 59. Secus verò vbi de præscriptione bonorum maioratus verè & realiter existentis, & nullo modo controuersi tractatur, quo casu militant adducta per auct. *infrà lib*. 4. *cap*. 10. *per totum*, Mier. 4. *part. quæst*. 21. *n*. 38. dicẽs sic vidisse in practica in successione cuiusdam maioratus. Pereyra *decisione* 52. *numer*. 13. D. Ioann. del Castill. *tom*. 5. *controu. cap*. 93. §. 8. *ex num*. 10. præsertim *num*. 13.

Ampliatur primò hæc sententia in præscriptione regalium, vt *hîc*, & ex Belug. *vbi suprà dict. numer*. 63. *&* 64.

Ampliatur secundò in causis nobilitatis. Mier. *dict. quæst*. 10. *numer*. 372. Garç. *de nobilit. gloss*. 10. *numer*. 1.

Ampliatur tertiò in præscriptione tributi & aliarum functionum. Garç. *vbi suprà*, *gloss*. 19. *numer*. 2. *&* 3. Otalor. *de nobilitate* 3. *parte cap*. 7. saltim *num*. 10. Flores de Mena *lib*. 2. *variarum*, *quæst*. 21. *numer*. 265. qui loquitur de seruitio ordinario, & moneta forera, latè per Cauagnol. in decret. Montisferrat. *decret*. 72. *quæst*. 18.

Limitatur primò, quando titulus continet apertum defectum, ex quo nullus & inualidus apparet. Mier. 4. *parte*, *quæstione* 2. *num*. 156. *& quæstione* 31. *ex num*. 65. P. Molin. *vbi suprà*, *& dict. numer*. 9. de quo vide *infrà numer*. 68. *vers. cæterùm*.

Limitatur secundò, quando de probatione maioratus agitur secundariò & incidenter, quo casu minor probatio sufficit, ex traditis ab Ægid. Bellam. *decisione* 570. Rota *sacri Palat. decis*. 803. *numer*. 1. *parte* 1. *diuersor*. Eadem Rota *decisione* 3. *de probat. in nouis*, Cassador. *decis*. 1. *in princ. de iure patronatus*. Hieron. Gonzal. *in regul*. 8. *Cancell. gloss*. 18. *numer*. 60. *& gloss*. 45. §. 2. *num*. 51. Ex quo fonte profluit quòd facta executione in bonis maioratus, si creditores ad distractionem progrediantur, bona esse libera contendentes, minor probatio desideratur, eo quòd de maioratu non principaliter, sed incidenter actũ est, sic in specie tenet Mier. 4. *parte quæst*. 21. *num*. 71. vbi quadragenariam etiam titulo deficiente admittit, & id ipsum probant Mandel. Albens. *consil*. 675. vbi VVesembec. *consilio* 4. *n*. 8. Cardinal Mant. *de contract. lib*. 25. *titulo* 6. *n*. 29. quod in pręscriptione 30. annorũ agnoscunt, Pereyra *de renunciatione emphytheut. quæst*. 15. *numer*. 1. Caualc. *decisione* 16. *numer*. 21. *parte* 4. *versiculo*, *vel sufficiet tempus*. M. Anton. Peregrin. *consilio* 94. *num*. 41. *lib*. 2. Denique superioribus adde, quòd tunc titulus iustam causam præscribendo præbere dicitur, quando ab habente potestatem prouenit, decisione Pedem. 60. *n*. 13 & de plurium sententia Petrus Surd. *consilio* 28. *à numer*. 53. *vsque ad* 57 optimè Mier. *tract. de maiorat*. 4. *parte*, *quæstione* 21. *numero* 65. & quando non est plenus per se, sed taliter quòd de aliquo defectu opponi potest, vt in exemplo de quo maximè auctor vnus est *in præsenti*, *& infrà num*. 53. *&* 54.

Num. 53. & 54.

His adde Stephan. Gratian. *lib*. 3. *discept. cap*. 499. *n*. 7. qui plura adducit Ioan. Gutierr. *lib*. 3. *pract. quæst*. 63. *num*. 22. *& infrà numero* 68. *versiculo cæterùm*,

rùm, & his non relatis Barbof. *de præſcript. in fin. ex num.* 378. vbi *n.*383 limitat quando hæc confirmario impetrata eſt, priuſquam liserat mota, vel moueri ſperabatur.

Num. 55. & 56.

VIde *ſupradictum numerum* 16.

Num. 57. *vſque ad* 60.

VIde *ſuprà lib.* 1. *cap.*5. *num.*39. *verſicul. quæ omnia*. Caſtillo.

De hac obſeruantia interpretatiua plura ſcripſerunt And. Bell. *conſil.* 1. *num.*1. Laurent. Siluan. *conſil.* 88. *num.* 27. *lib.* 2. Auguſt. Beroy. *conſil.* 113. *num.* 25 Franc. Bec. *conſil.* 101. *numer.* 47. *vol.* 1. Socin. iun. *conſilio* 168. *numer.* 42. Iacob. Menoch. *conſilio* 400. *numer.* 12. & *conſil.* 104. *numer.* 22. Peregrin. *conſil.* 34. *num.* 6. *volum.*3. Tiber. Decian. *conſil.*63. *num.* 31. *volum.* 4. Petr. Surd. *conſil.* 254. *numer.* 29. *lib.* 2. Hercul. Mareſc *lib.*1. *variarum cap.* 13. P. Ioann. Fontan. *tract. de rit. nupt.* & *pact. matrimon. tom.* 2. *clauſul.* 6. *gloſſ.* 3. *parte* 2. *num.* 4. Sixtinus *tract. de regalibus, cap.* 5. *numer.* 109. Maſcard. *de probat. concluſione* 1044. *numer.* 6. *lib.*2. Mier. *de maiorat.* 4. *part. quæſt.* 20. *ex n* 330. Auēd. *in l.* 41. *Tauri, gloſſ. in fine.* Peres de Lara *tract. de anniuerſar.* & *capellan. lib.*1. *cap.* 5. *numer.* 48. & 49. aſſeuerantes quòd hæc conſuetudo decem annorum tempore tantùm circunſcripta, ad interpretandam dubiam inſtrumenti diſpoſitionem ſufficiens eſt, etiamſi tempus immemoriale ad præſcribendum requireretur, ex auct. *hic num.* 58. Aymon *conſil.* 101. *num.* 3. & *conſilio* 118. *num.* 21. *lib.* 1. & *conſil.* 828 *numer.* 11. *lib.*5. Tiber. Decian. *reſp.* 44. *numer.* 16. *lib.*2. Ioann. Franciſc. Purpurat. *conſil.* 367. *numer.* 77. Socin. *conſilio* 111. *num.* 4. & 5. & de plurium ſententia Petr. Surd. *conſil.* 140. *num.* 40. Iacob. Menoch. *conſilio* 21. Ioann. Garç. *tract. de nobilitate, in diuiſione operis*, *numer.* 57. Ioann. Gutierr. *conſilio* 2. *numer.* 10. Mier. *dict. quæſt.* 20. *ex numer.* 330. Sixtin. *vbi ſuprà*, *dict. numero* 109.

Reuera ab hac auctoris ſententia ſuperiora diſſentiunt, quibus compertum eſt, quòd ad præſcribendum pro maioratu, vel immemorealis præſcriptio, vel ſaltim quadragenaria cum titulo requiritur, & ideo hæc auctoris opinio, ſcilicet, quòd ſcriptura maioratus dubia ſpatio decem annorum interpretatur tam, modico temporis lapſu an poſſit ſuſtineri dubitamus. Primò, quia ſi hoc eſſet verum, induceretur nouus modus probandi præſcriptionem in materia maioratus, id eſt, conſuetudine decem annorum, contra mentem & expreſſam diſpoſitionem legis 41. Tauri.

Secundò, probatio immemoralis præſcriptionis fieri debet cum omnibus ſuiſqualiratibus, de quibus in dict. l. Regia notum eſt; ergo illis deficientibus minor probatio non ſufficiet.

Tertiò, ſi titulus qui præſcribendi cauſam præſtat, validus eſſet, nulla alia præſcriptione egeret, ſed cùm aſſeueramus quadragenaria cum titulo ad præſcribendum opus eſſe, ſupponimus titulum per ſe validum ac ſufficientem non eſſe, & bona fide poſſidentis tantùm validum reputari; ſi verò cum prædicto titulo dubio, & pro vero habito, requiritur 40. annorum præſcriptio ad minus, ad inducendam præſcriptionem maioratus, quomodo decem anni ad interpretandam dubiam voluntatem ſufficient?

Quartò, omnis interpretatio fieri debet, quominus noceat: at verò ex hac interpretatione maximum damnum cæteris filiis affertur.

Hæc omnia auctoris ſententiam difficilem reddunt, in qua re ſic diſtinguendum cenſemus.

Aut

Aut constat de maioratus institutione per scripturam, & cōtenditur de probando ordine succedendi contra expressum ipsius scripturæ tenorem, tunc requiritur immemorialis præscriptio, vt *suprà lib.* 1. *numer.* 22. apparet.

Aut agitur de interpretandis tantùm aliquibus verbis dubiis clausularum ipsius maioratus; tunc verò ordinaria præscriptio consuetudinis decem annorum proculdubio sufficiet, ídque praxis admittit, ídque auctorem sensisse, potius quàm succubuisse fatendum est, & Auend. *in l.* 41. *Taur. gloss.* 1. *num. fin.*

Aut non constat de institutione maioratus, quia verba dispositionis sunt ambigua; tunc verò quagraginta annorum possessio cùm titulo interuenire necesse est, vt pluribus adductis ostensum est *suprà numer.* 51. etsi ab hac sententia auct. in totum non recedit *num.* 59. *in fine*, nam etsi explicitè eam non firmet, tamen deliberandum reliquit. Sic explicat & concludit Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 63. *numer.* 34. videndus ex *num.* 28.

Qua retenta sententia, superaddendum censemus quòd prædicta obseruantia debet esse vniformis, & non varia, Bart. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. solut. matrim.* Alex. *consil.* 5. *num.* 7. *lib.* 5. Philipp. Decius *consilio* 11. *numer.* 12. Crauett. alios referens *consilio* 96. *num.* 5. Petr. Surd. *consilio* 43. *numer.* 6. *&* *consilio* 114. *numer.* 6. *lib.* 1. Hercul. Maresc. *lib.* 1. *variarum, cap.* 13. *num.* 15. & in casu dubio, vltimi status præualent, Rodriq. Xuares *titulo de las herencias*, *numer.* 24. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap.* 5. *numer.* 18. ídque in materia beneficiali probat Rota *decisione* 14. *de iure patronatus*, *in antiquis*, & plura referens tenet eadem Rota per Farinac. *decisione* 373. *numer.* 3. *parte* 2. *in nouiss.* Hercul. Maresc. *lib.* 1. *variarum, cap.* 55. *numer.* 1. *cum sequentibus*, quia ex actu difformi coniectura veritatis capi non potest, Bald. *in l.* 1. *C. de probat.* Aymon alios referens *dict. consilio* 96. *numer.* 5. Roland. *consil.* 13. *num.* 18. *lib.* 4. cum Surd. & Marescot. *suprà* adductis.

Et e conuerso, ex contraria obseruantia tollitur instrumenti fides, Aym. *consil.* 949. *num.* 15. *lib.* 5. Fulg. *consil.* 151. *num.* 1. *versiculo* 3. Menoch. *lib.* 5. *præsumptione* 20. *numer.* 37. Nicol. Garçia *de scriptura priuat. quæstione* 6. *numer.* 50. Cardin. Tusc. *lib.* 3. *pract. conclusione* 44. *verbo falsitatis*, *ex multis numero* 49.

Vlteriùs superiora in quocumque negotio locum habent, vbi de robore scripturarum contenditur, ex Crauet. *consilio* 101. *numer.* 4. *consilio* 158. *numero* 1. *&* *consilio* 277. *numero* 2. Francisc. Bec. *consilio* 103. *numero* 26. Thomas Grammaticus *decisione* 106. *numero* 9. Fuluius Pacianus *lib.* 1. *de probat. cap.* 65. *numero* 65. Anguian. *tract. de legib. lib.* 1. *contro.* 6. *numero* 67. *&* 75.

Num. 60. *vsque ad* 64.

VErsic. *in secunda specie.* Vide Rotam *decisione* 214. *lib.* 2. *parte* 3. *diuers. & decisione* 243. *lib.* 3. *parte* 3. *diuers.* P. Molin. *de quo supra*, Ioann. Garç. quos refert cū auctore Barbos. *de præscript. in rub. numero* 172. *&* 173. Albens. *consilio* 64. *numero* 58. & in inuestitura, quæ initium possessioni dedit à centum decem annis citrà, Tiber. Decian. *resp.* 24. *à numero* 110. *versiculo, quia omnia, cum seqq. volum.* 1. Ioann. Garçia *de nobilitate, gloss.* 12. *numero* 69. *cum seqq.* Iason *consilio* 208. *numero* 8. *libr.* 2. *&* *consilio* 140. *colum.* 1. *numero* 8. *volum.* 4. vbi ait immemorialem probari ex eo quòd lapsi fuèrunt centum & viginti anni. Sozin. iun. *consilio* 6. *à numero* 16. *lib.* 3. *vbi in possessione* 108. *&* *consilio* 76. *numero* 52. *&* 73. *&* 90. *lib.* 1. *vbi in præscriptione* 140. & de vtroque

probationis genere Cald. Pereyr. *lib.* 1. *recept. sententiarum*, *quaestione* 23. *numero* 110. Rota per Ludouis. *decisione* 51. vbi addit auctores, probat distinctionem, & iterum *decisione* 298. vbi etiam addit Mier. 4. *parte*, *quaestione* 10. *numer.* 335. *&* 371. Azeu. *in l.* 1. *titulo* 7. *numer.* 7. *lib.* 5. *recopil.* Sesse *decisione Aragon.* 362. *num.* 31. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotid. controu. cap.* 93. §. 8. *numer.* 48. Perez de Lara *tractat. de vita hominis. cap.* 31. *ex numer.* 86. & pro distinctione, de qua in praesenti *numer.* 63. *versic. sed quamuis. & versic. si verò*, vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 9. §. 8. *numer.* 49. Perez de Lara *vbi proximè*, *versicul. potest tamen.*

Aduertendum est etiam, quòd haec distinctio à centum annis vltrà, vel citrà, quam communiter interpretes cum auctore tenent, debet intelligi ac practicari, quando non datur certum ac indubitatum praescriptionis initium, quo casu corruit immemorialis praescriptio, sed tantùm locum habebit, quando probatur memoriam extare per actus praescriptionis contrarios, vt *infr. num.* 65.

Versiculo, ex quibus constat. Nauarr. *hic* præcitatus tenet, quòd post professionem tales Commendatarij tanquam religiosi de bonis disponere non possunt, ex *auth. ingressi*, & ex motu Pij V.

Sed huius auctoris sententiam rigidam appellat P. Molin. *tract. de iust. & iure. disputat.* 141. *tract.* 2. *versiculo, est verò rigida*, & tam de patrimonialibus, quàm de fructibus commendatarum, liberam disponendi facultatem & maioratum instituendi eos habere testatur, eo quòd non sunt religiosi perfectè & integrè; subdens quòd motus Pij V. intelligendus non est de his Commendatariis cõiugatis, qui, prout patitur antiqua consuetudo, dominium bonorum suorum habẽr, nec reperitur in Hispania receptum, nisi quoad milites & Commendatarios Diui Ioannis, & vtriusque Molinæ sententiam sequuti sunt P. Azor *in sum. lib.* 13. *moral. cap.* 5. dicens, tales milites testari posse tam de patrimonialibus, quàm de fructibus commendatarum, & quòd motus Pij V. solùm arogauit licentias & facultates testandi, non ordinis constitutiones Ecclesiæ auctoritate approbatas, vel consuetudinem moribus vsque receptam, Sarmient. *tract. de redit. Ecclesiast.* 4. *parte, cap.* 2. *numer.* 4. & post omnes P. Thom. Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 8. *à numer.* 28. vbi *numero* 29. loquitur tam in patrimonialibus, quàm in reditibus commendatarum, ex permissione summorum Pontificum Innocent. VIII. & Clemenr. VII. & Gregor. XIII. & hanc sententiam probant Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæstione* 14. *numer.* 20. Zeuall. *quæst.* 308. *num.* 64. qui omnes asseuerant, hos milites in

vtroque foro tam de patrimonialibus, quàm de redditibus Ecclesiasticis disponere posse, quod auct. *in versiculo, sed verius quoad ius poli*, deliberandum censet.

Hæc sententia limitatur in militibus Hierosolymitanis ordinis Diui Ioannis. Rota per Ludo. *decisione 87. & dec. s. 109.* vbi ampliat, quamuis non essent claustrales, seu præfecti commendæ, ex Mohedan. *decisione 10. de caus. poss. ac propriet.* hi enim sunt veri religiosi, vt constat ex constitutionibus ordinis, & ex verbis Innocentij, vt per Osasc. *decisione 27. numer. 18.* Rota *decisione 177. numero 1. part. 2.* in recentioribus, & sic quoad professionem comprehenduntur sub decreto sacri Concilij *sess. 25. de regular.* & filij eorum sicut ex aliis religiosis incestuosi dicuntur, Riccius *collect. 216.* per totam. Ioann. Franc. Pont. *consil. 14. numero 3.* & horum professio dirimit matrimonium ratum, non consummatum, ex Nauarr. *tract. de redditibus, in fin.*

CAPVT X.

Num. 1. vsque ad n. 5.

ADDE P Molin. *tract. 2. disputat. 606. numer. 1. in fine.*

Num. 5.

IBi, *Addentes insuper.* Tale pactum apponi non potest in grauamen debitoris censuis, vt testatur Ioseph. Sess. *decisione Arag. 30. part. 1.* sed contrarium puto verius.

Num. 6.

IBi, *considerato tamen.* Vide Gasp. Rodriq. *de redit. lib. 2. quæst. 15. numer. 89.* P. Molin. *tract. 2. disput. 606. ex numer. 1.*

Num. 10.

PRosequitur Parlad. *rerum quotidian. cap. 3. numero 43.* & his adde Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 107.* Matienz. & Auend. *in l. 8. titulo 10. lib. 5. recopil.* Gutierr. *de iuram. confirmat. 1. part. cap. 12. num. 2.* & an fieri possit ex causa dotis, vide Mier. *1. parte quæstione 20. numer. 61.* de quo D. Ioann. del Castill. *lib. 4. controu. cap. 53.*

Limitatur primò, vt per auct. *suprà num. 13.*

Limitatur secundò, vt per ipsum auct. *num. 15.*

Num. 11.

ADde, pluribus adductis, Ioann. Gutierr. *tract. de iurament. confirmat. cap. 11. numer. 11.* vbi refert, & sequitur D. Ioann. del Castill. de quo proximè *num. 3.*

In eodem num. ibi, *etiamsi ipsa donatio iurata sit.* Vide Loazes *in allegatione pro Marchione de los Velez, in vltimo suæ partis fundamento, numer. 42. pagina nobis 211.* Ioann. Gutierr. *vbi suprà numer. 11.* Menoch. *consilo 184. numer. 10. lib. 2.* Cardin. Tusc. qui dicit communem, *conclusione 648. litt. D. numer. 8. & 21.* Fontan. *tract. de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 21. part. 1. ante num. 68.* Manzin. *tract. de iuram. 4. part. effectu 529. num. 1.*

In qua quæstione vlteriùs nota, quòd etsi iuramentũ nõ operetur, vt donatio valeat, quoad præsentia & futura, saltim quoad præsentia sortitur effectum, vt referunt Guid. Pap. *singul. 844.* Grat. *consil. 70. numero 23. & 24. lib. 1.* Cagnol. *in l. vltima numer. 217. & 222. Cod. de pact.* Seraphin *de priuileg. iuram. priuileg. 107. numer. 3.* Fontan. *de pact. nupt. clausul. 4. gloss. 21. part. 1. ex numer. 68.* Francisc. Viuius *in sylua commun. opinion. opinione 207. numer. 6.* Et ratio est, quia iuramentum

tum facit valere actum, omni meliori modo quo possit, *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2.* Seraphin *vbi suprà priuilegio 98. num. 1.*

Num. 12.

HÆc conclusio duas partes continet. Prima est, quid sit de iure communi; secunda verò est, quid de iure Regio. Quoad primam, non ambigitur institui posse primogenium de omnibus bonis præsentibus, eo quòd talis donatio de iure communi prohibita nõ est. *l. omnes §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit.* vbi gloss. & Doctores. P. Molin. *tract. de inst. & iure, disput.* 280. *colum.* 171. Matienz. *in l. 8. titulo* 10. *gloss.* 1. *numero* 3. *& 6. lib.* 5. *recopil.* Cardinal. Tusc. *conclusione* 648. *à numer.* 20. *tom.* 2. *litt. D.* Quoad secundam verò partem iure Regio id prohibitum est extante lege Regia *hîc* præcitata, vt notant *suprà* relati, quibus adde Ioann. Gutierr. *de iuramento confirmat. cap.* 10. *n.* 2. & auct. *infr. num.* 16.

Num. 13. & 14.

HIs adde P. Molin. *d. disputatione* 280. *colum.* 181. *versiculo ex omnibus, & versiculo, si primo modo*, quæ sententia procedit, maximè si parentes simpliciter maioratum instituunt, quo casu libera illis reuocandi facultas est, ex *l.* 44. *Tauri, & l.* 4. *titulo* 7. *lib.* 5. *recopil it.*

Quod limitatur in extraneo, quia *dict. l.* 44. in eo procedere non videtur, ex adductis à Velazq. *ibi gloss.* 1. *num.* 9. quæ nullam de extraneo mentionem facit, & *l.* 17. *Tauri*, quæ eadem est cum *l.* 44. non procedit in extraneo, & hęc ratio vrget plurimum, vt existimemus quòd præsens auctoris conclusio non procedit in extraneo, maioratum simpliciter instituente, vt per Azeued. *in dict. l.* 4. *numer.* 11.

Num. 15.

SIc limitantur adducta ab auct. *suprà numer.* 10. de quo Mier. 1. *parte quæst.* 15. Velazq. *in dict. l.* 44. *gloss.* 2. *numero* 26.

Num. 16.

ADde P. Molin. *dict. disputatione* 280. *colum.* 182. Azeued. *in l.* 8. *titulo* 10. *lib.* 5. *recopilat. ad fin.* D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 53. *num.* 35. & auct. *suprà numer.* 12.

Num. 17.

VIde Gutierr. *vbi suprà ante numer.* 10. P. Molin. *dict. disputatione* 280. *colum.* 180. *versiculo, dubium postremò.*

Contrarium tenent Crauet. *cons.* 256. *numero* 1. Menoch. *consil.* 92. *numer.* 5. *lib.* 1. Faehin. *lib.* 5. *controu. cap.* 87. Mont. *in l. pactum quod dotale, numer.* 22. *de pact.* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *à numero* 12. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 11. *num.* 10. Sed has sententias contrarias reuocat in cõcordiam P. Molin. *dict. disputatione* 280. *colum.* 180. *versiculo, hoc loco obserua*, & ex consuetudine hanc donationem valere asseuerarunt Menoch. *consil.* 1. *numer.* 161. & 163. & *consil.* 72. *num.* 53. Michael Crass. *recept. sent. §. successio ab intestato, quæst.* 9. *numer.* 4. & vtcumque sit auctoris sententiam in praxi vidimus obseruari.

Num. 18.

PLuribus relatis id tenet Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 49.

Ibi, *Qua ratione defendi.* Nota quòd Boerius *hîc* allegatus, loquitur in donatione contemplatione certi matri-

 monij,

monij;sed quid quando fuit facta contemplatione certi matrimonij, & factum non est postea certum, vide auct. *infrà lib.4.cap.2.num.16.*

Num. 19. *vsque ad* 22.

HAs sententias contrarias Pauli, refert Gam. *decisione* 166. vbi priorem communem dicit, & iuxta eam in senatu Lusitano refert iudicatum, de quo Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 11. *de iuramento confirmat. numer.* 14. P. Molin. *de iust. & iure. dict. disputatione* 280. *colum.* 176. Matienza *in l.* 8. *titulo* 10. *gloss.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* quos cum auctore sequimur.

Num. 22.

HIs adde Gutierr. *de quo proximè*, P. Molin. *dict. disputatione* 280. *column.* 178. *versiculo hanc opinionem*, & pro Couarr. *hic* præcitato, vide quæ refert Zeuall. *lib.* 1, *quæst.* 180. *numer.* 1. & *quæst.* 310. *numero* 11.

Num. 23.

VErsic. *cui rationi.* His adde Azeued. *in dict. l.* 8. *numer.* 5. Felician. *de maiorat. tom.* 2. §. 1. *numer.* 14.

Quid si donatio fiat, certa quantitate reseruata, de qua possit testari donatarius, & non disposuit, de ea videbitur in proximiores venientes ab intestato tacitè disposuisse; & pro affirmatiua vide Bald. Nou. *in l. cum filio, numer.* 4. *ff. de legat.* 1. quem sequitur plures referens Vincent. de Franch. *decisione* 45. *numer.* 2. Petr. Surd. *decisione* 272. & *consil.* 357. *numer.* 8. ex *l. si quis cùm nullum, l. conficiuntur. ff. de iure codicill. l.* 1. *verbo maximè. ff. de collatione bonorum*, quibus probatur, quòd decedens ab intestato videtur tacitè in proximiores dispossuisse. Petr. Surd. *d. decisione* 172. *num.* 9. & secundùm hanc sententiam iudicatum fuisse in senatu Casalensi testatur ipse Surd. *in fine, & consilio* 357. *numero* 8. & eadem ratione si pater donabit filio vsque ad summã 1000. scut. ita quòd si sine filiis decederet, possit disponere vsque ad sumã 500. scut. cui voluerit, & in reliquis succederet nepos ex filio primogenito; si filius donatarius non disposuit, videtur disposuisse in proximiores venientes ab intestato, vt fuit decisum in senatu Neapolitano, ex Franch. *decisione* 45. & iterum *decisione* 600. in donatore, qui omnia bona donabit, reseruata facultate disponendi de ducatis 40. & idem decisum fuit in senatu Mantuano, apud Surd. *d. decisione* 272. & eandem decisionem refert ipse Surd. *consil.* 357. *numer.* 8. vbi in simili, & idem tenet alios referens Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 221. *numero* 1. & 2. & hæc est vera & recepta conclusio, reprobata distinctione Thesauri *decisione* 97. qui de prædicta *decisione* 45. Vincentij de Franch. non meminit; quam si viderit, fortè contrarium dixisset, & expressè aduersùs Thesaurum decisum est *decisione* 600. & in aliis superiùs allegaris.

Er an prædicta donatio insinuationem requirat, vide Florez de Mena *in addit. ad Gam. vbi suprà*, & pro sententia auctoris, vide Ioann. Gutierr. *de iure confirmat. cap.* 11. *numero* 14. P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom.* 2. *disputatione* 280. *versiculo dubium est.* Andreã Fachin. *lib.* 6. *controu. cap.* 89. Cardinal. Mantic. *tract. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *titulo* 32. *ex num.* 1. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer.* 4.

Num. 24.

SIc fuisse obtentum refert Thesaur. *decisione* 209. Prosequitur Iacob. Canz. 1. *part. variarum, cap.* 2. *de Trebell. & falcid.*

falcid.n. 46. Quid vbi reseruatio facta est cum facultate disponendi tam in morte, quàm in vita? vide Hieron. Gabr. *consil.* 139. *per totum*, Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13.*titulo* 31.Cardin.Tusc. *tom.2.pract.conclusione* 648. *per totam*. Fontan. *tract. de pact. nupt. parte* 4. *glossa* 23. *numero* 18. & 19.

Num. 25.

PRo hac verissima sententia vide Cardinal.Mantic. *de tacit.& ambig. conuent. lib.* 13. *titulo* 32. Cardinal.Tusc. *tom.2.verbo donatio,conclusione* 648 *numer.* 63.Alex.Trentac.*lib.* 3. *variarum,resolutione* 3.*num.*18. Fontan. *de pact.nupt.clauf.* 4.*gloss.*22.*num.*10.

Cæterùm dubitari potest quanta debet esse quantitatis reseruatio? Clarus *hic* præcitatus sufficere partem vigesimam patrimonij asserit, quem nonnulli sequuti sunt, relati à Cardin. Tusc. *dict.conclusione* 648.*numero* 70. Zephal.*consil.*485.*num.* 137. Sed qui postea post Clarum scripserunt,aliter sentiunt,& cum auctore hanc quantitatis reseruationem in arbitrio iudicis reliquerunt, vt per Gam. *decisione* 255. Iacob. Menoch. *de arbitrar. in proœmio, numer.*4.& 5.Cagnol. *in l.fin.numero* 242. *C.de pact.* Iacob.Canz. *lib.*3.*variarum,tit. de inuentione,cap.*2.*numero* 127.& reseruatio iudicis arbitrio facta, talis debet esse,vt probabile sit, ipsum donatarium repertutum hæredem. Fontan.*tract.de pact.nupt.clauf.*4.*gloss.* 23.*ex numero* 1. vbi *ex numer.*5.refert decisum.

Num.26.vsque ad 30.

SVper hac re has principales conclusiones deducendas esse censemus.

Prima conclusio est, quòd Episcopus regularis, quidquid post dignitatem adquisiuit, siue ex fructibus Ecclesiæ, siue ex industria propria, eo mortuo adquiritur Ecclesiæ,non verò religioni, ideóque de his testari non potest,vt post Couarr. referunt Tapia *in authent.ingressi,verbo sua*, *c.*66. *de sacros. Ecclesiis*. P. Thom. Sanchez *in summa, tom.*3.*lib.*7.*cap.*3.*numer.* 2. adquirit namque suæ Ecclesiæ cum sola administratione in vita, quæ morte finitur, Sanchez *vbi suprà*, & confirmatur ex authēt.*ingressi*,ibi, *neque ideo de his*, vide Diu. Thom. *secunda secundæ,quæst.* 183. *articulo* 8. & sic videtur in præsenti auctorem sensisse,Episcopum regularem maioratum instituere non posse, nec in contractu,neque in testamento,neque ex reditibus Ecclesiæ, neque ex bonis patrimonialibus, aut aliunde quæsitis, quia ipsemet auct. Episcopos seculares à regularibus separat, & horum inspectionem ad caput præcedens remittit, vbi de monachis disseruit, innuēs in hac tractatione Episcoporum regularium, & monachorum eandem esse constituēdam rationem. Rectissimè quidem, vt ego arbitror, quia monachus per promotionem ad Episcopatum, à voto paupertatis non eximitur; sicut nec ab aliis, nisi quatenus munus Episcopale impediunt, vt præter auctorem *hic* explicant P. Thomas Sanchez *in præcept. Decalogi lib.*6.*cap.*6.*numer.* 8. Barbos. *de Episcop.*3. *parte,allegatione* 114.*num.*18. Xuar. *de Religione* 4.*tom.tract.*8.*lib.*3.*cap.*16.*ex numer.* 4.ex quo sequitur, illum voto paupertatis adstrictum non esse dominum redituum Episcopalium, sed administratorem.Diu. Thom. *secunda secundæ quæstione* 88. *articulo* 11. & *quæstione* 185. *articulo* 3. explicant optimè Xuar. & Sanchez *suprà*, & consequenter, non posse donare; quod quidem administratori prohibitum est,etsi liberam habeat potestatem. *l. contra iuris.* §. *si filius,de pact.l.filiusfamilias.ff.de donat.*cum simi-

similibus, & ita in terminis deseruit textus *in cap. cùm olim 12. §. præterea, de priuileg.* vbi donationem ab Episcopo Canonico regulari monasterio factá restitui iubet, quia nimirum fuit in præiudicium Ecclesiæ, cui omnia adquitit, *cap. vnico*, 18. *quæst. 1.* & Sanchez *vbi suprà dict. cap. 32. ex num. 62.* Xuar. *vbi suprà ex numer. 3.* & glossa *verbo restituendam*, hanc rationem illi textui assignauit, quam sequuntur Ioann. Andr. Hostien. Abb. & reliqui scribentes, qui donationem immodicam prohiberi Episcopo regulari, pro constanti habent; explicat omnium optimè Xuar. *suprà num. 18. & 19.* & decisum est apud Capycium *decisione* 200. Pereyra *decisione* 75.

Quod limitatur pro dotanda consanguinea paupere, Rota per Ludouis. *decisione* 401. Barbos. *dict. allegatione* 114. *ex num.* 34.

Idque adeò verum est, quòd si obtinet à Pontifice licentiam testandi, etiam ad pias causas, tenetur explicare duplex impedimentum, vnum, esse religiosum, alterum, se esse Episcopum, vt post Enriquez refert P. Thom. Sanchez *in præcept. Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 11. folio nobis 97.* & idem tenet Carol. de Tapia *in dict. authent. ingressi, versiculo ideoque, capit. 1. numero 32.* vbi ampliat in Cardinali Episcopo; & quid in Pontifice vide vltra præfatos Rodriq. *tom. 3. quæst. regul. articulo* 4. August. Barbos. *de Episcop. 3. parte allegatione* 114. *num.* 24.

Ad quod strictè procedendum est, ideóque obtenta testandi licentia, non potest in vita disponere, Ioann. Alois. Ricc. *in praxi Ecclesiastica fori, tom. 3. titul. de spoliis clericorum, resolutione* 426. *ex numer.* 3. Andr. Molfes. *consil. 24. numer. 6 post tom. 2. consuet. Neap.*

Num. 30. *vsque ad* 35.

HÆc omnia nouissimè transcribit Stephan. Gratian. *tom. 5. discept. forens. cap.* 854. vbi *numero* 58. sic distinguit, & adde P. Thom. Sanchez *lib. 6. moral. cap. 6. tom. 2. ex numer.* 12. Barbos. *de Episcopo, allegatione* 114. *ex numero* 32. Menoch. *consil.* 226.

Num. 35. *vsque ad* 40.

PRosequitur P. Thom. Sanchez *de quo proximè*, & vide relatos *infrà numer.* 40.

Num. 40. *vsque ad* 45.

IN hac quæst. auct. meritò deliberandum censet *infrà numero* 44. quia summè difficilis redditur, ex decisione textus *in cap. ad hæc*, vbi clericis in infirmitate constitutis, permittit donare sub duabus conditionibus. Prima, vt moderata sit donatio; secunda verò vt fiat eleemosynæ intuitu, & sic nescio quo pacto illis permittit auctor maioratus institutionem, qui plerumque ex magna bonorum parte, & semper ob conseruationem familiæ, fit vtrumque contra illius textus mentem, & verba, cui non satis facit, dum respondet non probare illam conclusionem, nisi per argumentum à contrario sensu. nam cùm in iure canonico non reperiatur textus qui clericis ægrotantibus donationem absolutam permittat, *cap. ad hæc*, decidit, quantum & quo titulo debeant erogari, neque *l. Seia. ff. pater, de donat. caus. mort.* ad hunc sensum adaptari potest, quia vbi testamenti factio permissa est, cessat fraudis præsumptio in egressu de re facta, quantumuis irreuocabilis; secus si de his bonis testari non possit, qui eo tẽpore donat *l. filiæ meæ, ff. solut. matrim.*

quam

quam exornat Menoch. *de præsumpt. lib.4 præsumptione 83. & lib.6. præsumpt. 8.* P. Thom. Sanch. *lib.7. de matrim. disputatione* 103. *num.* 9. quod maximè procedit, quando donatio sui maioratus ex magna bonorum parte fit, ex *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit.* & meritò contrariam sententiam tuetur Sarmient. hîc relatus, Barbos. *de Episcop.* 3. *parte, allegatione* 14. *numer.* 131. licèt auctorem sequantur Gratian. *lib.* 5. *cap.* 854. *numer.* 59. P. Thom. Sanchez *lib.* 5. *in præcept. Decalog. cap.* 6. *numero* 12.

Num. 45.

ADde Florez de Mena *in addit. ad Gam. decisione* 316. *versiculo, secundò adde.*

Num. 46. 47. & 48.

PRosequitur Iacob. Sextimas. *tractat. de Catholicis institution. cap.* 9. *numer.* 90. subdens legem Regiam 13. *titulo* 8. *lib.* 5. *recopilat.* editam fuisse ad sedandas seditiones, non verò vt clericorum conscientia esset tuta, prout inferiùs actum est, *numer.* 53. quos sequuntur Barbos. *in l. diuortio* 2. *part. num.* 61. & 62. P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione* 147. *conclusione* 11. Azeued. *in l.* 13. *numer.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* Less. *lib.* 2. *tract. de iust. & iure, cap.* 19. *dubit.* 4. *numer.* 44. Barbos. *de officio & potest. Episcop. allegatione* 114. *numer.* 4. *prope finem*; quibus adde Menoch. *consil.* 66. *numer.* 32. & *de arbitrar. cas.* 433. *num.* 35. P. Molin. Rodriq. *quæstion. Regul. tom.* 3. *quæstione* 4. *artic.* 4. Quare si expendit voluptuosè, tenetur ad restitutionem, ex Riccio *decis.* 601. *num.* 2.

Cæterùm, quidquid is dicat, receptior sententia est, Prælatos (quidquid voluptuosè vixerint) minimè ad restitutionem teneri, ex auctore in præsenti, vbi, quòd hi tantùm mortaliter peccant non verò contra iustitiam, sed contra charitatem & misericordiam, prout visum est Patri Thomæ Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 6. *numero* 13. Barbos. *de potest. Episcop. dict. numer.* 35. quorum sententiam probamus.

Num. 54. 55. 56. 57. & 58.

EXplicat Barbos. *dict. tract. de Episcop. allegatione* 114. *ex numero* 6. vbi de hac consuetudine testatur.

Num. 59.

ALiter sentit Valasc. *consultatione* 16. vbi subdit, has arrhas non esse meram donationem: sed contrarium est verius ex *l.* 26. *tit.* 13. *part.* 5. *l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* Ioan. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 18. *numer.* 6. & quòd eas teneatur reseruare filiis prioris matrimonij, probant Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 140. *per totum.* Idem Gutierr. *dict. lib.* 2. *quæst.* 17. *numer.* 5. qui auctorem sequitur. Ayora *tract. de partit.* 1. *part. cap.* 7. *numero* 21. qui detracta proprietate filiis præcedentis matrimonij, secundo nubenti tantùm vsumfructum concessit. P. Thom. Sanchez *lib.* 6. *de matrim. disputat.* 41. *ex num.* 1. Ioann. Garç. *tract. de coniugal. quæst. numer.* 4.

Idque ampliatur primò, vt vxor non solù teneatur reseruare, quæ à primo viro adquisiuit titulo lucratiuo, verùm etiam ea, quæ per successionem filiorum ab intestato cōsequuta est, D. Ioan. del Castill. *tract. de vsufruct. lib.* 1. *cap.* 2. *ex numer.* 9 Iacob. Canz. *tom.* 3. *variarum, cap.* 15. *numer.* 5.

Ampliatur secundò in vestibus pretiosis, vt per Gutierr. *de quo proximè.*

Ibi, *Hoc autem non habet locum in bonis.* Quid in his quæ contemplatione mariti vxor adquisiuit? Vide Ludouic. Roman. *consil.* 405. *quæst.* 1. Ioann. de Garron. *in authent. ex testamento, colum.* 14. *num.*

numer. 45. Vincent. de Franch. *decisione* 18. *numer.* 7. Iacob. Menoch. *consil.* 155. *numer.* 12. *lib.* 2. vbi tenet, quòd dispositio textus *in dict. l. fœminæ*, non procedir, quando donatio facta non est causa nuptiarum, quam textus restringit, vbi mulier nubit de consensu filiorum, ex gloss. *in auth. de non eligendo secundò nub. §. verò.*

Num. 60.

IDem resoluunr in maioratu P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 41. *numero* 3. & in melioratione Angul. *tract. de meliorat. l. 2. gloss. 1. numer. 8. versicul. erit tamen.*

Ampliatur primò in sponsalitia largitione, & per Sanchez *vbi suprà*, *num.* 4.

Secundò ampliatur in vio secundò nubente, Angul. *vbi suprà*, *versic. & idem, & suprà num.* 64.

Num. 61. vsque ad 64.

PRosequitur P. Molin. *de iust. & iure, tract. 2. disput.* 607. *numer.* 2.

Num. 64.

VErsic. *Sed verius.* Idem resoluit P. Molina, de quo proximè *n.* 3. vbi ampliar non solùm si mulier ad secundas nuptias non transeat, verùm etiam si transeat, vide Angul. & Ioann. Gutierr. *de quibus suprà.*

Num. 65.

VIde P. Molin. de quo proximè *num.* 5. vbi refert & sequitur Mier. *tract. de maiorat.* 1. *part. quæst.* 23. *numer.* 90. Ioann. Garç. *tract. de coniugal. quæstu. num.* 184.

Num. 66.

PRo hac distinctione vide Garç. *vbi suprà.* Royas *tract. de success. cap.* 33. *num.* 25. Marienz *in l. 5. gloss. 6. à numer.* 6. & *ibi* Azeued. *à numer.* 8. *tit.* 9. *lib.* 5. *recopilat.* Burg. de Paz *quæst.* 8. *ex numer.* 13. Ayora *de partit.* 1. *part. cap.* 8. *numer.* 10. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæst.* 121. & raró id in praxi cōsideratur, nisi quando donatio notabilis est, quæ ex conditione personæ æstimatur, & iudicis arbitrio relinquitur, vt resoluit Flores de Mena *in additione ad Gam. decisione* 217. *num.* 1.

Num. 67.

VErsiculo, *sed quamuis.* In contrarium vrget Angul. *tract. de meliorat. l.* 3. *gloss.* 4. *num.* 4. Sed cum auctore, & verius, sentiunt Mier. *tract. de maioratu.* 1. *part. quæst.* 23. Ioann. Garç.

Num. 68. & 69.

CVm Gregorio *hîc* præcitato, & auctore consonant Ioann. Gutier. *lib.* 2. *practic. quæstione* 39. *numero* 14. Angul. *in l.* 2. *gloss.* 1. *numer.* 8. *versiculo contrarium.* Mier. 1. *parte, quæstione* 1. *num.* 50.

Ibi, *ex dispositione textus. versic. si deportatus.* Hoc procedit si minus sint, quàm tres filij; nam si sunt tres, dantur integra bona ipsis, prout iudicatum dicit Thesaut. *decisione* 104.

Num. 70.

HIs adde Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 118. *numero* 117. & 119. Hercul. Marisc. *lib.* 2. *variarum*, *cap.* 105. P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 608. *ex num.* 1.

Num.

Num. 71. & 72.

PRo perfecta resolutione huius materiæ, distinguendum censemus, aut quæritur, vtrùm bona emphyteutica possint vinculari in præiudicium proprietarij, seu illius, ad quem pertinet dominium directum; aut quæritur, vtrùm possit à parente ex bonis emphyteuticis in præiudicium cæterorum filiorum primogenium institui, de qua re in præsenti sermo est. Primo casu affirmatiuè tenent, & in praxi testantur Mier. *1. parte, quæstione 37. numero 22.* Decian. *consil. 23. numer. 41. volum. 1. & consil. 117. numer. 23. lib. 3.* Seraphin *decisione 1410. numer. 1.* Gama *decisione 70. & decisione 224.* Cæterùm negatiuè resoluunt Alciat. *consil. 258. numer. 16. versic. præterea est videndum*, in noua impressione. *& consil. 8. lib. 6.* vbi quatuor fundamenta adducit. Gama *decisione 60.* vbi sæpiùs refert decisum. Idem *decisione 218.* Marsar. *de fideicomm. quæstione 16* vbi inquit quòd hæc opinio pro domino directo magnam æquitatem habet, & honestatem, & quòd illam consulendo secutus fuit, & adhuc sequeretur si casus accideret, P. Molin. *tract. 2. disputatione 608.* Iulius Clarus §. *emphyteusis. quæstione 16. versicul. final.* Lara *lib. 1. quæstione 19. numero 4.* Guillier. Benedict. *in cap. Raynucius. verbo uxorem. decisione 3. numero 12.* Phœbo *decisione 5.* vbi respondet & refert sæpiùs iudicatum. Rodriquez *de redditibus lib. 2. cap. 22. numer. 33.* Hæc vltima sententia in praxi & vsu forensi recepta est, & pro hac parte fuit obtentum in hoc regio Cōsilio in quadam causa quæ vertebatur inter Ludouicum de Casanate, & D Mariam de Melgareio. Ego sanè in eademque opinione sum, ne res emphyteutica redderetur peioris conditionis comparatione proprietarij, quia aliàs difficiliùs consolidaretur eum dominio directo, & proprietarius à percipiendo laudemio priuaretur; sicut æquè & eodem fundamento res emphyteutica non potest transire in manus mortuas. Thesaur. *lib. 1. cap. 83. per totum*, Additionat. ad Gamam 6. Mier. *vbi sup. ex numer. 2.* Sanchez *tom. 2. moralium. lib. 7. cap. 15. ex num. 62.* vbi *numer. 65.* excipit casum dum professus vidit. Franch. *decis. 69. per totam.*

In secundo casu, quando agitur de præiudicio cæterorum filiorum, sententiam affirmatiuam tuentur Crauet. *consil. 66. numer. 1.* Menoch. *consil. 504. numero 6. lib. 6.* Peregrin. *articul. 51. num. 84. versiculo tu autem.* Parlad. *lib. 3. cap. 6.* Mena *in additione ad Gam. decisione 114.* Cancer *lib. 3 variarum cap. 15. numer. 128.* Mihi verò auctoris distinctio placet, pro qua vide *suprà lib. 1. cap. 24. numer. 31.* vbi concluditur, quòd si ius patronatus ex antiqua institutione filiis, vel nepotibus delatum est, non poterit pater etiam ex consensu Episcopi in præiudicium cæterorum vni prælegare.

Num. 73.

HIs adde Vincent. Fusar. *de substitutione quæst. 650. ex numero 1.* vbi per plures casus ampliat & limitat.

Num. 74. vsque ad 79.

HOc ipsum transcribit P. Molin. *tom. 3 de iust. & iure. disputatione 591. numer. 8.* contrarium tenet Mier. *1. part. quæstione 7. num. 10.* disputat D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 121. ex numer. 56.* qui eum Gregorio *hic* præcitato tenet, de quo vide Gutierr. *consil. 2. num. 8. & 9. & consil. 4. num. 5.* Hieron. Gonzalez *in regul. 8. Cancell. gloss. 21. numer. 5.* de quo superiùs per auctorem *cap. 2. num. 17.*

Cæterùm hæc quæstio admodum con-

controuersa, in tres casus ab auctore diuisa est, & in priori, idem quod Gregor. licèt nō eadem via, eisdémque rationibus, tenet; nos verò, salua vtriusque viri auctoritate, quo ad priorem partem contrarium sequimur, asseuerantes posse secundum primogenium ex tertio & secundo fieri; res namque certa est, quòd eo casu primus maioratus per secundum reuocatur, & hoc siue in eadem, siue in diuersis personis fuerit institutus, & in materia ex propria natura reuocabili, exemplo in melioratione, quæ potest alterā reuocari, ex *l.17.& 44.Tauri*, & ex auctore *infr. lib.4. cap.2. ex numer.1.* nec rectè; in qua proposita perpendi potest decisio text. *in dicto §. hoc sermone*, quia vbicumque versamur in dispositione legis, facultas ab ea concessa non extingitur in primo actu, ex Socin. *consil.* 117. *lib.1. & consil. 91. lib.4.* Tellur. *l.4. Tauri num.6.* & cum Bald. & multis aliis, Tiraquel. *in d. §. hoc sermone, limitatione 6. numer. 20. & limitatione 9. per totam.* D. Ludouic. de Casanate *in allegatione iuris pro Marchione de los Velez contra Marchionem del Villar. numer.154. in fine.* Quare etsi cum Gregorio & auctore fateamur duos maioratus institui non posse, negamus sanè contra prædictos primum maioratum valere tantùm, imò potiùs contrarium asseueramus, videlicet secundum valere, primúmque contraria dispositione secundi fuisse reuocatum.

In secunda verò parte distinctionis fortiùs nostra præcedet conclusio, scilicet quòd per institutionem secundi maioratus, primus censetur reuocatus, quia lex 44. Tauri licentiam parentibus tribuit reuocandi maioratum, siue in totum, siue in parte.

Nisi in casu, quo primus maioratus ex quota tertij & quinti bonorum fuisset institutus, id est, ex certis bonis, quæ non ascendant vsque ad totum tertium & quintum; deinde quòd ex residuo alius maioratus instituitur, vel in eadem, vel in diuersis personis, tunc verò censemus, etiam secundum maioratum valere; sicut enim potuit in eadem persona à principio maioratū ex tertio & quinto integrè instituere, ita sanè ex postfacto potuit primum maioratum, ex tertio bonorum institutum augere vsque ad tertium & quintum integrè, quod est indubitatum.

In tertio & vltimo casu sententiam auctoris libenter sequimur, cum Molina Theologo, de quo *suprà*, quod fortiùs procedit, quando ex omnibus bonis fuit primus maioratus institutus, tum quia indiuiduitati, & naturali maioratus naturæ directò repugnat, vt possit esse penes duos, ex auct. *suprà lib. 1. cap.1. numer. 6.* tum etiam, quia, notissimum est, virtute vnius facultatis, duos, vel plures maioratus institui non posse, vt superiùs actum est *cap.4. num. 49.* præcipuè si facultas suum effectum semel operata est, vt *infrà cap.11. numero 44. & 45.*

Num. 79.

PRo hac distinctione vide P. Molin. *tract. 2. disputatione 608. numer.4.* Vincent. de Franch. *decisione 93.* Marc. Anton. Peregrin. *tract. de iure fisci, titul.1. numer. 241.* & sic in praxi obtentum vidimus, & quod subiungit auct. ibi, *Nisi ea bona*, tutissimum est in iure, & ab omnibus secutum, de quo vide Cardin. Mantic. *lib. 9. de coniect. titul. 3. num. 14.* Albert. Brun. *de statut. articul.8. numero 23. in fine.* Francisc. Bec. *consilio 1. numer.8.* Petr. Surd. *consilio 446. numer. 5. lib.3.* Prosper Farinac. *quæst.25. num.108.* vbi plura refert, & de communi testatur, & tandem concludit ab hac opinione non esse recedendum in praxi, Valasc. *consultatione 182. ex numer. 11.*

Zeuall.

Zeuall. *quæst.* 714. *per totam.*

Contrarium probat Mier. I. *part. quæst.* 58. *numer.* 30. In qua controuersia duos casus distinguendos censemus. Primus est, quando maiotatus regia facultate constitutus est ex solo tertio & quinto. Secundus verò est, quando auctoritate legum Regiarum. In primo bona extra territorium sita comprehensa non censentur, quia Regia potestas suæ ditionis terminis & cancellis continetur, nec vires in alieno territorio habet, *l. vlt. ff. de iurisdict. omn. iudic. Clement. Pastoralis, de re iudicat.* Et licèt facultas ad instituendum maioratum dici potest fauorabilis, tamen in hac specie non est prohibitio in rem, neque in personam, imò dici potest permissio, & habilitatio personæ, & ideo ad bona sita extra territorium extendi non debet, ex Alex. *consil.* 128. *numer.* 2. *lib.* 2. Socin. *consil.* 239. *lib.* 2. Carpan. *ad statut. Mediolan. in prælud. numer* 692. Neque contrarium probat Mier. *vbi suprà*, is namque auct. non videtur absolutè fateri, primogeniũ extendi ad bona extra territorium sita, sed illud docere voluisse, Castellanum ex bonis quę habet Italię, Flādriæ, Valentiæ, Aragonij, & similium, posse instituere primogenium, quoniam Rex noster earum prouinciarum ac ditionum Dominus est, qua ratione facultatem præbere potest; ita tamen, vt pro qualiber prouincia, de bonis in ea sitis, facultas expediatur in Cõsilio supremo cuiuslibet prouinciæ, nec sufficere illam expediri in supremo Castellæ senatu, pro earum prouinciarum bonis.

In secundo verò casu auctoris sententiam sequitur Mier. *vbi suprà.*

Quid si forensis in his regnis existens maioratum instituat de bonis existentibus in eodem Regno Castellæ, tenebitúrne leges Regias seruare?

In qua quæstione, prima opinio est, talem forensem leges Regias seruare debere, & hoc siue ex contractu, siue ex testamento maioratum instituat, ex adductis à Crauet. *tract. de antiquitate* 1. *part. n.* 197. Carpan. *ad statut. Mediolan. in prælud. num.* 665. *tom.* 1. Cuiac. *consultatione* 25. Maluas. *consil.* 77. *n.* 1. Gonzales *in regula* 8. *Cancell. gloss.* 43. *num.* 1. & 86. Mier. *tract. de maiorat. dicta quæst.* 58. *ex n.* 6.

Altera opinio est, quòd si statutum dirigatur in personam, non comprehendat forenses, etiam respectu bonorum, quæ habent in territorio statuentis, & hoc ex eorum mente verisimile est, quia tale statutum non pręsumitur exteris super aliquo prouidere, cùm eorum nihil intersit, & verisimilius est, solis subditis cauere voluisse, vt considerat Rota *decisione* 673. *numer.* 2. *parte* 1. *diuersorum*, vbi pluribus adductis refert decisum. Prosequitur Mascard. *de statut. interpretatione, conclusione* 6. *n.* 9.

Ideoque Genuensis, vel quilibet alius forensis, qui extiterit in his Regnis Castellæ, in condendo maioratu non arctabitur legibus huius Regni, & poterit ex bonis excedere 3. & 5. leges enim, vt diximus, non dirigunt suam dispositionem in bona, sed in personam, ex traditis à Bartol. *in l. cunctos populos, num.* 41. *C. de sacrosanct. Eccles.* Anchar. *in cap. canonum statuta, de constit.* Bald. *consil.* 460. *num.* 2. *lib.* 1. idem Ancharan. *cons.* 168.

Num. 80.

IBi, *vt scilicet comprehendat Monialem.* Adde Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 92.

CAPVT XI.

Num. 1. *vsque ad* 4.

QValiter maioratus in filio vnico potest institui, vide Mier. 1. *part.* X 2 *quæst*

quæstione 4. *numero* 17. P. Molin. *tra-ctat.* 2. *disputatione* 609. *ex numero* 2. D. Ioann del Castill. *tom.* 5. *cap.* 82. *num.* 43. & quomodo in habente vnicum filium, & ex eo nepotes, vide Mierr. *prima parte*, *quæstione* 21. & ex adductis ab auctore infertur, quòd in vnico duntaxat filio prælatio, seu melioratio considerari non valet, vt per Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 13. *per totum*, & remissiuè *tom.* 5. *cap.* 67. *num.* 55.

Num. 4.

His adde superiùs adducta *cap.* 4. *num.* 32.

Num. 5.

IDem si vnicum tantùm nepotem, vel descendentem parens habeat, P. Molin. *vbi suprà*, *dict. numer.* 2. *litt. D.* de quo per Angul. *tract. de meliorat. l.* 11. *gloss.* 6. *num.* 3 *folio* 615. & vtique hoc verissimum est, licèt Tell. *in l.* 28. *Tauri*, dicat, dummodo sint plures nepotes, vel descendentes.

Num. 6.

PRosequitur P. Molin. *vbi proximè*, *numer.* 3.

Num. 7.

ACtio ad supplementum hoc eodem tempore præscribitur, Bald. *in l. si quis inscio*, *numero* 4. *C. de inoffic. test. & in l. si quis filium*, *eodem*, vbi Paul. *numer.* 4. Ias. *numer.* 5. & 6 Angel. *in l. omnimodo*, *numer.* 3. *C. eodem titulo*. Pett. Surd. *consilio* 148. *numer.* 13. Gregor. *in l.* 5. *gloss.* 9. *titul.* 8. *part.* 6. Alex. Ludouic. *decisione* 479. *ex num.* 1. vbi hanc sententiam tuetur, & in specie ex Xuarez, & Baëza *hic* præcitatis, auctoris sententiam probat P. Molin. *vbi suprà numer.* 4. vbi declatat hoc procedere, quãdo maioratus institutus fuit in filio vnico ex tertio bonorum absque Regia facult te.

Nos verò, vt quid sentiamus, meliùs intelligatur, sic distinguendum censemus. Aut legitima grauata est in quantitate, id est, quia minus legitima relictum fuit, & tunc prædicta procedunt.

Aut legitima in qualitate grauata fuit, id est, quia in legitima filio integrè relicta, aliquod grauamen apponitur: & in hoc vltimo casu, sententia auctoris efficitur dubia, quia inter hos casus longè est discrimen ac differentia, & in eo consistit, quia in priori, licèt repletio facit ipso iure, tamen quoad effectum & essentiam adquisitionis, necessariò præcedere debet petitio filij, & si debitum ex sua legitima non petit, impossibile est, quòd sibi detut, quæ actio, vt ex superiùs adductis constat, triginta annorum spatio tollitur.

In vltimo casu contratium fateri oportet, in quo, cùm grauamen ipso inre reiicitur à legitima, ex *l. quoniam in prioribus*, simplex consensus non sufficit, sed expressus desideratur, cùm non reperiatur super quo cadere possit tacitus, nisi respectu eorum, quæ pater iure facere poterat, sic distinguit ipse Rodricus Xuar. *hic* præcitatus, *in l. quoniam in prioribus*, *ampliatione* 10. *num.* 5. vbi addit. quem cum pluribus aliis sic asseuerantibus refert, & sequitur D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 107. *ex num.* 40.

Num. 8.

PRosequitur P. Molin. *dict. disputatione* 609. *numero* 2. *litt. E.* & quòd filius melioratus in quinto potest in tertio grauari, probatur ex adductis à Menoch. *consilio* 411. *numer.* 31. *versicul. hoc idem*, *lib.* 5. vbi auctorem refert, & sequitur

quitur, quo casu filius acceptans quintum, censetur renuntiasse legitimæ, quæ in tertio consistit, respectu filij vnici, & hoc sentit auctor, de quo vide Cardin. Mantic. *tract. de coniect. lib. 7. titulo* 8. *numer.* 11. Aluar. Valasc. *consultatione* 153. *ex numer.* 4. *d. l.* 2. *versic. vnde sublata est quæstio.* Paz *in l.* 20. *stili, ex num.* 30. Robles de Salcedo *tract. de repræsentatione cap.* 1. *num.* 5.

Num. 9.

His adde P. Molin. *vbi supr. & num.* 3. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 64. *numero* 46. vbi latiùs dictum est.

Num. 10.

Vide superiùs adducta *cap.* 7. *numer.* 34. & idem recens est P. Molin. *vbi proximè numer.* 5.

Num. 11. *vsque ad* 17.

In hanc auctoris sententiam propendunt quamplurimi relati à Castill. *lib.* 2. *cap.* 3. *& lib.* 4. *tom.* 4. *cap.* 36. *ex numer.* 22. *&* 23. *versiculo, quartò an possint excludi descendentes, & tom.* 5. *cap.* 82. *num.* 45 *& tom.* 6. *cap.* 145. *numero* 31. vbi de praxi testatur, & aduersùs Molin. Theologum *tract.* 2. *disputatione* 609. sic vidimus receptum fuisse. De qua re vide auct. *sup. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 12. *versiculo secunda difficultas. & infr. cap.* 12. *numer.* 55. *cap.* 121. *numero* 58. *versiculo, ego autem. cap.* 128 *numero* 16. *& cap.* 175. *numer.* 12. & ex Mier. Lupezio, & Gomez, Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 57. fatemur sanè filium vnicum regia facultate nedum respectu tertij, sed etiam præcipuè legitimæ omnium bonorum paternorum non posse grauari, nam licèt filius vnicus in legitima grauari non possit, ex *l. quoniam minoribus*, nec in tertio, cùm sit etiam eius legitima, vt *supr. numer.* 3. Si verò maioratus ex regia facultate instituatur, licitum est parentibus omne grauamen apponere; hos & alios effectus regia facultas operatur, vt *infr. numero* 14. Sed hoc ita, dummodo institutor maioratus, in impetratione facultatis Principi exprimit, se vnicum duntaxat filium habere, aliàs erit licentia subreptitia. Mier. qui de facto testatur, 1. *part. quæst.* 13. *numer.* 10 & quamuis contrarium tueatur Perez de Lara *de anniuersariis. lib.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 62. vbi refert decisum ex Mier. nostrã tamen sententiã probat Castill. *tom.* 6. *cap.* 121. *numer.* 58. *versic. denique & auctoritate, prope medium, cum seqq.* Angul. *de meliorat. l.* 11. *lib.* 2. *titulo* 6. *gloss.* 4. *num.* 12. Ioann. Gutierr. qui refert & sequitur *lib.* 2. *pract. quæst.* 67. D. Ioann. de Castill. *tom.* 4. *controu. cap.* 36. *ex numer.* 22. *&* 23. *versiculo quarto, an possint excludi descendentes, & tom.* 6. *cap.* 145. *numer.* 31. vbi de praxi testatur, à quorum sententia recedere non videmus.

Num. 17. *vsque ad* 25.

Optimè affirmat auctor, maioratum in filio legitimato institui non posse, nisi filij legitimi deficiant, cuius sententiam probat P. Molin. *dict. disputat.* 610. *ex num.* 1. idque liquet ex adductis *numer.* 19.

Quod limitatur in filio legitimato per subsequens matrimonium, vt per auct. *infr. num.* 23. *& lib.* 3. *cap.* 1. *per totum.*

Et circa prædicta, an filio legitimato debeatur legitima, nécne, de quo potest disputari in præsenti, dicto *num.* 19. vide D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 22. *numer.* 158. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 496. *numer.* 37. asseuerantes legitimam non deberi. Contrariũ verò tenet addit. ad Ludouis. *decis.* 135. vbi nonnullas Rotæ decisiones

refert, subdens causam, de qua *ibi*, propter contrarias grauissimas auctorum sententias, nondum decisum fuisse: & vtcumque sit, in hoc casu proculdubio non debetur, scilicet, quando facta est legitimatio cum clausula, *sine præiudicio legitimorum, vel ab intestato venientium.* Paul. *inl. Gallus.* §. *& quid si tantum, numer.* 16. *ff. de lib. & posth.* vbi reddit rationem, dicens, quòd talis legitimatus ab intestato parri non succedit, & contra legitimatum extante clausula prædicta, fuit decisum in Rota, teste Ludouis. *d. decis.* 135.

Num. 25.

Id ipsum prosequitur P. Molin. *dict. disputatione* 610. *numero* 3. Mier. 1. *parte quæstione* 2. vbi ampliat in matre comparatione filij naturalis, de quo vide D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *num.* 29. *versic. & quo distincto.*

Num. 26. *vsque ad* 30.

Affirmat auctor, quòd in filio spurio maioratus à parentibus institui non potest, quem sequitur P. Molin. de quo proximè *numer.* 4. & hanc sententiam probarunt, M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articul.* 11. *numer.* 67. Angel. Matheaz *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 20. *numer.* 21 D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *fol.* 88. *versicul. secundò deinde, & cap.* 110. *numer.* 26. Marta *voto* 161. qui loquitur in donatione, & de iure communi talis iustitutio habetur pro non scripta, ex glossa, & Bart. & *ibi* Doctores *in l. eam quam, C. de fideicommiss.* & bona venienribus ab intestato deferuntur, non verò fisco, M. Ant. Peregrin. *tract. de iure fisci, lib.* 3. *titulo* 18. *de naturalibus & spuriis, numer.* 97. quod intellige, quando publicè fit institutio de spurio; secus verò si occultè. Et etiam in hoc vltimo casu tantùm excluduntur à fisco agnati: at verò fratres & sorores admittuntur, Cardin Tusc. *tom.* 7. *conclusione* 417. *num.* 5 6. *&* 7. Hodie etiamsi instituatur spurius, vel incapax, perempto illo primogradu, fideicommissaria substitutio in cæteris non vitiatur, extante *l.* 1. *titulo* 4. *lib.* 5. *recopilat.* de quo vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 110. *num.* 52. *& dict. cap.* 67. *num.* 29. *versicul. secundò deinde.*

Idque *infrà numer.* 28. protenditur etiam ad substitutionem vulgarem, siue fideicommissariam, cuius sententiam veram dixit Spino *tract. de testam. gloss.* 16. *in princ.* vbi *numer.* 36. minimè parentibus hæc licere fatetur, eo quòd in omni euentu parentibus succedatur, de quo vide Cardin. Tusc. *dict. conclusione* 417. *tom.* 7. *num.* 8. Ioann. Gutierr. omnino videndus, *lib.* 3. *practic. quæst.* 56. *ex num.* 1. & ante eos Matienz. *in l.* 6. *tit.* 8. *gloss.* 3. *num.* 5..

Et quamuis contrarium teneat Anton. Gom. *in l.* 9. *Tauri numero* 20. *versic. adde tamen*, eius sententia meritò à prædictis & superiùs adductis auctoribus taxatur.

Quorum retenta sententia, ampliatur primò, etiam in tacita vulgari, quæ in pupillari expressa continetur. Matienz *in dict. l.* 6. *num.* 7.

Ampliatur secundò, etiam in melioratione tertij, respectu legum Regiarum, Gutierr. *dict. quæst.* 56. *ex numer.* 34. & in maioratu Regia facultate instituto, vt *infrà* per auct. *num* 30.

Limitatur primò, ratione alimentorum, quorum intuitu à patre spurius capere potest, vt *infrà num.* 32. *& cap.* 15. *numer.* 54. *&* 55.

Limitatur secùdò, respectu cognatorum, hi enim in persona spurij, legitimis deficientibus, maioratum instituere possunt, vt *infr. num.* 33.

Limitatur tertiò, in filio legitimo huius spurij, qui potest institui, ex glos. *in lege fin. verbo aperimus. Cod. de nat. liber.*

&

& cum aliis Ioann. Bapt. Lup. *de illegitimatione, commentario* 1. §. 5. *numer.* 160. Vincent. de Franchis *decisione* 27. *numer.* 7. Mier. 2. *parte de maiorat. quæst.* 2. *numer.* 12. Cald. *de nominatione emphyt. quæstion.* 19. *à numer.* 38. Zeuall. 3. *parte, quæstione* 762. *à numer.* 37. Alex. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, titulo de nothis & spur. resolutione* 2. *numer.* 20. *cum seqq.* Paul. de Castr. *in l. Gallus.* §. *quid si is*, & Iaſ. *ibi numer.* 23 *ff. de lib. & posth.* Tiber. Decian. *respons.* 445. *lib.* 4.

Alij verò in contrariũ ſentiunt, aſſeuerãtes filiũ naturalem & legitimum ex filio ſpurio minimè institui poſſe, vt per Bald. *in l. si quis incesti. Cod. de secund. nupt. & in cap. in præsentia. num.* 35. *de probat.* Alex. *in l. Gallus.* §. *qui l si is. ff. de lib. & posth.* Couarr. *de sponsalibus, lib.* 2. *cap.* 18. §. 5. *numer.* 20. Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 96. *numero* 27. M. Ant. Petegrin. *tract. de iure fisc. lib.* 3. *titulo* 18. *num.* 54. Andr. Tiraquel. *de primog. quæst.* 12. *numer.* 14. Boer. *decisione* 127. *numer.* 8. Andr. Gail *lib.* 2. *obseruatione* 115. *numer.* 9 Gabr. Palæot. *tract. de nothis & spur. cap.* 53. *numer. penult.* Royas *de success. cap.* 21. *num.* 31. Matienz *in l* 8. *gloss* 8. *numer.* 23. *titul.* 8. *lib.* 5. *recopilat.* Gregor. *in l.* 19. *gloss. penult. titul.* 3 *part* 6 Richard. *in* §. 7. *numer.* 16. *Institut. de success. quæ ab intest.*

Cæterùm in hac Doctorum controuerſia cenſemus, quòd ſi legitima ſoboles extat, filius naturalis, & legitimus ex ſpurio institui non poteſt, in quo maior pars Doctorum, quos pro hac vltima ſententia adduximus, conuenir, maximè ſi instituatur ab auo contemplatione filij ſpurij, Peregrin. *consil.* 25. *volum.* 4. Seſſe *decisione Arag.* 381. *num.* 2. 3. & 4. Si verò legitimi non extant, rectè institui poteſt, prout eſt de mente gloſſæ ſic diſtinguentis, *in d. l. fin. verbo penitus apertmus. Cod. de natural. liber.* Seſſe 3. *parte, decisione* 261. *num.* 3. quam ſententiam communem dicimus, & ſuperiorum auctoritate comprobamus, & his condicunt maximè adducta per D. Ioann. del Caſtill. *d. cap.* 67. *fol.* 88. *versiculo, dubium autem.* vbi contra filium legitimum ex parente ſpurio natum ſic fuiſſe deciſum in Hiſpalenſi ſenatu teſtatur.

Num. 30. & 31.

Ratio huius concluſionis eſt, quia ea facultas intelligitur de capacibus illotum bonorum, ex P. Molin. qui auct. refert & ſequitur *d. disputatione* 610. *numer.* 4.

Num. 32.

De alimentis ſpurio præſtandis vide *infrà cap.* 15. *numer.* 54. & 55.

Num. 33.

Proſequitur P Molin. *d. disputatione* 610. *numer. fin.* vbi amplius ſubdit, quòd à conſanguineo, vel extraneo hic ſpurius vocari poteſt ad maioratum, poſt primum ad eum vocatum, eſto illum instituat in legitimo, aut in illegitimo.

Num. 34. *vsque ad* 39.

His adde Mier. Caſtill. Fontan. Gutierr. Cuiac. Gregor. Remanet ergo firmiſſima concluſio virtute illius clauſulæ, quæ apponi ſolet communiter in expeditione facultatis maiotatus, de quo *in præsenti numer.* 35. *versiculo in facultatibus regiis*, institutor poteſt, aliis filiis prætermiſſis, ſicuti elector, cui libera eligendi facultas conceſſa eſt, poterit ad maioratus ſucceſſionem, filiam natu minorem, prætermiſſo filio primogenito, eligere, & remotiorem conſanguineum, omiſſo ptoximiore, ex adductis *suprà cap.* 5, *num.*

num. 4. *&* 5. Hæc facultas extenditur ad nepotes, quia est eadem ratio, & quidquid contrarium teneat Mier. 1. *parte de maioratu,quæstione* 15. *num.* 37.78. 80. *&* 113. cum auctore *hic numer.* 38. *versiculo.ceterùm*,asseuerandum est,posse maioratum etiam prætermisso filio in persona nepotis institui,de quo vide D.Ioann.del Castill.*lib.*2.*cap.*26.*per totum,& tom.* 5.*cap.* 66. *numer.* 64.*&* 65. *& cap.*67.*num.*19.Petr.Ioann.Font.*tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.*15.*numer.*21.*&* 22. & de interpretatione textus *in l. hæredes mei*, *§.fin. hic præcitata*, vide etiam Gutierr. *consil.*7. *numero* 9. & post ordinarios exornat hunc textũ Iacob Cuiac. *in l.cũ pater § à te peto.ff.de legat* 2. *lib.*8. *Resp.* Papin.& Francisc.Ripa omnium latiùs *in dict.l.hæredes mei*,Gregor. Lopez *in l.*2.*titulo* 18,*parte* 2.*gloss.*18.

An talis facultas concessa, vt quis in filio maioratum instituat, possit in filiabus verificari, vide Mier. 1. *part. de maiorat. quæstione* 16. *ex numer.* 1. vbi, *numero* 10 hoc tantùm admittit, quando morte deficit filius masculus, vel religionem ingressus est.

*Num.*39.

VIde auctores præcitatos, qui tenent,in hoc casu nepotem ingredi in locum filij.

*Num.*40.*&* 41.

PRosequitur Ioseph.de Sesse *decisione Aragon.*53.*per totam.*

Num. 42.

IDem resoluit in fortioribus terminis Gregor. *in l.*32. *titulo* 9.*part.*6.*versic. no valdra. & versic. sed pone quod dedit ex octauo facultatum*; subdens quòd si quis facultatem impetrauit à Principe, vt possit maiotatum facere in persona Petri filij sui, & postea is filius decessit, & alium eiusdem nominis suscepit, is non poterit institui virtute illius facultatis, & licèt hæc quæstio poterat ad vtramque partem disputari,pro sententia negatiua standum est semper, quia talis facultas ad instituendum maioratum in persona specifica concessa fuit, & ad aliam etiam nominis eiusdem extendi non potest, cùm sit stricti iuris, & adducit *infr.lib.*4.*cap.*3.quod regulariter notandum atque commendandum erit quotidie, namque poterit in forensibus controuersiis contingere.

Neque obstat *l.filiæ suæ. §. Titia.ff. de condit.& demonstrat.*

Primò,quia in illa specie ex mente testatoris præsumitur non reuocasse legatum Agathæ, quia aliam, quam post alienationem primæ Agathæ habuit, vocauit eodem nomine. Anton. Gomez *tom.* 1.*cap.* 12. *de legat. numer.* 6. Menoch.*consilio* 254.*numer.* 13.*cum seqq. lib.* 3. *& præsumptione* 167. *numero* 3. *lib.* 4. vbi plures huius sententiæ refert auctores.Mantic. *de coniect. lib.* 12. *titul.* 6. *numer.* 20. & hic casus ad præsentem quæstionem adaptari non potest.

Secundò,quia *in d.§.Titia*, valet extensio ob singularem fauorem affinitatis, quia illud legatum fuerat relictum à marito vxori,vt perRomanum *authent.si non aliter, num.* 81.*Cod.ad l.falcid.* quem sequitur Ripa *in l. Stichum qui meus erit.num.*10.*ff.de legat.*1.

*Num.*44.*&* 45.

COntra opinionem Decij tenet idem Couarr.*hic* præcitatus, de quo per auctorem in calce huius operis *num.*9.

*Num.*47.

VIde *sup. d. lib.* 1. *cap.* 13. *hic præcitato.*

Num.

Num. 48.

DIctum est *d. lib. 1. cap. 4. num.* 47.

Num. 49.

OStensum est *d. cap.* 15.

Num. 50.

HIs adde Miet. 1. *part. de maiorat. quæstione* 19. vbi etiam *numer.* 19. distinguit, an scienter, vel ignoranter primogenium instituatur, ex *numer.* 10. in casu dubio iudicis arbitrio relinquit.

CAPVT XII.

Num. 1. vsque ad 8.

CONCLVDIT auctor tota hac disputatione quòd leges, seu conditiones quæ in maioratus institutionibus apponuntur, & quæ illorum institutionem, seu creationem respiciunt, veluti, quòd ea bona non possint alienari, vel quòd successores in eisdem maioratibus tales, vel tales esse debeant, potius in vim modi, quàm in vim conditionis apponuntur, de quo rationem subiungit *numer.* 3. & 4. assignando discrimen, & controuersiam inter modum & conditionem quoad effectum adquisitionis, & repetit *infrà cap.* 14. *numero* 13. prout multa referentes constituunt, Menoch. *consilio* 131. *num.* 2. *lib.* 2. & *consilio* 388. *numer.* 15. *lib.* 4. Petr. Surd. *consil.* 262. *num.* 56. *lib.* 2. Bald. *in l. Arescusa ff. de stat. homin. numer.* 4. & in specie P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione* 611. *ex num.* 1. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 115. *numer.* 15.

Num. 8.

PRosequitur P. Molin. *lib. 1. de iust. & iure, disput.* 208. & nouissimè recenset D. Ioann. del Castill. *vbi proximè n.* 15.

Num. 9. 10. & 11.

ADde D. Ioan. del Castill. *vbi suprà, & num.* 15.

Num. 12.

HOc ipsum probat P. Molin. *dict. disputat.* 111. *numer.* 2.

Num. 13. & 14.

SEquitur idem Molin. *vbi suprà*, ex *numer.* 2. Castill. *vbi proximè.*

Num. 15. 16. & 17.

HOc ipsum transcribit P. Molin. *vbi proximè num.* 2. sequitur Miet. 3. *part. quæst.* 12. *numer.* 23. & his concinit auct. *infr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3.

Num. 18.

IBi, *Vel quod verius est.* Propendet auct. esse potiùs institutionem conditionalem, à quo recedit P. Molin. *vbi proximè, litt. E. & F.* subdens, hanc vocationem ad maioratum non esse conditionalem, sed sub modo, dissoluendam tamen eo ipso, quo grauamen, vel conditio non adimpletur.

Nos verò cum auctore fateri oportet esse conditionalem, ex adductis ab eo *suprà numero* 17. cuius defectus non facit quem priuati, sed haberi pro non instituto, Castill. *dict. cap.* 115. *numer.* 15. Paul. *consil.* 291. *numer.* 1. *versic. item testator, lib.* 2. Aymon *consil.* 15. *numer.* 4. Iacob. Menoch. *consil.* 388. *numero* 16. *lib.* 4. vbi ait, quòd si quis in donatione dixerit,

Y quòd

quòd nolebat eam sortiri effectum, nisi secuta monastica professione, ex hoc inducitur conditio suspensiua, non verò resolutiua, & hoc fortiùs, quando præceptum imponitur per dictionem, *non aliter*, quæ ex propria natura est suspensiua, Bald. *in auth. ingressi, numer.* 23. *versiculo* 2. *C. de sacros. Ecclesiis.* Iaf. *consil.* 86. *numer.* 44. *lib.* 3. Roman. *consil.* 85. *numer.* 48 *lib.* 3. *& consil.* 63. *num.* 31. *lib.* 4. Iacob. Menoch. *consil.* 83. *num.* 22. *lib.* 1. Marta *de clausul. claus.* 44. *num.* 7. *parte* 1. quæ dictio formam præcisam inducit, aliàs consensum remouet, annullátque actum in contrarium factum, Petr. Surd. *consil.* 318. *num.* 24. *&* 25. *& consil.* 322. *numer.* 23. *lib.* 3. & in specie de qua agimus, vide tradita per Gam. *decisione* 158. *aliàs* 159. Menoch. *consil.* 292. *numer.* 1 *lib.* 2.

Num. 19. & 20.

ADde P. Molin. *disputatione* 208. *& tractat.* 2. *disputatione* 611. *ante numer.* 3. & in contrarium vide Sosa *in §. actionum, Institut. de actionibus, part.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. *&* 11. Sesse *decisione Aragon.* 31. *à num.* 14 Ludouic. Censins *de censibus parte* 2. *cap.* 1. *quæstione* 3. *articulo* 8. *numer.* 32. *&* 33. Ego sanè in eadem opinione sum, quòd videlicet restricto contractu ex *l.* 2. ita dicendum addit, indistinctè fructus omnes debent restitui, vel cum pretio recepto compensari; nec de hoc dubitare licet, cùm Vlpianus auctor *d. l.* 2. *titulo* 1. *lib.* 5. seipsum declarat *in l. item quod dictum, eiusdem tituli*, vbi ita probatur.

Num. 20.

VIde *sup. num.* 18.

Num. 21. *vsque ad* 26.

HIs adde P. Molin. *de quo proximè*, & hæc conditio etsi in virgine non sustineatur, in vidua tamen probatur. Anton. Gomez *in l.* 16. *Tauri. numero* 8. *lib.* 1. *variarum cap.* 12. *numero* 78. Costa *in l. cùm tale. §. si arbitratu, limitatione vlt. numer.* 1. *ff. de condit. & demonstrat.* Cardinal. Mantic. *tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *titulo* 19. *num.* 2. vbi inquit hanc sententiam ab omnibus receptam esse. Matienz. *in l.* 3. *gloss.* 2. *num.* 14. *titulo* 1. *lib.* 5. *recopilat.* Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *canonic. quæst. cap.* 25. *num.* 3. idem *tract. de matrim. cap.* 21. *numer.* 32. P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom.* 1. *tract.* 2. *disputat.* 207. P. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disputatione* 34. *num.* 29.

Hoc ampliatur etiam in viro, vt contra Paul. resoluit P. Thom. Sanchez *vbi suprà numer.* 31. Ioann. Gutierr. *dict. num.* 34. nec vir & vxor debent ad imparia iudicari, idem Gutierr. *lib.* 2. *canonic. quæst. cap.* 25. *num.* 3. subdens, quòd conditio non nubendi, etiam absolutè respectu harũ personarum licita est, quę si postea nubant, rẽ cum fructibus restituere tenentur, in quo cum auctore congruit, cuius sententiam probat etiam P. Molin. *lib.* 1. *disputatione* 208 *& tract.* 2. *disputatione* 611. *ex n.* 3. vbi ampliat, non solùm quando maioratus est institutus per viam vltimæ voluntatis, verùm etiam quando in contractu inter viuos institutus fuit, de quo latè per D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotidian. controu. cap.* 109. *num* 3. vbi plura de conditione suspensiua, & resolutiua, & fructuum restitutione.

Quorum sententia in legato vsufructu limitari solet, & ratio est, quia in legato vsufructu, cùm tot sint dispositiones, vel legata, quot sint anni. *l. si in singulos*, vbi Doctor. *ff. de ann. legat.* Fusar. *de substitut. quæst.* 242. *ex num.* 57. pro annis quibus vixit in viduitate est purum, pro aliis verò post nuptias contractas, est conditionale, ob ídque cessat cautio Mutiana, vt per Iacob. Menoch. *consil.* 494. Marc. Ant. Peregr. *tract.*

tract. de fideic. articulo 11. *num.* 123. qui inter legatum proprietatis, & vsumfructum, hanc differentiam constituit, subdens, quòd pro illis annis, quibus paritum est conditioni, legatum irretractabiliter debetur; pro annis verò sequentibus, quibus paritum non fuit, res cum fructibus restituitur, & hæc distinctio, prout innuit ipse Peregrin. ad totam materiam fructuum viam aperit. Sed nota ne decipiaris, quòd Menoch. *de quo suprà*, loquitur quando vsusfructus relictus fuit mulieri, quousque, vel donec alteri nupserit. Hæc omnia ad rationem maioratus difficilè, vel nunquam adaptari possunt, nec visum est in forensibus controuersiis hanc cautionem interponi, ex auctore *numer.* 29. *&* 30.

Num. 26. *vsque ad* 31.

DE hac materia, an cautio Mutiana locum habeat in contractibus, & in donationibus causa mortis, nécne, & quid si agatur de conditione, vel modo implendo, vide Rotam *decisione* 428. in collectis per Ludouis. Sed vtcúque sit, in materia perpetua maioratus hæc cautio locum habere non potest, quidquid in fideicommissis & aliis relictis procedat, prout subiungit auct. *hic numer.* 29. *&* 30. licèt de hac te minimè firmus, cuius contrariam sententiam tenet P. Molin. *de quo proximè, ex numer.* 3. *versic. idem tamen, & versic. hanc tamen.*

Num. 31. *&* 32.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà, versiculo illud est obseruandum*, vbi subiungit, quòd si illa fuit mens testatoris, tenebitur transgressor in foro conscientiæ deserere maioratum, & tradere illum successori.

Num. 33. *&* 34.

HOc satis liquet ex adductis à P. Molina *de quo proximè disputat.* 612. *num.* 1.

Num. 35.

HIs adde Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 21. *numer.* 4. P. Molin. *dict. disputatione* 112. *ex numer.* 3. & de conditione impossibili & turpi, vide Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione* 454. *ex numer.* 96. & de conditione pro parte possibili, & pro parte impossibili, idem *vbi suprà numer.* 34.

Num. 36. *&* 37.

POst auctorem plura adducunt P. Molin. *de quo proximè*, Donell. *lib.* 8. *comment. cap.* 32. §. *impossibilem conditionem*, & *ibi* addit. quos refert P. Basil. de Leon *lib.* 3. *de matrimon. capit.* 3. *de consensu conditionato, numero* 15.

Num. 38.

PRosequitur P. Molin. *lib.* 1. *disputat.* 208. *lit.* 8.

Num. 39. 40. *&* 41. *vsque ad* 44.

VIde P. Molin. *dict. disputatione* 611. *versicul. hic tamen Molina, & disput.* 612. *num.* 4. *&* 5. Castill. *tom.* 6. *cap.* 115. *num.* 15.

Num. 44. *vsque ad* 51.

DE hac re vide P. Molin. *de quo proximè, ex numer.* 6.

Num. 51.

HOc ipsum repetit auct. *infrà in calce operis num.* 11. & recenset P. Molin. *vbi proximè num.* 10.

Num. 52.

IBi, *mihi autem prima opinio.* Et hæc est securior & verior, saltim in hoc Castellæ regno, vbi nec licitè, nec validè in tertio transuersales filiis propriis præferuntur, idem sentiunt Burgos de Paz *quæstione 2. numer.* 74. P. Molin. *d. disputatione 602. numer.* 10. Ioann. Gutier. *lib. 2. pract. quæstione 67. num.* 4. Matienz. *in l. 11. titul. 6 lib. 5. recopil. gloss.* 11. *número* 3. Velazq. de Auend. *in l. 40. Tauri, gloss.* 1. *ex num.* 53. vbi *numer.* 67. *versiculo qua verò.* Gregor. *in l. 32. titulo 9. parte 6. verbo, no valdra, versiculo vnde non obstante filio legitimo.* D. Ioann. del Castill. *tom. 3. controu. cap. 12. num.* 44.

Hoc limitatur primò, quando regia facultas intercedit, licèt conuenientius sit filiam admittere, modo & forma, de qua in præsenti, vt *suprà* in simili casu actum est, *cap. 3. numer.* 35.

Limitatur secundò, in maioratu instituto ex quinta parte bonorum cùm fas sit, non relinquere extraneis. P. Mol. *d. numer.* 10.

Num. 53.

COncluditur *hîc* primò, quòd à maioratu ex tertio bonorum instituto, filiæ propter masculos transuersales excludi non possunt.

Secundò, quòd ordo *d. l.* 17. *Tauri,* adeò præcisus est, (vide P. Molin.) vt illud quod in contrarium factum fuit, nullum est. quod primum vide.

Quoad secundum vide Angul. *ad leges meliorat. l.* 11. *gloss.* 4. *numer.* 9. *&* 10. Molin. de quo nuper, *numer.* 12. Mier. *2. parte, quæstione 6. numer. 25. in antiquis, & numer. 107. in nouiss.* Auend. *in l. 27. Tauri. gloss.* 2. *numer.* 10. *in fine.* Castill. *d. cap.* 7. *numer.* 4. *& lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 44. & deinceps, & nouissimè *tom. 5. cap. 98. ex numero 2.* vbi nouiter citat Paz *in d. l.* 200. *stili, numer.* 67 Gutierr. *lib. 2 quæst.* 67. *numer.* 11. *versiculo secundò quid si aliud diceremus,* & apertissimè *numer.* 4. Castill. *tom.* 5. *cap.* 98. *numero* 22. *column.* 4. *post medium. fol.* 487. Idem Gutierr. *canonic. lib.* 2. *cap.* 25. *numer.* 6. idem Castill. *d. cap.* 99.

Quando maioratus constat ex tertio, & legum Regnorum constit. institutus est, communis Doctorum opinio & sententia est, nullo pacto posse filias ab eius successione propter masculos transuersales excludi, hoc ferunt auctor, & recensuerunt P. Molin. *dict. disputatione 612. numero* 12. Ioann Gutier. *lib.* 2. *canonic. quæstion. cap.* 25. *numer.* 6. Paz *in l. stili* 200. *numer.* 124. In quo casu formam præscriptam à lege 27. *Tauri* seruari debere omnes fatentur. De quo per D. Ioann. del Castill. *lib. 2. cap. 7. ex numer. 2. & cap. 77. numer. 4. & capite 30. eiusdem libri, & cap.* 12. *numer.* 44. *lib* 3. *& tom. 5. cap.* 99. *per totum.* Perez de Lara *tract. de vita hominis, cap. 30. num.* 121.

Hoc repetit auctor, & declarat *infrà in calce huius operis numer.* 10. vbi subiungit, posse parentem etiam absque regia facultate fœminam vltimi possessoris, filiam, vel filios clericos & monachos excludere, propter ipsius vltimi possessoris transuersales, dummodo ab ipso institutore maioratus descendat, quod verissimum nobis semper fuit. Lex namque Tauri solùm descendentibus exclusis, ne transuersales ad meliorationem vocentur, non autem parentibus inter suos descendentes electionem denegant; idque in cõperto est, ex *l.* 18 19. *&* 21. *Tauri.* Quibus non adstringitur pater, ad hoc vt

omnes

omnes descendentes substituat, sed potest liberè atque impunè vnum, vel aliquos ad maioratum aliis prӕteritis inuitare, Tell. *in l. 27. Tauri, numer.* 4. Ioann. Gutierr. *lib. 3. practic. quӕstione* 53. *numer.* 4. Angul. *tract. de meliorat. gloss.* 9. *num.* 1. *& gloss.* 11. *num.* 4. *& gloss.* 8. *numer.* 1. Matienz. *in l. 6. titul.* 6. *gloss.* 4. *ex numer.* 2. *lib.* 5. *recopilat.* Paz *quӕst.* 5. *ex num.* 145. & omnium latiùs D. Ioann. del Castill. *d. cap.* 99. *per totum.*

Ampliatur superior conclusio, etiamsi descendentes aliquem defectum patiantur, ex Mol. *de quo proximè.*

Num. 54. & 55.

PRo auctoris sententia vide Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 21. *num.* 16. P. Thom. Sanchez *eodem tract. lib.* 1. *disputatione* 34. *numer.* 15. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 12. *ex numer.* 48. *& lib.* 4. *cap.* 36. *numer.* 27. *& tom.* 5. *cap.* 99. *per totum, & cap.* 100. *num.* 3.

Quod intelligendum est, prout in fine operis ad hunc numerum obseruauit auctor, de quo *numero prӕcedenti* ostensum est, prout rectè addiderunt, vltra relatos, P. Molin. *d. disputatione* 612. *numer.* 12. P. Thom. Sanchez *in prӕceptis Decalogi* 2. *part. lib.* 7. *cap.* 15. *numer.* 6. Perez de Lara *tract. de vita hominis. cap.* 30. *num.* 121.

Quorum sententiam probamus, quando monasterium, in quo monachus, siue monialis ingressi sunt, est capax successionis, quo casu sine vlla controuersia succedit, vt per auctorem *suprà lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 78. *&* 79.

Et ampliatur, etiamsi maioratus ex tertio institutus habeat dignitatem regalem, ac iurisdictionem annexam, vt ostensum est *suprà dict. cap.* 13. *num.* 94. *versicul. nono & vltimo*, vbi ex Perez de Lara sic fuisse decisum comperimus.

Num. 56. vsque ad finem.

OMnes probant hanc distinctionem, à qua recedere non libet, & in specie Mierr. 4. *parte de maiorat. quӕst.* 23. Angul. *tract. de meliorat. l.* 11. *titul.* 6. *lib.* 5. *numer.* 6. P. Molin. *tractatu de iustitia & iure, dict. disputatione* 612. *num.* 13. *& tom.* 3. *disputat.* 660. P. Thom. Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 38.

CAPVT XIII.

Num. 1. vsque ad 4.

CONDITIO adiecta in maioratu, vt successores teneantur cum personis alicuius familiӕ, vel cum certo genere personarum matrimonium contrahere, aliàs successione priuentur, non est à iure reprobata, & ideo obseruanda est, sic post auctor. communis schola Doctorum concludit. Primò quia spe prӕmij potest quis licitè ad matrimoniũ inuitari. Secundò, quia hӕc conditio, vt successor in certa familia nubat, non est vt nulli nubat; quę conditio tanquã turpis omnino reiicitur, & sic consentaneè auctoris sententiam probant P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 613. *ex num.* 1. Mier. *de maiorat.* 1. *parte, quӕstione* 50. *&* 51. Franc. Molin. *tract. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 25. *& lib.* 2. *differentia* 7. *ex num.* 11. *&* 33. Leand. Galgan. *tract. de condit. & demonstrat.* 1. *part. cap.* 18. P. Thom. Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disputatione* 33. *numero* 7. *& disputatione* 40. *numero* 4. D. Ioann. del Castill. plura adducens *tom.* 6. *quotidian. cap.* 115. *ex numer.* 11. *& cap.* 126. *ex num.* 1.

Et licèt ab hac sententia recedat P. Saa *in summa* §. *legatum, num.* 37. meritò improbatur, tam ex rationibus superiùs adductis, quàm ex *l.* 14. *tit.* 4. *& l.* 22.

 tit. 9.

titulo 9. part. 6. & maiori interpretum pondere, inter quos vix alius inueniri poteſt, qui contrarium ſentiat, ſicque nouiſſimè taxatur à P. Baſilio de Leon *tract. de matrim. lib. 3. cap. 6.*

Quorum communis ac receptior ſententia limitatur.

Primò ſi hæc conditio in legitima apponatur. P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. dict. diſputatione* 33. *numer.* 10. Ioan. Gutierr. *eodem tract. cap.* 10. *numer.* 8. niſi de conſenſu filij appoſita fuerit, vt *ſuprà cap.* 11. *num.* 9. vel ad id efficiendum Regia facultas intercedat.

Limitatur ſecundò, ſi præceptum tale eſt, vt contrahatur cum perſona indigna, vel turpi, P. Thom Sanchez *de quo proximè, num.* 12. & vide *infr. num.* 5.

Num. 4. & 5.

PRoſequitur P. Molin. *de quo ſuprà, num.* 1.

Num. 6. *vſque ad n.* 14.

EX tota hac diſputatione colligitur duobus modis poſſe quis vocari ad maioratum, ſi contrahat cum conſanguinea, vno modo ſimpliciter, altero verò addendo ſi Papa diſpenſauerit.

In priori caſu, quidquid ſentiat A Coſta *hîc* præcitatus; mihi tamen arridet auctoris opinio, nempe perinde eſſe ac ſi expreſſiſſet, *ſi ſummus Pontifex diſpenſet*, quod repetit in calce ſui operis *numer.* 11. & tamquam veriſſimum probant P. Molin. *tractat. de iuſt. & iure, diſputation.* 613. *ex numer.* 3. Ioann. Gutierr. *lib.* 1. *canonic. quæſtion. cap.* 22. *numero* 23. Sfortia *conſilio* 52. *per totum*, latè D. Ioann. del Caſtill. *lib.* 3. *controu. cap.* 7. *ex numero* 42. P. Baſil. de Leon *lib.* 3. *cap.* 15. *per totum.* & idem Coſta aduerſæ opinionis aſſecla, ſi rectè intueatur, *lib.* 1. *ſelect. cap.* 8. *numer.* 14. ad interpretationem textus *in l. cùm hæres.* §. 1. *ff. de ſtat. liber.* contrarium (ni fallor) non probat.

In ſecundo verò caſu, ſcilicet, ſi additum eſt, *ſi Papa diſpenſet*, iterum diſtinguit auctor; & *numero* 8. 9. & 10. ſi impedimentum eſt intra tertium & 4. gradum, valere conditionem firmat, quem ſequitur P. Molin. *vbi proximè*, Ioann. Gutierr. *conſilio* 18. *num.* 6. 7. & 8. idem *tract. de matrim. cap.* 20. *numer.* 6.

Si verò in ſecundo conſanguinitatis gradu verſetur, aſſerit conditionem non valere, ex *numer.* 11. *vſque ad* 14. Nos verò contrarium cenſemus; & ideo ſiue impedimentum ſit in 3. & 4. ſiue in ſecundo conſanguinitatis gradu, grauamen nubendi ſeruari debebit. nam quamuis ex diſpoſitione ſacri Concilij nunquam in ſecundo gradu diſpenſatur, niſi inter magnos Principes, & interueniente publica vtilitatis cauſa; hodie verò, prout cōpertum eſt, inter alios inferiores diſpenſari ſolitum eſt, neque diſpoſitio ſacri Concilij potuit Pontificum poteſtatem reſtringere, ideóque talis conditio non eſt de iure impoſſibilis, prout ipſemet auctor comprobauit in notis huius operis *numer.* 12. vbi ſententiam mutauit, quam amplexati ſunt idem tenentes, P. Molin. *dict. diſputatione* 613. *numer.* 3. P. Thom. Sanchez *lib.* 5. *de matrim. titulo de conſenſu condit. diſputatione* 5. *ex num.* 19. D. Ioann. del Caſtill. *lib.* 3. *controu. cap.* 7. *ex numer.* 1. *ſaltim numer.* 48. 45. Ioann. Gutierr. *dict. conſil.* 18. & *dict. cap.* 20. *numer.* 6. Mier. 1. *parte, quæſtione* 50. *numer.* 3. Peres de Lara *tract. de vit. hom. cap.* 4. *numer.* 33. P. Baſil de Leon *lib.* 3. *de matrim. cap.* 15. vbi ſubiungit ad ſucceſſorem pertinere onus petēdi talem diſpenſationem; & de ſoluendis expenſis, vide Sanchez *vbi ſuprà, dict. diſputatione* 5. *ex numer.* 19. & de diligentia quam

quam debet interponere grauatus, ad hoc vt dispensatio concedatur, Bald. *consil.* 393. *lib.* 3. *numero* 2. Mier. 4. *parte, quæstione* 4. *numero* 10. & 20. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer.* 21. & 22. P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 5. *num.* 2 Gutierr. *consil.* 18. *numer.* 9.

His subiungimus quòd si matrimonium contrahatur sub conditione, *si Papa dispensauerit,* non erit perfectum secuta dispensatione, imò nouus consensus intercedere necesse est, Petr. Surd. *consil.* 364. qui pluribus fundamẽtis hanc sententiam comprobat, P. Basil. *vbi suprà lib.* 3. *cap.* 14.

Nauarr. verò contrarium sentit *consil.* 1. *titul. de condit. apposit. ex numer.* 5. quem sequitur Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 2. *disput.* 2. *num. fin.*

Cæterùm hæc vltima opinio probabilior est, & aduersùs Surd. *dict. consil.* 364. constanter defendunt, P. Thom. Sanch. *de matrim. titul. de consensu condit. disput.* 8. *num.* 24 P. Gasp. Hurtad. *eodem tract. disputatione* 7. *difficult.* 4. *ex numer.* 15. adseuerantes (rectè quidem) quòd adueniente conditione nouo consensu opus non est, eo quòd sacrum Concilium de reformatione non sustulit matrimonium quod sub licita & honesta conditione fieri potest; & an tale matrimonium erit inefficax, si ante aduentum conditionis aliud contrahatur, vide Mier. *de maiorat.* 1. *parte, quæst.* 2. *numer.* 44.

Num. 14.

HÆc conditio, quòd maioratus successor contrahat cũ aliqua, ea recusãte habetur pro impleta, poteritque postea cum quacumque contrahere, absque timore amittendi maioratum, sic concludit auctor, & idem probant Cardin. Mantic. *in tract. de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *numero* 37. Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumption.* 183. *numer.* 25. P. Molin. 1. *parte disputationis* 206. & 207. & *tract.* 2. *disputatione* 613. *numer.* 4. P. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disput.* 33. *numero* 19. & 20. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 20. *num.* 18. P. Basil. de Leon *lib.* 3. *de matrim. cap.* 17. *numer.* 6. Hercul. Marescot. *lib.* 3. *variarum. cap.* 73. *ex num.* 10.

Idque ampliatur primò, si mulier data opera se celaret, ne requisitio ei fieret, vt *infrà numer.* 15.

Limitatur secundò, etiamsi postea efficiatur vidua, quia grauatus non tenetur spectare tempus viduitatis, vt *infrà num.* 17.

Num. 15.

HIs adde P. Molin. *dict. disputatione* 113. *numer.* 4. Ioann. Gutierr. *de matrim. dict. cap.* 20. *per totum.* P. Basil. de Leon *eodem tract.* & *loco vbi proximè.*

Num. 16.

GRauatus sub conditione contrahendi cum certa persona si ducat aliam, censetur defecisse cõditio, esto postea mortua ea vxore ducat illam quam ducere tenebatur. Hoc firmat auct. eiúsque sententiam probant P. Molin. *vbi suprà*, Gutierr. *dict. cap.* 20. *num.* 15. P. Basil. *lib.* 3. *de matrim. cap.* 17. & omnes, ea ratione ducti, de qua *ibi*, quod probabile mihi videtur, quam exornant. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 15. *numer.* 2. *vsque ad numer.* 17.

Alij contrarium sentiunt, Petr. Surd. *consil.* 125. *n.* 14. *vol.* 1. Vincent. de Franch. *decisione* 164. *ex numer.* 9. Iacob. Menoch. *consil.* 413. *lib.* 5. Carpan. *ad statut. Mediolan. cap.* 311. *verbo deferatur*, vbi plura refert.

Sed à priori sententia non est recedendum, maximè cùm eo ipso, quo aliam vxorem duxit, successio maioratus in sequentem successorem trãsfertur,

tur, quæ in pendenti stare non potest, ex adductis *lib. 3. cap. 10. per totum*, & testatorem de primis nuptiis sensisse fatetur auct. *infr. num. 17.*

Num. 17.

PRo hac verissima sententia vide P. Molin. *disputatione 206. & tract. 2. dict. disputatione 113. numer. 5.* P. Thom. Sanchez *lib. 1. de matrim. quæstione 33. num. 8 & 20.* P. Basil de Leon *lib. 3. de matrim. cap. 17. numer. 17.* Iacob. Menoch. *lib. 4. præsumptione 183. num. 25. & 146. num. numer. 31. versiculo secundus est casus*, Cardin. Mantic. *lib. 11. de coniecturis, titulo 18. num. 17.* Leand. Galganet. *tract. de condit. & demonstrat, parte 2. cap. 1. quæstione 29. numero 7. & 8.* Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpretatione 1. dub. 12. numer. 69 & interpretatione 2. dub. 1. num. 7.* Ioann. Bapt. Plotus *consil. 87. num. 8.* inter consilia matrimonialia diuersa.

Num. 18.

HOc ipsum comprobant P. Molin. *dict. disputatione 613. numer. 5.* Micr. *tract. de maiorat. 1. parte, quæstione 50. numer. 13.* Ioann. Gutierr. *dict. cap. 20. de matrim. numer. 16.* asseuerantes in hoc casu nõ esse locum pœnitentiæ, idque in omni conditione negatiua admittendum est, Iacob. Menoch. *lib. 3. præsumptione 93. numer. 24.* & in conditione nuptiarum tradit Grat. *consil. 108. num. 28* & vbi modus apponitur ab institutore, tamquam causa finalis dispositionis, si non adimpletur, relicti priuationem inducit. Cardinal. Mant. *tract. de coniect. lib. 6. titulo 14. numer. 14.* Roland. *consil. 70. numer. 6. lib. 3.* Riminal. *consil. 343. numer. 5. lib. 3.* Natt. *consil. 679. num. 15. & 16. lib. 4.* Francisc. Serra *in sua allegatione numer. 166.* & an hoc casu statim fiat translatio in sequentem, vide *l. si patroni. §. qui fideicommissarium. l. si quis sepulcrum §. fundus autem. ff. de religiosis & sumpt. funer.* de quo vide *suprà cap. 12. num. 16. & 17.*

Num. 19.

COnsentaneè cum auctore hoc ipsum profitemur. Primò, quia huiusmodi grauamina potius tamquam modus, quàm tamquam conditiones solent imponi vocatis ad maioratus, iuxta ea quæ *suprà* dicta sunt. Secundò quoniam is, qui eam conditionem, siue modum imposuit, solùm intendit quòd si culpa grauati talis conditio, siue modus deficeret, dispositio esset nulla. Tertiò ex adductis *infrà num. 20. & 26.* vbi si tales conditiones non deficiunt culpa grauati, sed aliquo casu fortuito, vel culpa alicuius tertij, tenet dispositio, & hæc est communior sententia Doctorum, quæ siue maioratus ex vltima voluntate, vt numero præcedenti actum est, siue contractu instituatur, locum habet, vt per Molin. Theolog. *dict. disputatione 113. numero 7. & 8.* Ioann. Gutierr. *de matrim. dict. cap. 20. numer. 19.* P. Thom. Sanchez *lib. 1. disput. 33. num. 21.*

Num. 20. vsque ad 23.

HIc actum est de impedimento à tertio illato, & *num. 20.* regulam generalem auct. statuit, scilicet quòd si matrimonium à tertio impediatur, conditio nubendi pro defecta, nõ verò pro impleta habenda erit; sed maioratus successori præstanda est actio aduersùs tertium impedientem. P. Molin. *vbi suprà*, Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione 454. num. 55.* quam conclusionem explicat ipsemet auct. *numer. 21.* subiungens, quòd tunc pro impleta habetur, si tertius soluendo non sit, & id tenet Fusar. *de quo proximè, numer. 56.*

Demum

Demum *num.22.* magis declarat, & affirmat hoc ita procedere, quando impedimentum à tertio iniustè illatum fuit, secus verò si iustè; exemplo in filia familias, quæ recusante patre nuptiarum conditioni non paret, de quo in eadem specie Cardin. Mantic. *lib.11. de coniectur. tit.* 13. P. Thom. Sanchez *lib. 2. de matrim. disputatione* 33. *num.*13. P. Molin. *dict. disputatione* 613. *numer.* 8. Mier. *parte 1. quæstione* 50. *numer.* 8. subdens hoc esse magis pium, quàm tutum, Ludouic. Morosc. *consil.* 97. *num.*26. Nos verò in vtroque foro hanc opinionem admittendam censemus, ex adductis ab auct. & Sãchez *vbi suprà*, quos sequitur Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 20. *numer.*11. & ideo resoluimus, quòd si filia parata sit nubere, & à patre impediatur, consequitur relictum, ac si verè conditio fuisset impleta; esset namque indecens absque voluntate patris nubere, esto si absque fraude, vt bona fide id fiat, vt per Gutierr. & Mantic. *de quibus proximè*, D. Ioann. del Castill. *lib.*4. *controu. cap.* 25. per totum, præsertim *à numer.*38. vbi auctorem explicat, pluraque de consilio Bertrandi *hìc* præcitato recenset, quibus adde P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt. part.* 4. *gloss.* 3. *clausula* 6. *ex numer.* 29.

Num. 23. *vsque ad* 28.

HIs adde Ludouic. Morosc. *dict. consil.* 97. Fontan. *dict. gloss.* 6. *ex num.*32. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 10. *ex numer.* 24. & repetit auct. in calce operis *numer.*13. vbi limitat.

Num. 28. *vsque ad* 33.

COmmunis Doctorum sententia affirmat, quòd si maioratus institutor præceptum iniungat successoribus, scilicet, quòd contrahere matrimonium non possint cum certo genere personarum, vel cum descendentibus ex Iudæis, vel Sarracenis, valet & tenet, & formaliter impleri debet, quia non tollitur libertas contrahendi, de quo *sup. num.* 28. idémque fatemur consentaneè ex adductis à P. Thom. Sanchez *dict. lib.* 1. *de matrim. disputatione* 34. *num.*4. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.*128. *ex numer.*1. P. Basil. de Leon *tract. de matrim. lib.*3. *cap.*6. *numer.*18. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.*2. *clausul.*6. *gloss.*3. *part.*5. *num.* 56. P. Molin. *tract.*2. *disputatione* 614. *ex num.*1. Quid si maioratus in quo hoc grauamẽ appositum est, ex tertio & quinto bonorum iuxta legem 27. Tauri institutus sit, vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 128. *numer.*2. & 3.

Num. 29.

DE diligentiis, quas institutus adhibere debet, ad scrutandum genus, vide P. Thom. Sanchez *vbi suprà*, qui refert, & sequitur auct. & in casu, in quo grauatus cum persona nobili cõtrahere debeat, sufficiat nobilitas sola ex paterna linea, vel priuilegio. Idem P. Thom. Sanchez *vbi suprà*, cum Mier. & Gregorio affirmatiuè resoluit, de quo per Scobar. *tract. de ratiocin. cap.* 19. *numero* 46. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.*116. *numer.* 13. vbi cum Azeued. Gutierr. contrarium sentit; nimiam verò, & extraordinariam diligentiam, prout monet auct. *suprà num.* 34. non probamus.

Num. 30.

PRosequitur P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 614. *n.* 3. vbi refert & sequitur, & hoc iuris ratione comprobatur, nemo enim priuari debet ob contrauẽtionem, nisi dolosè contraueniat, ex adductis ab Honded. *consil.*68. *num.* 18. & in specie tenet Rot. Rom. decisione

Z edita

edita sub consilio Hondedei 96. *vol.* 1. & in contractibus idipsum probant Mandel. Albens. *consil.* 97. *numer.* 33. *&* 36. *volum.* 1. ex *l. Titia. § si ea conditio. ff. de legat.* 2. *l. quicumque. C. qui admitt.* quod verissimum profitemur, ex adductis *suprà numeris præcedentibus*, vbi iustum impedimentum grauatum excusat, & ignorantia probabilis inter iustas causas impedimenti connumeratur. Anchar. *consil.* 174. *numer.* 4. & quælibet probabilis causa producit excusationem pœnæ, etiam conuentionalis, Bald. *in l. fin. quæstione* 11. *C. de contrah. emptione.* Ias. *in l. qui Romæ. § duos fratres. num.* 19. *ff. de verb. oblig. & in l. Iulianus*, *numer.* 22. *ff. de condict. indebit.* Alex *consil.* 115. *ex num.* 14. *vsque ad fin. vol.* 4. Tob. Non. *consil.* 111. *num.* 80.

Num. 31.

ADde P. Molinam de quo *suprà*, & hæc communis reputatio nobilitatis nobilitaté comprobat. Ioan. Garç. *tract. de nobilitate, gloss.* 7. *n.* 11. Fulu Pacian. *de probat. cap.* 49. *numer.* 45. Rota per Farinac. *decisione* 248. *num.* 1. *lib.* 2. *& decisione* 250. *numer.* 4. *eodem libro* ; videndus *ex num.* 3. vbi an minor in integrum restitui possit aduersùs spretum, vel non impletum præceptum & pœnam inde vniuscuiusque.

Num. 33.

VIde Mier. *de maiorat* 2. *part. quæstion.* 4. *illation.* 8. *numer.* 7. *& parte* 1. *quæstione* 50. *numer.* 14. *in antiquis editione.* P. Molin. *de quo proximè*, Menoch. *consil.* 425. *numer.* 18. *lib.* 5. P. Ioann. Fontan. *tractat. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 3. *parte* 4. *ex numer.* 39. Castill. *cap.* 127. *numer.* 14. *cum pluribus seqq.*

Num. 34.

OStensum est *suprà numer.* 29. & nimis scrupulosa generis indagatio necessaria non est, imò damnatur, ne ex ea dolus præsumatur, & causa sit litium. P. Molin. *vbi suprà numer.* 3. *prope finem*, & ita fuit decisum in hoc Regio consilio.

Num. 35. *vsque ad* 40.

PRæsés disputatio duos casus complectitur, & de primo, licèt non satis firmus, idem tenet P. Molin. *vbi suprà, numero* 4 & recensent communiter P. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. disputatione* 34. *numer.* 19. Gam. *decisione* 314. vbi addit D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 126. *numer.* 7. Francisc. Viu. *decisione* 480. *lib.* 3. Mastrill. *decisione* 233. *ex numero* 2. *lib.* 3. Anton. Fab. *lib.* 6 *Codic. titul.* 23. *de condit. instit. definitione* 18 Rota Romana per Farinac. *decisione...* licèt contrarium resoluere videatur. Mareriam bene explicat Hercul Marescot. *variarum lib.* 1. *cap.* 73. Canzer *lib.* 3. *var. c.* 7. *de pact. ex numer.* 279. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 3. *part.* 5 *ex numer.* 1. Ricc. *collect. decis. parte* 4. *decis.* 1351. qui omnes (rectè equidem) hanc communem sententiam probant, in qua quæstione Ioann. Gutierr. *dict. tract. de matrim. cap.* 21. *à num.* 18. ait quòd si conditio simpliciter sit adiecta, non reiicitur; si verò filius successione priuaretur expressè, non seruata tali conditione, valet priuatio. Sed aduerte quòd ista opinio est contra omnium mentem, præcipuè contra Gam. *vbi suprà*, & contra iuris regulas, docentes quòd priuatio non incurritur ob non impletam conditionem, quæ à iure reiicitur, *l. Seius & Agerius. ff. ad leg. falcid. l. paterfam. ff. de hæred. inst.* & explicat optimè Sãch. *dict. disput.* 34. *n.* 22. & post alios firmat Caued. *decis.* 31. *n.* 5. *part.* 2. vbi est casus, an

an Princeps in donatione, quam facit de bonis Regiæ coronæ, possit apponere conditionem de nubendo fœminæ ab ipso Rege nominandæ.

Cæterùm fatemur cum auctore *hîc*, quòd inter patrem & extraneum nulla est distinctio adhibenda, eo quòd huiusmodi conditio de nubendo arbitrio & voluntate alterius, non est reprobata ex parte personę præcipientis, sed ex natura ipsius actus, & ex effectu, cùm matrimonij libertatem impediat, Bart. *in l. 1. ff. de his quæ pœn. nomine.* Roderic. Xuat. *in l. 2. titul. de los matrimonios. num. 21. versiculo hîc dicebat.* Costa *in dict. §. si arbitratu, ampliatione fin. num. 7.* Hercul. Maresc. *lib. 1. variarum, cap. 73. numer. 4. & 5.* Fontan. *tract. de pact. nupt. tom. 2. clausf. 6. gloss. 3. parte 5. ex numer. 12.* vbi refert decisum Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib. 3. cap. 29. numer. 22.* Iacob. Canzer *2. parte variarum resolut. cap. 7. de pactis, numer. 286. & numer. 288.* Anton. Fab. *super Codic. titul. de condit. insert.* vbi in conditione nubendi de voluntate patrui, & in specie hanc nostram sententiam probant P. Thom. Sanchez *dict. disputatione 34. numer. 22.* quem increpat P. Basil. de Leon *tract. de matrim. lib. 3. cap. 6. numer. 6* Sed cum auctore, Sanchez, & superioribus tenendum censemus, & P. Basilij sententiam probamus tantùm, quando conditio apposita est, vt de licentia patris nubat, licentia enim à consensu & arbitratu plurimum differt; quare cùm non reiiciatur conditio, si de consilio alterius nupserit, vt *suprà numer. 36.* multo fortiùs sustinebitur respectu patris, cuius licentiam filia grauata honestè requirere tenetur, & iustè à patre potest denegari. Castill. *cap. 126. numer. 8. & cap. 127. ex num. 6.*

In secundo casu huius distinctionis, illa conditio, vt de consilio alterius nubat, sanè licita est, quia illo petito non adstringitur illud sequi grauatus, sed ducere poterit quam voluerit vxorem, nec est impeditiua matrimonij, sic refert & sequitur auct. P. Molin. *dict. disputatione 314. numer. 4. versicul. si autem conditio*, quorum sententiam communem dicimus, cum Zened. *collectan. 58. n. 6.* Hercules Maresc. *lib. 1. variarum, cap. 73. numer. 3.* Mart. *voto 50.* & omnium latiùs Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. parte 3. cap. 29. per totum*, vbi ampliat & limitat, & ponit casum, quando dictum est simul de consilio & voluntate talis, vide Fontan. *vbi supr. numer. 83. & 84.*

Idque ampliatur in casu, in quo dispensatio esset obtinenda propter gradum prohibentem, Mart. *de quo proximè*, & in hoc, consilium à consensu distat, quia iussus facere cum consilio, petere quidem consilium tenetur, minimè verò sequi, Mier. *tract. de maiorat. part. 1. 1. quæstione 50. numer. 5.* Iacob. Menoch. *consil. 69. volum. 1.* P. Thom. Sanchez alios referens *lib. 1. de matrim. disputatione 34. numer. 24.* & prosequitur D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controu. cap. 128. ex numer. 1.* Et quid si apponatur præceptum nubendi in familia, cum persona nominanda à possessore maioratus? vide Caued. *dict. decisione 31. part. 2.*

Limitatur hæc communis & recepta sententia, vt per auct. *infrà num. 38.* vbi ostensum erit.

Limitatur secundò *infr. numer. 39.*

Num. 36. & 37.

CAstill. *vbi sup. numer. 14.*

Num. 38.

IN casibus, in quibus non satis est petere consilium, sed illud sequi, reiicitur conditio, tamquam verè impeditiua matrimonij, prout conditio petendi consensum, proculdubio reiicitur, vt *suprà numero 35.* cum auctore, & com-

communi interpretum sententia dictum est, in qua specie hi casus non differunt, vt probat P. Thom Sanchez *dict. disputat.* 34. *num.* 28.

Num. 39.

HOc ipsum fateri oportet cum relatis à Mier. *dict. quæstion.* 50. *numer.* 6. *in fin.* P. Thom. Sanchez *vbi suprà num.* 26. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 21. *de matrim. numer.* 28. & 29. vbi in Hispanorum primogeniis hanc sententiam veriorem dicit.

Num. 40. & 41.

TOta hæc disputatio pendet ex adductis *suprà numeris præcedentibus*, vbi actū est, quòd si per successorē non stat, quo minus conditio adimpleatur, sed fortè aliqua causa impeditur, liber erit; nunc verò *numer.* 41. mortua persona, cuius consilium quis tenetur requirere, idem profitetur, quam partem nos etiam sequimur, ex traditis à Cardinal. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. vltim. volunt. titul.* 18. *ex numer.* 11. subdens talem conditionem potestatiuam esse, eo quòd consilium tenetur requirere, sed non sequi, & quando conditio merè potestatiua defecit per casum, non deficit legatum, quia tunc testator non censetur voluisse, quòd penderet ex viribus fortunæ, & auctor. & Mantic. refert & sequitur P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 34. *num.* 27. excipiens à regula textum *in l. cùm tale. § rescriptum. ff. de condit. & demonstrat.* Hispana primogenia ob præsumptam institutorum voluntatem.

CAPVT XIV.

Num. 1. *vsque ad n.* 5.



IIs adde P. Molin. *disputatione* 615. *ex numer.* 1. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 93. §. 20. *numer.* 3. & in materia vide Fusar. *de substit. quæstione* 447. *per totam.* Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 34. *à numero* 1. *vsque ad numerum* 6.

Num. 5. 6. & 7.

IDem recensent Francisc. de Ponte *consilio* 4. pro Comestabili Castellæ, *numer.* 35. Thesaur. *decis.* 270. *numer.* 1. & quòd armorū insignia habeantur loco cognominum, probat Cassan. *in catalogo gloriæ mundi*, *consideratione* 54. & de his plenè per Thesaur. *vbi suprà num.* 33. D. Ioann. del Castill. *cap.* 136. *num.* 74. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 13. *num.* 32. & 33.

Num. 8. & 9.

SEcundùm statuta & consuetudines Italiæ hoc verissimum est ex Thesaur. *dict. decisione* 270. *num.* 10 Ludouic. Morosc. *consilio* 50. *numer.* 20. Menoch. *consilio* 117. *numer.* 22. & 23. *lib.* 2. & *consil.* 220. *numer.* 29. P. Molin. *vbi suprà num.* 2. optimè Rota per Farinac. *decisione* 319. *numero* 4. *parte* 1. *in nouissim.* vbi dicit post alios procedere hoc in Italia, non in Hispania, de quo *hic num.* 8.

At verò hoc grauamen ferendi nomen & arma fundatoris, ex consuetudine Regni, æquè masculis & fœminis adimpleri potest, & ideo non censetur factum gratia conseruandæ agnationis, prout firmat auctor, cuius sententiam communem dicimus, tenen-

nendámque tam in iudicando, quàm in consulendo, ex adductis etiam à P. Ludouic. de Molin. *vbi suprà*; Burg. de Paz *in proœm. legum Tauri*, *numero* 111. Aiend. *in l.* 40. *Tauri glossa* 9. *numer.* 29. Aluarad. *de conect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. §. 1. *numer.* 23. & 24. & *cap.* 23. §. 4. *numero* 27. Iacob. Menoch. *consil.* 926. *numero* 49. *vsque ad* 52. *lib.* 10. Mier. *de maiorat.* 2. *parte*, *quæstione* 6. *num.* 23. Ioan. Garç. *tract. de nobilitate*, *in diuisione operis*, *numer.* 42. Alex. Raudens. *variarum resolut. cap.* 39. subdens quòd hoc grauamen tantùm in Hispania respicit conseruationem familiæ in genere, M. Anton. Peregrin. *consil.* 1. *numer.* 5. & 11. *volum.* 5. Tiber. Decian. *consil* 31. *numer.* 93. *volum.* 1. Giurb. *decisione Siciliæ* 32. *num.* 18. Farinac. *dict. decis.* 319. de quo proximè D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 136. *numer.* 75. & 160. *numer.* 6. *versiculo hactenus*, & omnium nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 13. *numer.* 34. de quo inferiùs per auct. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 78.

Quorum recepta sententia limitatur primò si præcedit vocatio masculorum, & fœminarum exclusio, vel si aliquibus coniecturis appareat hoc gramen propter agnationis conseruationem esse iniũctum, ex adductis per auct. *dict. cap.* 5. *numer.* 78. vbi, *quòd ex solo nomine*.

Limitatur secundò, quando maioratus institutor vocauit masculos, neque adiecit, quòd hi nomen & arma familiæ acciperent, post quorum vocationem instituit fœminas, siue masculos ex fœminis, cum præcepto ferendi nomen & arma fundatoris, in hoc casu fictè, siue artificiosè, agnationi prospexisse censetur, vt per Socin. iun. *consil.* 69. *num.* 20. *volum.* 3. Hieron. Grat. *consil.* 120. *volum.* 2. *numer.* 26. & *consil.* 5. *numer.* 86. *volum.* 2. Hippolyt Rimin. *consil.* 21. *numer.* 28 & *consil.* 23. *numero* 86. *volum.* 1. Paul. Paris. *consil.* 19. *numer.* 33. *volum.* 2. Iacob. Menoch. *consil.* 117. *num.* 22. & 23. Ioan. Zeph. *consil* 251. *num.* 50. *vol.* 2. Cardin. Mantic. *lib.* 6. *de coniect. vltim. volunt. titul.* 15. *per totum*. Thesaur. *dict. decisione*, *de qua proximè*, *numer.* 19. & *decisione* 188. *numer.* 11. cum pluribus adductis à Fusar. *de subst. quæstione* 499. *numero* 13. quod intellige vbi grauamen fuit appositum pluribus successiuè; secus verò si vni tantùm nominatim & expressè. M. Anton. Peregrin. *consil.* 70. *num.* 22. Fusar. *vbi suprà n.* 14.

Cæterùm in Hispanorum primogeniis contrarium censemus, nisi simul aliæ vrgentiores coniecturæ appareant, vel expressè à maioratus institutore dictum sit, vt in specie tenet Farin. *dict. decis.* 319. quem refert Fusar. *dict. num.* 13. *in fin.*

Num. 10.

His adde P. Molin. *dict. disputatione* 615. *num.* 2. Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæst.* 447. *ex numer.* 1. Perez de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 13. *num.* 22.

Num. 11.

Ibi, *Plus dixit Guido*. Hoc verissimum contra Guido. *in maioratibus Hispaniæ*. P. Molin. *vbi sup.* D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 115. *num.* 17.

Num. 12.

Vide *suprà lib.* 1. *capit.* 14. *numero* 1. Prosequitur P. Molin. *vbi proximè*, *numero* 3. de quo vide Rotam Sacri Palatij *decisione* 39. *parte* 1. Galganet. *tract. de condit. & demonstr.* 2. *parte cap.* 6. *quæstione* 3. *ex numero* 4. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controu. cap.* 181. *num.* 29. & 30. & his concinit decisio textus *in cap. cùm in nostris* 6. *de concessione præbendæ*.

Num. 13. *vsque ad* 23.

ADde *infr. numer.* 23. *& supr. cap.* 12. *num.* 7. P. Surd. *decisione Mantuana* 57. *num.* 3. *&* 4. P. Molin. *de quo proximè, num.* 4. Tiber. Decian. *consil.* 1. *numero* 9. *volum.* 3. Canzer *lib.* 3. *variarum, cap.* 22. *ex numer.* 87. vbi ferè in simili specie Castill. *tom.* 5. *cap.* 180. *num.* 23. *cum seqq.* Fusar. *de substitutione, quæstione* 582. *ex num.* 1.

Num. 23.

SI hoc grauamen cognominis & armorum in vim conditionis iniunctum est, statim cùm primùm potuerit grauatus adimplere tenetur, etiam non interpellatus, alioquin vlteriùs vocato successio defertur, prout est huius prima distinctionis pars, de qua P. Molina *vbi suprà num.* 4. Thesaur. *decisione* 270. *numer.* 25. Matienz. *in l.* 7. *titulo* 7. *lib.* 1. *recopilat. gloss.* 1. per totum, optimè Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 447. *numer.* 13. & in vim conditionis censetur appositum, veluti si institutor dixerit, quòd non transeat in vocatum neque dominium, neque possessio, nisi tale grauamen priùs adimpleat, ex adductis superiùs *cap.* 12. *numer.* 17. quo casu etsi omnes conditiones in vim modi in Hispanorum primogeniis relictæ censeantur, iste modus verè & propriè conditioni æquipollet, P. Molin. *de quo proximè, numero* 3.

Si verò in vim modi grauamen appositum est, auctor firmat *hic* interpellationem necessariam esse, nec opus esse annum labi. P. Molin. *dict. numer.* 4. Mier 3. *parte de maiorat. quæstione* 12. *num.* 27. Iacob. Menoch. *consil.* 131 *num.* 6. *lib.* 2. *& consil.* 1011. *numer.* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 798. *ex numer.* 10. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *quotidian. controu. cap.* 110. *de n.* 18. *& cap.* 115. *n.* 16. vbi cum auct. in arbitrio iudicantis relinquit. quorum sententiam probamus, vlteriúsque addimus eo ipso quòd modo contraueniatur, vtendo alio nomine, aliáque arma, & nõ institutoris assumendo ac deferendo amittere maioratum ob modi transgressionem, & euolui ad vlteriùs vocatum, esto nulla admonitio præcesserit; admonitionem verò solùm dicerem necessariam, quando ille se haberet negatiuè, neque institutoris arma, neque aliqua alia assumendo ac deferendo.

Hæc omnia declarantur primò, dũmodo contrauentio conditionis nõ casu, neque ex modica negligentia, sed ex proposito & cum perseuerantia facta sit; & de casu impotentię vide Fusar. *de subst. quæstione* 465. & adducta superiùs *toto cap. te* 13. de omnibus verò simul auct. *suprà num.* 21.

Declaratur secundò, quando nomen & arma honesta sunt, non verò inhonesta, & turpia, vt *infrà* ostensum erit *num.* 25.

Declaratur tertiò, vt contrauenięns teneatur restituere rem cum fructibus, quando in vim conditionis, vel quando in vim modi, qui conditioni æquipollet, grauamen relictum est, P. Molin. *de quo proximè, dict. num.* 3. Mier. *tract. de maiorat.* 2. *parte, quæstione* 4. *illatione* 8. *ex num.* 37. & pluribus relatis Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæst.* 447. *numer.* 2. 3.

Secus verò, si in vim modi, de quo *in versiculo, sed quamuis*, grauamen relictum est, & differentia inter vocationem modalem, & conditionalem quoad fructuum restitutionem magni ponderis est, eo quòd in vltimo casu, donec grauatus condionem adimpleat, neque ciuilissima possessio in eum transit; quare ad fructuum restitutionem tenetur, cùm possessio sit fructuum percipiendorum causa, ex adductis

adductis *infrà lib. 3. cap. 5. numer. 69.* In priori verò casu contra eum, grauato priùs dominium ac possessio quæritur, vt *suprà cap. 12. ex num. 4. cum seqq.* actum est.

Num. 24.

Denique secunda huius distinctionis pars, vti prior, verissima est, per relatos *suprà*, maximè P. Molin. *dict. disputatione 615. numer. 9.*

Num. 25.

His adde P. Molin. de quo proximè, *numero 9.* Simon de Prætis *de interpretatione vltim. volunt. folio 302. num. 21. in fine.* Vincent. Fusar. *de substitut. d. quæstione 447. ex numer. 14.* Perez de Lara *tractat. de vita hominis. cap. 13. numero 43.*

Num. 26. vsque ad 36.

IN hac quæstione, prout auctor fusè tota hac disputatione obseruat, sic distinguendum censemus, aut præceptum iniunctum est, vt deferatur nomen & arma sola absque aliorum immixtione; tunc verò siue alius maioratus simpliciter institutus sit, non potest vnus & idem succedere simul in vtroque maioratu: vbi obseruat auctor *in præsenti, numer. 26. 27. 28. 29. & 30.* aut vterque institutor præcepit assumi cognomen ipsius, & arma simpliciter, nihil addendo; tunc verò præceptum impletur, etiamsi nomini & armis institutoris alia misceantur, ex auct. in præsenti *numero 30.* cui standum est affirmanter, vt probant P. Molin. *d. disputatione 615. ex numer. 5. & 6.* Ioann. Francisc. de Ponte *consilio 4. ex numer. 1.* Ant. Thesaur. *d. decisione 270. numer. 13.* Raud. *consilio 35. numer. 88. lib. 1.* Mier. *2. parte, quæstione 6. numer. 77.* Burgos de Paz *quæstione 2. numer. 78. lib. 2. cap. 4. numero 93.* & D. Ioann. del Castill. *lib. 3. controu. cap. 15. ex numero 90. & lib. 5. cap. 136. numer. 77. & cap. 160. numer. 7. & cap. 180. num. 18.* Mier. *4. parte de maiorat. illatione 8. numer. 10.* Mart. *voto 73. numer. 9.* Aluarad. *de coniect. mente defuncti lib. 2. cap. 2. §. 1. numero 40.* Stephan. Gratian. *tom. 4. discept. forens. cap. 645. numero 17.* vbi refert auctorem *ex numer. 30. vsque ad num. 37.* & de praxi ac consuetudine testantur Valenz. Velazq. *consil. 69. num. 26. vsque ad 46.* super maioratu de Tobar. Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione 447. numer. 19.* qui nihil resoluit; optimè, & omnium nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap. 13. numer. 40.* vbi refert decisum, & repetit auctor *infr. lib. 3. cap. 2. num. 30.* & de consuetudine Hispaniæ, quando deficit verbum *sola*, in vtroque maioratu succedit grauatus, ex auctor. *hic numero 30. & 31.* & ex omnibus superiùs relatis; & an idem sit dicere, *sola, & absque aliorum immixtione*, vel, *absque aliorum immixtione tantùm*, vide Pont. *dict. consil. 4. numer. 6. lib. 1.* D. Ioann. del Castill. *dict. cap. 180. ex num. 19.*

Num. 36. vsque ad 45.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà num. 7.* de quo per Aluarad. *tract. de coniect. mente defuncti, vbi suprà.* Valenz. Velazq. *dict. consil. 69. numer. 26.* quorum recepta sententia limitatur primò, nisi maioratus receptio maioris qualitatis, ac magnitudinis atque excellentiæ sit. P. Molin. Valenz. Velazq. Aluarad. *de quibus proximè*, & repetit auctor *infrà num. 41.*

Quid si pendente lite coram iudice Ecclesiastico pars petat alimenta coram seculari, vide Petr. Surd. *de alment. priu leg.*10. *à numer.* 5. vbi asserit, quòd causa alimentorum non dependet à causa principali matrimonij, sed est diuersa, & ideo iudex laicus eo casu cognoscere poterit, Mier. 3. *part. de maioratu quæstione* 15. *à num.* 115 & refert decisum

cisum Afflict. *decisione* 152. *per totam.*

Num. 77.

HIs adde P. Molin. *vbi suprà numer.* 12. Sesse *decisione* 26. *ex numer.* 105. Cardinal. Tusc. *tom.* 1. *lit. A. conclusione* 28. *numer.* 7. *&* 8. Giurba *decisione* 5. *num.* 36. *&* 37. *& ad consuet. c.* 7. *gloss.* 13. *numero* 20.

Num. 78.

VIde Petr. Surd. *de aliment. titul. fin. quæst.* 15. *& l. libertus qui operarum. ff. de oper. libert.* & auctoris sententia procedit, etiamsi expresse iuri petendi alimenta renuntiasset, Barbos. *in l.* 1. *parte* 4. *numer.* 73. P. Surd. *tract. de aliment. titulo* 8. *priuilegio* 57. *numer.* 19. Cardinal. Tusc. *tom.* 1. *litt. A. conclusione* 308. *numer.* 2. Zeuall. *comm. quæstione* 388. *numer.* 28 Peregrin. *de fideic. artic.* 36. *num.* 146. Giurb. *decis.* 5. *numer.* 35. *vbi num.* 37.

CAPVT XVI.

Num. 1.



ADDE P. Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 13. P. Thom. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disput.* 26. *num.* 1.

Num. 2. *&* 3.

P. Thom. Sanchez *vbi suprà numer.* 2. & repetit auct. *infr. num.* 15.

Num. 4. *&* 5.

PLuribus adductis, id tenent Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 2. *num.* 28. Petr. Surd. *tract. de aliment. quæst.* 1. *num.* 5.

Num. 6. *vsque ad* 14.

PRosequitur P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 26. *numer.* 4. de quo Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæstione* 1. *numer.* 2. *&* 3. Matienz *in l* 2. *titulo* 1. *gloss.* 4. *numer.* 2. *lib.* 5. *recopilat.* & *ibi* Azeued. *numer.* 6. P. Azor *moral. lib.* 5. *cap.* 20. *versiculo præterea, & versiculo leges ciuiles, & cap.* 25. *versiculo decimotertiò quæritur,* Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 2. *num.* 13 vbi *numer.* 1. *vsque ad fin.* Plura in materia recenset Franc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 2. *differentia* 7. *ex numer.* 38.

Num. 8.

HIs adde Matienz. *in dict. gloss.* 4. *numero* 3. *&* 4 Gutierr. *dict. quæstione* 1. *num.* 5. Sanchez *dict. disputatione* 25. *numer.* 2. Francisc. Molin. *vbi suprà ex num.* 52.

Num. 9 *vsque ad* 10.

PLures alios refert Gutierr. *dict. quæstione* 1. & id probat Francisc. Molin. *vbi suprà, ex num.* 62. & extendit ad filium iuxta legem Tauri *hîc* præcitatam, & *numer.* 16. loquitur de statuto irrogante famulis pœnam, nubenribus cum filiabus & consanguineis dominorum.

Num. 16. *vsque ad* 21.

LIcèt auctoris sententia in puncto iuris vera sit, tamen in praxi contrarium obseruant Matienz *lib.* 5. *titulo* 1. *gloss.* 7. *num.* 5. Ioann. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæstione* 4. *numer.* 7. P. Thom Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disputatione* 2. *à numer.* 5. Anguian. *tract. de legibus lib.* 3. *controuers.* 8. *à numer.* 15. vbi disputat.

Num.

Num. 21.

VIde *infrà loco hîc præcitato*, vbi ostensum erit.

Num. 22. vsque ad 29.

DVbium est, vtrùm si illi, quibus in hac disputatione dictum est, quòd alimenta, vel dotes debentur, semel integrè persoluta sint, eaque amittant, ac deueniant ad egestatem, sint iterum alia illis necessaria tradenda, in qua disputatione auctor *hîc num.* 22. distinguit, quòd aut dos, siue alimenta præstanda sunt ab eis, à quibus legitima debetur, aut ab aliis, qui legitimam non debebant. In priori casu, si culpa filiorum, eo quòd luxuriosè ac parum sobriè vixerunt, amissa sint, non tenentur parentes alias dotes, neque alia alimenta tradere; & in dote idem resoluunt P Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 14. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 192. *n.* 11. *& de arbitrariis casu* 182. *numer.* 57. M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. articulo* 42. *numer.* 11. Petr. *eodem tract. quæstione* 8. *numer.* 457. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 7. *quæstione* 7. *folio nobis* 231. Giurba omnino videndus *decisione* 6. *per totum*, Osasc. *decisione* 124. *num.* 8 & in legitima idem propè omnes relati sentiunt, & alij, quos refert Cancer *lib.* 1. *variarum cap.* 2. *numer.* 27. Peregr. *vbi suprà articulo* 36. *numer.* 146. Giurba *ad consuetudin. Messan. cap.* 2. P. Molin. *vbi suprà*. Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 536. *numer.* 7. Sed quamuis eadem ratio in assignatione alimentorũ, quam in constitutione dotis, militare videatur, ex adductis *suprà cap.* 15. *num.* 7. tamen in præsenti diuersa censenda est, vt subiungit auctor *numer.* 24. eo quòd magis sint debita alimenta, quàm dos, cùm illa à iure naturali proueniant, hæc verò à iure gentium sit constituta, prout iudicatum dicit Osasc. *dict. diuisione* 124. *num.* 13. & refert Giurb. *vbi suprà numero* 40. ideoque cum auctore & aliorum sentẽtiis asseuerandum est, filio qui dolo, ac animi leuitate alimenta perdidit, per viam eleemosynæ succurrendum esse. Et in specie eamdem sententiam tenet P. Surd. *dict. quæstione* 7. *numer.* 10. *versiculo in hac ego controuersia*, Mier. *tract. de maiorat. quæstione* 28. *numer.* 23. Giurb. *decisione* 5. *num.* 14.

In secundo autem casu, scilicet, quando sine culpa filiorum dotes & alimenta amissa fuerunt, communiter obseruant interpretes, parentes ad iterum dotandum, & alendum esse adstringendos, ex Peregrin. *dict. articulo* 42. *numer.* 28. Petr. Barbos. *in dict. l.* 1. *parte* 4. *numer.* 137. Menoch. *de arbitr. cas.* 182. *numer.* 57. & in legitima Giurba *dict. decisione* 5. *numer.* 39. P. Molin. *vbi suprà*, Barbos. *num.* 141. Giurba *num.* 39. *& decisione* 6. *per totam*. Mier. 4. *parte de maiorat. quæstione* 28. *ex num.* 23.

Si verò dos, seu alimenta data essent ab eo, qui non est debitor legitimæ, magis controuersum est, vt per auct. *numero* 26. qui demum concludit, *in versiculo sed contrariam opinionem*, quòd frater tenetur sororem iterum dotare, quæ, casu, & non culpa, vel dolo dotem amisit, in qua opinione non satis firmus est, siquidem statim videtur illam corrigere in illis verbis, ibi, *idque quando agitur*, & ibi, *secus autẽ dicendũ erit*. de quo P. Mol. *vbi suprà*, Petr. Surd. *de alim. dict. tit.* 7. *quæstione* 15. *n.* 11. P. Barbos. 4. *parte, l.* 1. *numero* 142. *ff. solut. matrim.* Coler. *tract. de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 28. & in omni euentu consultius est, quod tradit auctor *infrà num.* 28. à quo idem transcripsit P. Molin. *dict. numero* 14.

Num. 29. vsque ad 38.

INterim dum lis pendet, & causa integrè diffinita non est, cogendus est reus tribuere actori competentia alimenta, quibus se sustentet, & litem prosequatur, & in patre id concludit auctor *hîc ex numero* 30. vbi *numero* 31. ampliat in filio emancipato, & *num.* 32. in filiis legitimatis, & *numero* 33. in eo qui in vtero est, & *numer.* 34. in nepotibus, & *num.* 35. in frattibus, idque efficiendum, quando alimenta petens, vnam sententiam in sui fauorem habetet, iuxta interpretationem textus *in l. si instituta. §. de in officioso. ff. de inoffic. test.* prout subiungit auctor *hîc num.* 30. & aliis relatis obseruat D. Francisc. Salgad. *tract. de regia protectione, tom.* 2. *parte* 3. *cap.* 1. *num.* 14. & 15. Nos verò contrarium censemus, & ideo, quamuis sententia deficiat, alimenta ac sumptus litis debentur, dummodo alimentarius copulatiuè præsumptionem boni iuris probet, & paupertatem, prout cum auctore *numer.* 35. 36. & 37. omnes interpretes modetniores agnoscunt, P. Molin. *vbi suprà, num.* 15. Rota per Farin. *decisione* 907. nouiter nouissim. Ricc. *collect.* 3117. Petr. Surd. *tract. de aliment. titulo* 1. *quæstione* 112. *numer.* 27. D. Ioann. del Castill. *tom.* 3. *controu. cap.* 27. *numer.* 13. & 58. & 63. & 68. à quo nemo dissentit, ex Fontan. *tract. de pact. nupt. clausul.* 6. *gloss.* 2. *parte* 4. *numer.* 26. Rota per Ludouis. *decisione* 189. vbi addit. & iterum *decisione* 524. Paz *tract. de Tenut. cap.* 46. vbi his concurrentibus alimenta deberi in iudicio tenutæ affirmat Mier. 4. *parte de maiorat. quæst.* 37. *num.* 31. dicens in hoc puncto non posse dari certam regulam, quia dependet à iusta causa, quam habet is, qui litigat, & tandem concludit, quòd si quis litigat super bonis maioratus, & habet vnam sententiam pro se, & aliam sententiam contrariam, difficile ei alimenta deberi, & præsumptio boni iuris debet esse vrgens, non leuis. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà.* Fontan. *num.* 27. *vsque ad num.* 30. vbi in eadem causa nec sufficeret in diuersa, ex Ricc. *dict. collect. nu.* 3117. vbi signanter, quid de naturalibus, si contentio est, vtrùm sint filij nécne, vide Stephan. Gratian. *lib.* 3. *discept. cap.* 567. *ex num.* 23. Petr. Barbos. *in l.* 1. *parte* 1. *numer.* 58. & 59. *ff. solut. matrimon.* & de filio, qui renuntiauit paternæ hæreditati, Ioann. Zeuall. *consil.* 713. idem Gratian. *cap.* 236. & *lib.* 1. *discept. cap.* 33. *ex numer.* 27. D. Ioann. del Castill. *dict. lib.* 3. *cap.* 27. *num...* & de materia textus *in dict. §. de inofficioso,* vide Aluar. Valasc. *consultatione* 1. Odofred. *in l.* 2. *C. de alend. liber.* Isernia *in ærar. const. Neapolit. litt. F. verbo frater primogenitus.* Siluanus omnino legendus *consil.* 33. *numer.* 12. *vsque ad fin. lib.* 1. Ioann. Garç. *tract. de expensis* 3. *part. num.* 35 Hippolyt. Rimin. *consil.* 777. *lib.* 7. Giurb. *decisione* 107. Mont. *decisione* 11. Iacob. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæstione* 35. Alex. Trentazinq. *lib.* 1. *variatum, titul. de aliment. resolut.* 1. vbi plures adducit quæstiones.

His addendum censemus, quòd alimenta, de quibus mentio est *in dict. §. de inofficioso,* non debentur aduersario litiganti, extra casus prædictos; nemo enim si contendit cum paupere aduersario, ad id tenetur. *l. Imperatores, ff. de tutel.* pet quem textum id notant Couar. *pract. cap.* 6. *num.* 6. *in principio.* Aluar. Valasc. *consultatione* 1. *numer.* 6. subdens non meminisse postquam in forensibus controuersiis vltra annos triginta versatus fuisset, quòd contrarium esset iudicatum; & *numer.* 5. id ampliat tam in criminalibus, quàm in ciuilibus causis, de quo Petr. Surd. *tract. de alim. titul.* 1. *quæstione* 110. *ex numer.* 1. D. Ioann. del Castill. *d. lib.* 3. *cap.* 27. *ex numero* 52. Rota Roman. per Farinac. *decisione* 260.

2. parte

2. *parte, in nouiss.* Anton. Fab. *lib.* 5. *Codic. titul.* 8. *de rei vxor. actione, definitione* 26. *in fine.* Anton. Monach. *decisione* 5. *numero* 1. Fontan. latiùs *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 12. *ex numer.* 42. vbi *num.* 44. etsi in prima instantia contrarium fuit obtentum, randem in secunda & tertia, partem succubuisse affirmat, & pro hac sententia decisum fuisse testatur, à qua tam in iudicando, quàm in consulendo non recedas; vidimus etiam sic obseruari.

Quid de bonis sequestratis lite pendente, vide Mier. *de maiorat.* 3. *parte, quæst.* 7. *ex num.* 37.

Num. 38.

IN hanc sententiam omnes propendunt, vide Papon. *arrest.* 3. *titul.* 1. *lib.* 18. Milanens. *decisione* 16. *numer.* 15. *&* 18. Stephan. Gratian. *lib.* 2. *discept. forens. cap.* 236. *numer.* 25. *cum sequentibus.* Ioann. Bapt. Costa *de rem. subsid. remedio* 100. *num.* 8. & sic fuisse obtentum Cathaloniæ, testatur Fontan. *tract. de pact. nupt. clausul.* 6. *gloss.* 2. *parte* 3. *num.* 77. *&* 78.

Quod ampliatur in quocumque iudicio, siue possessorio, siue petitorio. Stephan. Gratian. *de quo proximè.*

Num. 39.

IBi, *summariam informationem.* Rectè summariè, non plenè, quia incidenter de filiatione tractatur, & ideo si fuerit compertum ex fama, aut ex vnico teste, omni exceptione maiori, vt *infrà n.* 40. vel etiam ex iuramento alimenta petentis, vnà cum aliis coniecturis, quæ cum iuramento actoris tantam fidem faciunt, quantum vnus testis omni exceptione maior, cogere debet iudex reum præbere illi alimenta, vt probant P. Molin. *dict. disputatione* 616. *num.* 15. *versiculo quando autem*; de qua re optimè per Sesse *decisione Arag.* 13. *ex num.* 8. Maresc. plures Rotæ decisiones referens *lib.* 1. *variarum, cap.* 83. *numer.* 16. *lib.* 2. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 27. *numer.* 21. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *num.* 43. *&* *lib.* 3. *cap.* 567. *numero* 25. vbi subdit, vidisse certum iudicem hæc alimenta decernere, ex lectura attestationum, quæ nondum erant publicatæ Prosequitur P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 4. *ex numer.* 1. *&* 52. *&* 53.

Hoc limitatur, quando legitima petitur, cuius causa, non vt summaria, sed vt ordinaria tractanda est, idem *claus.* 3. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 114.

Ibi, *vsque quò per definitiuam.* Nota quòd hæc alimenta, quæ lite pendente ministrantur, durant quantum causa ipsa principalis, id est, vsque quò per diffinitiuam fuerit pronuntiatum, quod est indubitatum, ex auct. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæstione* 35. *numero* 34. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *numer.* 38. *lib.* 2. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *num.* 27. Fontan. *dict. clausul.* 6. *gloss.* 2. *part.* 3. *numer.* 72.

Num. 40.

DIximus *numero præcedenti*, & his adde Menoch. *dict. quæstione* 35. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà num.* 21. Fontan. *dict. gloss.* 2. *parte* 4. *numer* 51. *&* 52.

Num. 41.

IN hanc sententiam optimè propendunt Molfes. *ad consuet. Neapolit. parte* 3. *quæstione* 3. *numer.* 17. Alex. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, titulo de aliment. resolutione* 1. *numero* 43. Fontan. *tom.* 1. *clausul.* 4. *gloss.* 18. *parte* 4. *numer.* 79. Afflict. *decisione* 152. *numero* 4. D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *numero* 71. vbi ampliat ad quascumque personas, quibus ob paupertatem solent alimenta ministrari,

nistrari, Ricc. *in addit.* ad Franch. *decisione* 614. idem *collect.* 3117. *tom.* 7. Mar. Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 7. *gloss.* 13. *parte* 1. *num.* 40. quæ ratio maximè conducit ad impediendam cautionem, vel satisdationem in casu succumbentiæ, de quo *inferius num.* 43.

Versiculo, Ab aliis; Contrarium defendit D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *num.* 71. de quo *infrà.*

Num. 42. 43. & 44.

HIs adde Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæstione* 125. Franchis *decisione* 336. *numer.* 5. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *ex num.* 32. Pasc. *de viribus patr. potest. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 64.

Sed Don Ioann. del Castill. *dict. numer.* 71. ab hac sententia recedit, subdens quòd cùm in causa succumbētiæ filius non tenetur præstita alimenta restituere, frustranea erit hæc cautio.

Ego sanè dicerem, eum qui est in possessione alimenta percipiendi, non teneri prædictam cautionem præstare, reliquos verò eam existimo præstare teneri, saltim iuratoriam, quòd ea restituerint, quando commodè potuerint, si succubuerint, etiamsi sint in quasipossessione tituli, vnde ea debentur, atque in primis, si dolosè illa petiuerunt, & acceperunt, scientes sibi non deberi, tunc dubitandum non est, in conscientia & in exteriori foro teneri illa restituere, tanquam iniustè, formaliter & materialiter accepta, & comprobatur ex *l.* 1. & 2. *ff. si mul. vent. nom.* At verò si illa acceperunt, & petiuerunt bona fide, arbitrantes sibi deberi, maximè post ortam controuersiam, tunc censemus, quòd ea quando commodè potuerint, tenentur restituere; neque enim iustitia patitur, vt quis illa omnino indebita aliter præstare cogatur, quàm sub tali conditione, præstita priùs de restituendo iuratoria cautione; sic concludit P. Molin. *dict. disputatione* 616. *numer.* 15. *versiculo vtrum*, vbi ad textum *in l.* 1. §. *interest. ff. si mul. vent. nomine.* & ad textum *in l. vltim. C. de ordin. cognit.* exactè respondit, de qua re plura recenset P. Ioann. Fontan. *tract. de pact. nupt.* 4. *parte gloss.* 18. *claus.* 15. *num.* 79. & 80. & pro doctrina Bart. de qua *hic numer.* 44. vide Giurba *decis.* 4. *per totam.*

Num. 45.

IDem probant D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *numer.* 70. Petr. Surd. *de aliment. titulo* 1. *quæstione* 113. *per totam.* Steph. Gratian. *dict. cap.* 236. *num.* 41. Fontan. *de pact. nupt. parte* 4. *claus.* 6. *glossa* 2. *n.* 30. vbi *numer.* 34. se vidisse refert in Regio Archiuo quandam decisionem in terminis.

Et auctoris sententia ampliatur, primò etiam in minore. Botta *consil.* 64. *num.* 13.

Secundò ampliatur, etiam si vxor lite pendente alimenta petiuit, vt per Gallum *hic* præcitatum, qui in hac specie loquitur. Ratio omnium prædictorum est, quia actio contra renuntiantem stat in cognitione causæ, qua durante, manet in suo sensu contractus, & deficit ille boni iuris fumus, qui in horum alimentorum præstatione iura desiderant, vt *suprà numer.* 37. sic nouissimè explicat Mart. *tract. de successione legal. tom* 2. 4. *parte, quæstione* 18. *artic.* 7. *numer.* 23. Quare ex prædictis ab auctoris sententia recedi non oportet.

Num. 46.

HOc est de mente omnium scribentium, vt post auctorē recensent Petr. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 112. *num.* 30. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 236. *num.* 31. & 32. Marescot. *lib.* 2. *variarum*,

cap.


cap. 83. *numer.* 19. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clausul.* 6. *glossa* 2. *parte* 4. *numer.* 23. *&* 24. de quibus actum est *suprà numero* 37. & an in filiis sit necessaria probatio inopiæ, vide D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 27. *numer.* 4. Fontan. *vbi proximè, n.* 25. vbi de quātitate huius inopiæ, quod iudicis arbitrio relinquendum ex auctore, atque aliis grauissimis censet.

Num. 47.

HIs adde idem tenentes, Menoch. *consil.* 35. *num.* 35. *lib.* 1. Portol. ad Molin. *verbo alimenta*, *numer.* 24. Stephan. Gratian. *cap.* 55. *num.* 53. Alex. Trintazinq. *lib.* 1. *variarum, titulo de aliment. resolutione* 1. *numero* 46. D. Ioann. del Castill. *de quo proximè, numero* 25. Marescot. *lib.* 2. *variarum, cap.* 83. *numero* 12. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 2. *clauf.* 6 *gloss.* 2. *part.* 3. *num.* 64. *&* 65 Videndus etiam *numer.* 68. vbi plura scitu digna, pro instructione iudicum circa prædicta, obseruar P. Molin. *vbi suprà, num. fin.*

CAPVT XVII.

IBi, *vbi agitur de facultate Regia, vers. si voluerit*, & ibi, *& non dicēdo quod masculus*. Nota quòd si masculus in institutione maioratus præfertur fœminæ, eo ipso fœmina admissa censetur, quod intellige in defectū masculorum, quia natura prælationis non est excludere in perpetuum, sed suspendere donec masculi extarent; quare ex natura comparatiuorum successiuè lis est, Socin. *consil.* 19. *numero* 5. *&* 20. *lib.* 1. & referunt, Collegium Ticinense pro Tribultiis *à numer.* 63. Aluar. *tract. de coniect. ment. defuncti, lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 36. pro qua solidissima conclusione vide *l. filius.* §. *pater cum filia. ff. de legat.* 2. *l.* 1. §. *si mater. ff. ad Tertul. l.* 2. *ff. qui pot. in pig. hab.* Reliqua verò ad præsens caput spectantia prosequemur inferiùs, vbi loculenter tractari debent.





LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Num. 1.



ASTILLO *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 28. *in fin. versiculo, Ego verò.*

Prosequitur P. Molin. *tract.* 2. *disputatione* 624. *ex num.* 1. quibus subiunge quòd tam in puncto iuris, quàm in Hispanorum primogeniis maior natus & primogenitus idem sunt, ex auct. *suprà lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. & 4. *& infrà cap.* 8. *numer.* 20. vbi fuit ostensum.

Num. 2.

ETiam censetur maior natus in re proposita, qui mortua matre, ventre scisso, in lucem editus est viuus, prout ex Gregorio *hîc* præcitato adnotauit P. Molin. *vbi suprà*, subdens quòd talis fuit Cæsar, ex quo nomen assumpsit, & fuit dux Albanus, strenuissimus belli dux, qui multis rebus præclarè gestis, subiugata Regi Philippo Lusitania senio confectus in Olissiponen. vrbe vitam finiuit.

Num. 3.

HOc consuetudine est receptum, tametsi res quondam fuerit controuersa, ex Molin. *dict. disput.* 624. *n.* 2.

Num. 4. & 5.

ADde *infrà* 17. P. Molin. *vbi proximè.*

Num. 6.

SVperiùs *num.* 2. ostensum est, quòd primogenitus censetur is, qui primò natus est; nunc verò declaratur, subiungens auct. id procedere, nedum in filio primogenito, qui à principio legitimus natus fuit, verùm etiam in eo, qui cùm à principio naturalis esset, ex postfacto ex matrimonio subsequente fuit legitimus effectus, de quo per Mier. 1. *parte de maiorat quæstione* 51. *ex numer.* 239. P. Molin. licèt remissiuè, *vbi suprà, numer.* 2. *in fine*, Lupus *de illegitimitate*, *comment.* 4. §. 3. *numer.* 21. *&* 22. cuius rei ratio deducitur ex *cap. tanta*, *qui filij sint legit.* vbi legitimatus per subsequens matrimonium verè filius legitimus est, etiam ad exclusionem substituti.

Reuera hic articulus difficilis est, ob multas rationes, pro vtraque parte deductas.

Prima verò Doctorum opinio est, quòd legitimatus per subsequens matrimonium, substitutum excludit, Anton. de Butr. *in cap. innotuit. num.* 18. vbi scribentes, *de elect.* Hippolyt. de Marsil. *singul.* 542. *numer.* 2. Sfort. *de compendios. substi-*

substitutione, 6. parte, articulo vltimo, pagina penultima, versiculo ego teneo. Simon de Praet. *de interpretatione vltim. volum. lib. 3. dub. 3. solutione 2. numer. 6.* Cald. Perer. *de nominatione emphyt. quæstione 21. numer. 34.* Crass. §. *fideicommissum, quæstione 38. num. 5.* Boerius *decisione 159. numero 5.* Ossasc. *decisione 154. ex numer. 11.* Mart. *voto 94. ex num. 4.* Laderch. Immola *consil. 24. n. 29.* Lanzelot. Galiauli *consil. 122. num. 1.* Aim. *consil. 995. numer. 81. vol. 6.* Iacob. Menoch. *consil. 799. numer. 43.* qui in omnibus & per omnia habent priuilegia & prærogatiuas natorum ex iustis nuptiis, & sic admittūtur ad successionem maioratus, ex auct. *in præsenti*, & toto hoc capite, ad feuda, & ad emphyteusim, Fusar. *de substit. quæstione 409. num. 31* vbi pluribus sequentibus disputat ex *numer. 9. & quæstion. 386. ex num. 3.*

Secunda opinio est omnino contraria, eiúsque sectatores, Burg. de Paz *consilio 6 numer.* 13. Gutierr. *in §. sui, num. 192. de hæred. qualit. & different.* Alciat. *consilio 86. lib. 9. numer. 2.* vbi refert decisum, Mantic. *tract. de coniectur. lib. 11. titul. 12. numer. 20.* Thesaur. *decisione 196.* Perr. Surd. *decisione 319. num. 5* Ioann. Philipp. *consil. 44. numer. 36. volum. 2.* P. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo 24. num. 46.* cum adductis à Fusar. *vbi suprà ex numer. 35.* vbi copiosè de hac re texit disputationem, & pro hac sententia in Regia Cancellaria fuit votatum, super quadam magna lite de los Fonsecas, & in Regio consilio super Comitatu de Parades, & aliàs in iudicio tenutæ pro Don Ioanne de Inistrosa, contra Don. Francisc. Duarte.

In hoc conflictu opinionum, quidam tenendum putant, quòd aut grauatur filius testatoris, & procedat prima opinio: aut grauatur extraneus, & secunda locum habeat, & aliis adductis in hoc conuenit Fusar. *vbi suprà, ex num. 35. vsque ad 39.*

Nos verò in vtroque casu priorem sententiam veriorem & communiorem diximus, argumento textus *in dict. cap. tanta*, quæ inter alias rationes ad asseuerandum vrgentior est, & ex adductis toto hoc capite ab auctore, saltim *n. 10.* qui in fortioribus terminis loquitur ac decidit. Fatemur etenim, prædicta locum habere, nisi apertè contrarium ex dispositione, aut institutione maioratus appareat, quo casu id sequi debere competrum est, ex auctore *suprà lib. 1. cap. 4. numer. 19.* & fortiùs in feudis sententia nostra locum habebit, eo quòd feudum est beneficium à Principe concessum, aduersùs quem interpretatio fieri debet, vt per Menoch. *consilio 776. ex numer. 1, cum seqq. volum. 8.* de qua re vide Fusar. *vbi suprà*, qui per plures quæstiones materiam copiosè pertractat.

Num. 7.

HIs adde Vincent. Fusar. *dict. quæst. 409. ex num. 33.* vbi pro & contra, & hanc partem obseruant, pluribus relatis, Ioann. Bapt. Cost. *de retrotract. cap. 48 casu 32. ex num. 6.* Ioannes Lupus *tract. de illegitim. vbi suprà numer. 22. versiculo declaratur secundò.* Petr. Surd. *consil. 369. numer. 23. lib. 5.* Zeuall. *quæstione 606. per totam.*

Num. 8.

HVius quæstionis resolutio ex superioribus pendet, de quibus *numero 2.*

Num. 9.

PRosequitur Gutierr. *in §. sui, numer. 198. de hæred. qualitate & different.*

Num. 10.

IN hac quæstione variç sunt Doctor. sententiæ. Prima est quòd substitutus

tus excluditur, ex adductis à Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus, ff. de condit. & demonstrat. lib. 2. cap. 16. numer. 126. & 181.* Andr. Alciat. *consil. 52. num. 5. lib. 9.* Sfort. *tract. de compend. substitutione, articulo vltimo, pagina pen. versiculo ego teneo.* Francisc. Lucas *super statuto de lucro dot. versiculo post mortem, numer. 36. pagina 94.* Nicol. Garç. *tract. de benefic. tom. 2. parte 2. cap. 2. numer. 43.* Mont. Alegr. *in praxi lib. 2. cap. 1. §. 3. numer. 5.* Marzar. *tract. de fideicomm. parte 2. quæstione 30.* Simon de Præt. *tract. de interpretatione vltim. volunt. lib. 3. dub. 3. solutione 6.* Ascan. Clemens *tract. de patr. potestate, cap. 3. numero 57.* Nicol. de Vbald. *de success. ab intestato, prima parte, num. 65.* Manuel Suarez *commun. opin. verbo legitimatus,* Andr. Fachin. *lib. 7. controuers. cap. 51.* Iacob. Canzer *lib. 2. variarum, cap. 11. de sponsalibus, numer. 61.* Lup. *de illegitimitate, commento 4. §. 3. numero 10.* Mart. *voto 94. numer. 4.* Menoch. *consil. 227. numero 13. & consil. 225. lib. 3. & consil. 779. numer. 48. lib. 8.* D. Ioann. del Castill. *tom. 6. controu. cap. 105. ex numer. 35.* Zeuall. *commun. quæstione 606. per totam,* Vincent. Fusar. *de substitut. quæstione 409. numero 47.* vbi si conditio ita concepta est, *sine filiis ex legitimo matrimonio procreatis; & num. 48.* vbi, *de natis & procreatis, & numer. 50.* vbi, si dictum sit, *si sine liberis ex legitimo matrimonio conceptis.*

Secunda verò opinio est ex diametro contraria, eámque probant M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo 24. numer. 6.* vbi decisum; & iterum *consil. 1.* in causa pro Comitatu de Fuentes *n. 29.* vbi subdit ita bis, aut ter in senatu Mediolani votatum fuisse, & etiam Paduæ, quam sententiam communem dicit, & pluribus comprobat, Thesaur *decisione 196.* vbi Addit. refert ita senatum sensisse, D. Ioann. del Castill. *lib. 2. controu. cap. 11. numero 42* & hoc fortiùs, si adest dictio *non aliter,* ex Thesauro *vbi suprà,* in qua specie vocati erant filij *ex legitimo matrimonio nati & procreati.* Petr. Surd. *decisione 319.* vbi plures alios refert, & decisum testatur.

Reuera nisi tanti viri auctoritas, atque iudiciũ me impelleret, huic vltimæ opinioni libenter accederem. Primò ex auctoritate rerũ iudicatarum, secundò, quia auct. id nititur suadere, ex dispositione textus *in cap. innotuit, & cap. cùm in cunctis, de electione,* quæ iura loquũtur in ordinatione legis, quæ legitimatum per subsequens matrimonium ad honorem & dignitatem admittit, cúmque pro legitimo habet, quoad omnes iuris effectus; non verò in dispositione hominis, de qua re in præsenti contentio est, lex enim potest fingere vt filius naturalis legitimus efficiatur, sed non potest efficere, vt illegitimus verè ac propriè legitimus sit, ita concludit Andr. Fachin. *lib 4. controu. cap. 54. ex numer. 1.* & verba in dispositione legali ciuiliter intelligenda sunt, in dispositione verò hominis naturaliter, *l. fin. Cod. de his qui veniam ætat. impetr.* Et mitius agitur cum lege, quàm cum homine, Anton. Fab. *decad. 35. error. 6.* idque innuit *l. 12. Tauri,* dum disiũctiuè subdit, *o de legitimo matrimonio nacido, e legitimado per subsigiente matrimonio.* Tertiò, quia auctores præcitati Molina à vel id non probant, vel alibi contrarium dixerunt. Nam Gregorius *in l. 1. titulo 13. parte 4. verbo, seca conso ella, col. 2.* contrariam opinionem tenet, & Couarr. loquitur, vbi tantùm vocãtur filij *ex legitimo matrimonio nati, non verò simul & procreati,* & Tiraquel. solùm inquit, quòd legitimati per matrimonium, habent querelam donationis, ideóque auctoris sententia viribus non subsistit, ab ea tamen recedere non audemus, multorum iudicio sola propendet.

Eaque limitari potest, si testator, vel maioratus institutor vocauit filios naturales & legitimos, natos & pro creatos

creatos ex legitimo matrimonio veros, & non fictos, vt per Fusar. *dict. quæst.* 409. *numero* 55.

Num. 11.

PRosequitur M. Anton. Peregrinus *tract. de fideicommiss. artic.* 23. *num.* 73. quem post auct. refert Vincent. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 904. *& numer.* 65.

Num. 12. *vsque ad* 16.

PRobabilior hæc sententia est, licèt alij in contrarium sentiant, Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 30. *&* 49. P. Molin. *tract. de iust. & iure, disputatione* 165. p. 1. P. Thom Sanch. *tract. de matr. disp.* 43. *numero* 4. Zeuall. *quæstione* 697. *per totam.* Don Ioann. del Castill. *dict. lib.* 2. *controu. cap.* 11. *numero* 4. vbi ab hac sententia testatur, neminem dissentire, Iacob. Menoch. *consil.* 622. *num.* 8. *lib.* 7. Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 71. *ex numer.* 2. *& cap.* 72. *per totum.* Vincent. Fusar. *dict. quæstione* 409. *ex numero* 65. vbi contrarias opiniones refert, & *numer.* 67. concordat, & iterum *num.* 100. quorum sententia communis est, & tenenda in iudicando, & consulendo, & in specie optimè Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 71. *numer.* 3. Rota per Ludouis. *decisione* 461. vbi addit. Paz *tract. de tenut. cap.* 40. *num.* 17.

Limitatur dispositio textus *in dict. cap. ex tenore*, quando matrimonium fuit clandestinum, & ideo nullum, omissis denuntiationibus, vt per Zeuall. *dict. quæstione* 697. *& quæstione* 51. *numer.* 3. quem refert Fusar. *quæst.* 410. *numer.* 10. *ex numer.* 1. Ioann. Gutierr. *vbi suprà numer.* 8. licèt contrarium teneat Auend. *in l.* 11. *Tauri, numer.* 3.

Cæterùm hæc limitatio declaratur primò, non procedere quando interuenit iusta causa contrahendi absque denuntiationibus, Gutierr. *vbi supr. n.* 10.

Declaratur secundò, nisi extaret diuturnitas temporis, ex qua præsumitur matrimonium legitimè, ac præcedentibus denuntiationibus contractum. Ioann. Gutierr. *dict. cap.* 71. *de matrim. numer.* 11. Iacob. Menoch. *vbi suprà num.* 14. *&* 16. qui loquitur in lapsu 14. ann. de qua re vide gloss. *in l. si neget. ff. de lib. agnosc.*

Cæterùm, in materia textus *in dict. cap. ex tenore*, non semel quæsitum est, an pater succedat filio, de qua re vide Tell. Fern. *in l.* 6. *Tauri, num.* 13. vbi contra patrem concludit; sed pro contraria ac securiore sententia Zeuall. *vbi suprà numero* 16. idque ex dispositione textus *in dict. l. Tauri*, comprobatur, vbi successio indistinctè reciproca est.

Num. 16.

OStensum est *suprà* locis *hîc* præcitatis.

Num. 17. & 18.

PRosequitur Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 12. *ex numer.* 18. vbi plura adducit, in specie de hac prælatione momenti, P. Molin. *dict. disputat.* 624. *numer.* 2.

Num. 19. *vsque ad finem.*

HIs adde P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numer.* 2. *versiculo quamuis*, qui aduersùs auctorem *hîc numer.* 22. concludit, hoc casu Regem forte esse eligendum; sed pro auctor. vide nouissimè Peres de Lara *dict. tractat. de vit. homin. capit.* 12. *ex numero* 30. 31. 32. *&* 40.

CAPVT II.

Num. 1. vsque ad 10.



SVPERIVS actũ est de legitimatis per subsequẽs matrimonium, nunc verò de filiis per rescriptum Principis legitimatis tractatio est, ex auct. *num.* 1. qui *num.* 2. *&* 3. obseruat, quòd legitimatus per rescriptum Principis non facit deficere conditionem, si grauatus sine liberis decesserit. Et in feudis, probant Rosenth. *tract. de feud. cap.* 7. *conditione* 19. *num.* 5. *in additione litt.* P. Fusar. Trentazinq. *lib.* 1. *variarum, resolutione* 2. *numer.* 3. dicit communem Alciatus *resp.* 34. *numero* 3. *lib.* 1. & in successione maioratus Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 79. *numer.* 46. Petr. *de fideicommiss. quæst.* 11. *sub numer.* 239. Peregrin. *de fideicommiss. articulo* 23. *numero* 69. Garçia *de nobilitate glossa* 21. *numer.* 20. P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numero* 3. *in fine*, quæ opinio retinenda erit in consulendo, & iudicando, vti verior & magis recepta; quidquid voluerit dissentiendo Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 408. vbi ex *numer.* 1. contrarias opiniones refert, & *num.* 17. concludit, & nostra sententia longè in Hispanorum primogeniis probabilior est, quamuis iusta causa interueniente. Princeps potest in vita parentis filium legitimare, ex Fusar. *vbi suprà*, saltim *num.* 38. *&* 39. & ex auct. *hic num.* 4. 8. *&* 9. qui subiungit, filium sic legitimatum non posse amplius consequi ex bonis parentis, quàm vnus ex legitimis, qui omnium minimam partem obtinuerint, & an hoc per necesse filio legitimato, vt legitima portio relinqui debeat, vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 496. *numer.* 37. D. Ioann. del Castill. *lib.* 4. *controu. cap.* 22. *numer.* 158. Addit. ad decis. Rotæ Ludouis. *decisione* 135.

Num. 10.

ADde Fusar. *quæstione* 409. *numer.* 113. Sed facta mentione prolis, cum auctore tenet idem Fusar. *numer.* 115. *&* 116.

Num. 11.

PRo hac opinione vide Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo* 24. *numer.* 84. *&* *consil.* 1. *num.* 13. *lib.* 3. P. Molin. *tract. de iust. & iure, dict. disputatione* 624. *ex n.* 5. P. Thom. Sanchez *tom.* 3. *de matrim. lib.* 8. *titulo de dispensat. disputatione* 7. *numer.* 1. Cardin. Tusc. *tom.* 5. *pract. lit. L. conclusione* 220. *numer.* 18. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5 *controu. cap.* 105. *numer.* 18. Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 409. *numer.* 113. ídque repetit auctor in allegarione pro Rege nostro Philippo, super successione Regnorum Portugaliæ *n.* 31.

Num. 12.

IN hac quæstione, vtrùm Papa dispensare possit in radice matrimonij, quoad temporalia, & etiam in præiudicium tertij, contrariæ sunt opiniones Doctorum.

Prima opinio est negatiua, eámque conantur defendere P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numero* 5. *versiculo ego verò.* Zeruant. *in l.* 12. *Tauri numer.* 102. Ioann. Garz. *tract. de nobilitate gloss.* 1. *num.* 27. *in medio*, & alij, quos refert P. Thom. Sanchez *tom.* 3. *lib.* 8. *disputatione* 2. *numer.* 3. Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. cap.* 84. *ex numer.* 8.

Secunda verò opinio est affirmatiua, eámque post auctorem, probant, Nicol. Garz. *tract. de benefic. tom.* 2. *parte* 7. *cap.* 2. *numer.* 41. P. Thom. Sanchez *dict. disputatione* 7. *numer.* 4. Anton. Petr. *tract. de potest. Princip. cap.* 24. *numer.* 188. Cardin.

din. Tusc. *tom. 2. pract. litt. D. conclusione 477. numer.* 10. Rota per Farinac. *decisione 455. parte 1. in nouissim.* idem *decisione* 687. *parte* 2. vbi alias Rotæ decisiones refert pro hac sententia, etiam in præiudicium substituti. D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap.* 105. *ex num.* 33. vbi disputat, & tandem in hanc partem propendet, Ioann. Gutierr. *tract. de matrim. dict. cap.* 84. Addit. ad Ludouis. *decisione* 19.

Nos verò, etsi fatemur hunc articulum difficilem esse, tandem in praxi hanc vltimam sententiam probamus. Agnoscunt sanè omnes pro contraria parte adducti, quòd si Papa dispensaret super matrimonio prohibito iure canonum, legitimando matrimonium & prolem, tunc filij erunt legitimati: si ergo Papa, quoad spiritualia, & quoad validitatem matrimonij, potest plenissimè dispensare, ac efficere vt filij hi tanquam ex legitimo matrimonio nati censeantur, cur non quoad temporalia, hoc prohibeatur; veluti monstrum namque futurum esset, quòd quis pro parte esset legitimus, & pro parte illegitimus, vt animaduertit auctor *suprà cap. 1. numer.* 14.

Quibus addendum est, quòd hæc dispensatio comprehendit tantùm prolem susceptam in figura matrimonij, non autem natam & conceptam ante matrimonium, vt per Ludouis. *decisione* 19. vbi Addit. refert decisum, nisi iam contractum esset matrimonium, & Papa licentiam dedisset perseuerandi in matrimonio iam contracto, quia prodest quoad prolem iam susceptam legitimandam, ex Fusar. *vbi suprà num.* 117. & in quo casu plenissimè Papa dicatur dispensare, quibúsque verbis ac clausulis vti debeat, vide Rota per Ludouis. *decisione* 461. *numer.* 8.

Num. 13.

Resque ex se notissima est hoc casu, filium, vel filiam huius incapacis admitti, vel secundogenitum, si hi deficiant, P. Molin. *vbi suprà num.* 4.

Num. 14. vsque ad 21.

In hac quæstione, vtrùm is, qui incapax erat ob delictum, restituatur à Principe, aut si aliqua alia ratione cesset illius incapacitas, succedat in maioratu, distinguendū est cum auctore, cuius sententiam refert, & sequitur P. Molin. *dict. disputatione* 624. *numer.* 5. *&* 6. vbi loculenter, de qua re vide D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. capit.* 91. *numer.* 19. & iuxta restitutionem à Principe factam ex mera gratia, vel ex mera iustitia, vide Alciat. *in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 3. ex numer.* 1. Fontan. *tract. de pact. nupt. clausf. 4. gloss.* 12. *ex numer.* 92. Felician. *de consil. lib. 1. cap. 3. numer.* 2. Fachin. *lib. 1. controu. cap.* 38. Paz *in praxi 4 part. 1. tit. cap. 3. numer.* 48. Giurb. *decisione* 89. *ex num.* 4.

Num. 21. vsque ad 27.

Obseruat auctor *hic numer.* 22. *&* 23. quòd si primogenitus renunciaret successionem in fauorem secundogeniti, tunc ea renuntiatio, siue cessio ipsi præiudicaret, & succederet secundogenitus, modò possessor ipse maioratus cum perseuerantia consentiat, ex *l. fin. C. de pact. hic* præcitata, sic aliàs pactio iurata inter filios vt in bonis parentis iure maioratus succedatur, valet, intercedente cum perseuerantia ipsius parentis consensu, vt post auctorem ostensum est *suprà lib. 2. cap. 3. numer.* 3. & in specie id tenet P. Molina *dict. disputatione* 624.

 num. 7.

*num.*7.Mier. 3.*parte*, *de maiorat. quæstione* 18.*per totam*,in noua editione,& in materia alia adducit Fusar. *de substit. quæstione* 524.*ex num.* 1. idque etiam intelligendum est, dummodo sine præiudicio substituti melioris conditionis ac gradus fiat, ex auct. *numer.* 24. Mier. & P. Molin. de quibus *suprà.* Sesse *decisione Aragon.* 286. *per totam*, *volum.*3. vbi *numer.*6. refert obtentum in Curia iustitiæ Aragon. pro Dòn Fernando de Mendoza, Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 524.*num.*15. & 16. Iacob. Menoch. *consil.* 211. *ex numer.* 15. *volum.* 3. Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæstione* 71. *numer.* 13. & *lib.* 3. *quæstione* 79. *numer.* 8. Auendan. *in l.* 45. *Tauri*, *gloss.* 2. *num.*4. Florez de Mena *in addit.ad Gam.decisione* 92. Melchior Febo *decisione* 2.*ex num.* 11. præcipuè 14. quorum sententiam tanquam verissimam probamus.

Dubium verò est, vtrùm primogenitus qui renũciauit primogenituram in fauorem secundogeniti, si secundogenitus decedat, poterit re ipsa primogenitus reassumere ius primogenituræ, de qua re vide Mier. *vbi suprà numero* 12.

Num. 25.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà*, *in fine numeri*,& latiùs actum est *lib.*2. *cap.*3.*num.*18.

*Num.*26. & 27.

DE hac re vide Vincent. Fusar. *de substit.quæstione* 424.*per totam.*

Num. 28.

HIs adde Mier. *tract. de maiorat.* 2. *parte*, *quæstione* 4. *illatione* 8. *numer.* 25.Cardinal.Mantic.*lib.*8.*de coniect.titul.* 10.*numer.*8. Zephal. *consil.* 658.*numer.*35. *lib.* 5.Francisc. Rip. *in rubr. C. de secund. nupt.num.*7.& *numero* 12 idem *resp.*1.*titul. de subst.numer.*15. & 17. Zanch. *consil.pro Trebult.num.*23. Thesaur. *quæst.forens.cap.* 34.*numer.*6.&non relato Ripa,qui hanc sententiam originaliter tenuit, Roland. *consil.* 58. *numero* 80. *volum.*3.Natta *consil.*676.*numer.*41.*volum.* 4. Tiber.Decian. *consil.* 7. *volum.* 1. Andr Alciat.*resp.* 101.*numero*16. *in fine lib.* 9. & secundùm aliam editionem *resp.*590. filium agnatis, Menoch. *consil.* 97.*num.*90.*volum.*1. D. Ioann. del Castill. *tom.* 6. *controuers. cap.* 160. *ex numero*3 & in pluribus Hispanorum primogeniis vidimus filios secundogenitos ad exclusionem primogeniti vocatos esse, hoc ita, quia aptiores sunt ad conseruandam memoriam fundatoris, cùm primogenitus ex consuetudine Hispaniæ antiqua, nomen & insignia propriæ familiæ ferre debeat, ex auct. *suprà lib.*2. *cap.*14.*num.*1.& 3.

Num. 29.

PRosequitur P.Molin. *vbi suprà*, *n.*9. Castillo *vbi suprà*, *n.*4. & *de materia* text. *in dict.l.*7.*tit.*7. *lib.* 5. *recopilat.* diximus *suprà lib.*1.*cap.*8.*numer.*..

*Num.*30.

EAndem sententiam probant P. Molin.*de quo proximè.* D.Ioann. del Castill.*tom.*5.*controu.cap.*178.*per totum*,& 160.*numer.*7.

Cæterùm addendum est, quòd secuta electione ampliùs variari non potest, *l.serui electione.ff.de legat.* 1. *l. apud Aufidium.ff.de optione legat.*P.Rebuf.*consil.* 21.*l.*4.§.*eleganter ff. de lege commissor.* vbi eligens vnum ex contrariis,alteri renuntiasse censetur *l.fin.C.de codicill.l.*4.*C. deposit. l. quamuis. C. de vsur. l. commissoriæ C.de pact.int.empt.l.sed & si pupillus.*§.*institoris.ff.de inst.actione.*Aim.Crauet.*consil.* 74.*numero* 7. & 8. Hieron. Gonzal. *ad regul.*

regul.8. Cancell. de alternatiua mens. gloss. 54. num.24. & gloss. 67. numer. 61. & eo ipso quo filius vnum maioratum elegit, ab altero se exclusit, iuxta iuris regulas, non temporaliter, sed in perpetuum. nam regulariter exclusio semel facta, durat perpetuò. l. planè. §. 1. ff. de legat. 1. l. legatum, in fine. l. & transferatur, ff. de aliment. legat. Hieron. Grat. resp. 6. numer. 20. volum. 1. Ioan. Zephal. consil. 161. numero 1. & consil. 221. numer. 5. Burg. de Paz consil. 29. num. 50. Palac. Rub. in repetitione rub. §. 69. numer. 36. Ioann. Gutierr. lib. 3. pract. quæstione 79. num. 7. Andr. Gamb. tract. de potest. legat. lib. 3. n. 181. quod intelligitur in materia perpetua maioratus, durante causa exclusionis, ex auct. lib. 1. cap. 6. numer. 22. & lib. 3. cap. 5. num. 71. ita etiam in materia beneficiali facta semel renuntiatione amplius non datur regressus ad renuntiantem. ex cap. ex transmissa, vbi gloss. & Abb. de renuntiatione. Flamin. Parts. de resignatione benefic. lib. 1. quæstione 4. numer. 5. & quæstione 13. d num. 1. Mier. tract. de maiorat. 3. parte, quæst. one 17. num. 12. gloss. verbo vacauerit, in cap. si propter, de rescriptis, & in cap. ex parte, in princip. de offic. delegat. & in cap. cupientes, verbo vacationis, de electione in 6. & in cap. quia sæpe, verb. vacat, de præbēd. in 6. & in cap. 2. verbo renūtiat. de renuntiatione. Tiraquel. de iure primogenit. quæstione 3. num. 5. & quæstione 26. eodem num. 1. pro quo facit l. si maritus. §. si negaueris. ff. ad l. Iul. de adulter. & eo modo filius exclusus censetur, tanquam si per mortem vacatio contigerit, Thes. quæst. forens. quæst. 34. numer. 24. Mier. parte 3. cap. 2. numer. 22. Velazq. de Auend. in l. 45. Tauri, gloss. 2. numer. 4. & cum statim ius secundò genito quæsitum sit, variatio in eius præiudicium non admittitur, sicut vidimus, quod ex consuetudine optandi optio fieri non potest de beneficiis reseruatis, c. vltimo, de consuetudine lib. 6. Rota decisione 1. num. 4. de rerum permutatione, in nou. Cassad. decisione 4. numer. 2. de concessione præbend. Mandos. regul. 4. de reseruatione, numer. 1. Æneas de Falconis tract. de reseruatione 4. part. princip. effect. 5. per totum. Petr. Gregor. de Ecclesiast. benefic. cap. 39. num. 4. Mohedan decisione 27. de præbend. numer. 1. Hieron. Gonzal. in regul. 8. Cancell. gloss. 34. num. 2. & 3. Azeued. consil. 7. numer. 2.

Vlteriùs circa materiam & decisionem dict. l. Regiæ 7. titul. 7. lib. 5. recopilat. alia occurrit quæstio apud pragmaticos in hisce maioratuum controuersiis, non semel agitata: scilicet, vtrùm primogenitus, ad quem duorum maioratuum spectabat successio, si priùs vnum obtinuit, siue ex parte patris, siue ex parte matris ab altero vacaturo illico exclusus censeatur.

Et pro parte affirmatiua solet adduci textus in Clement. gratiæ, de rescript. vbi expectans beneficium, perdit gratiā, si consequitur aliud, quod cum illo quod expectabat, de iure tenere nō poterat, idem notant gloss. verbo gratiæ, & verbo recusare. Nauarr. in cap. si quando, de rescript. & in cap. accepta. de rest. spoliat. opinione 8. numer. 6. Valenz. Velazq. qui plura in comprobationem adducit consil. 83. saltim ex numer. 63. cum seqq. vbi in maioratu, & in commenda Indiarum sic tenet, & plutibus aliis relatis D. Ioann. del Castill. tom. 5. cap. 178. num. 15. versiculo item etiam.

Cæterùm negatiua opinio longè probabilior est, ac in praxi tenendum, primogenitum, qui in vno maioratu cum altero incompatibili priùs successit, ab altero nondum delato, minimè exclusum censeri, imò tempore ipsius delationis accedente vnum eligere ac retinere posse, siue ex parte patris, siue ex parte matris successio contingat, cap. ad hæc, cap. referente, cap. præterea, de præb. idque expresè ex dict. l. 7. compertum habemus, quæ liberam in hoc casu primogenito facultatem eligendi concessit, electio sanè (vt notissimum

simum est) fieri quomodo potest, si concursus verè, practicè, ac realiter non datur, quod tam ex verbis *dict. l.* quàm ex auctore *hic* perpendi potest, ibi, *si quando concurrunt duo maioratus*, & ibi, *primogenitus unum ex eisdem eligere potest*, & *num. 19. nisi maioratus concurrat cum alio*, & ibi, *tunc namque electo altero*, quæ verba actualem, non verò tantùm potentialem concursum denotant, etenim esset absurdum, vt primogenitus velut electione priuaretur à successione nondum sibi delata, eo quòd fortè in priori maioratu successit, quum incertum esset, & ex casu penderet, an in altero vacaturo esset successurus; poterat enim contingere, quòd prius decederet, *l. hæres meus*, *§. hæres meus. ff. de condit. & demonstrat.* idque etiam quodam simili comprobatur in eo, qui cùm beneficium pacificè possideret, quoad aliud etiam incompatibile, si esset litigiosum, non est impeditus, quousque pacificè secundum obtineat, semper enim est his casibus incerta retentio, neque habetur ratio incompatibilitatis quoad omnes iuris effectus, nisi adempta priùs pacifica possessione. *cap. commissa, de electione, lib. 6. cap. si quis cùm translatus, 21. quæstione 2.* Cardinal. *in dict. clementina gratiæ, quæst. 12.* & ex multis comprobant Ojeda *de incompatibilitate 1. parte, cap. 4. numer. 15. & cap. 13. num. 49. in fine.* Nicol. Garç. *de benef. parte 11. cap. 5. numer.* 107. & fuit decisum in Rota, prout refert Addit. ad Ludouis. *decisione 451. num. 10.* in aliis causis; idem refert decisum Seraphin. *decisione 774. num. 2.*

Neque obstat *dict. clementina gratiæ*, quia loquitur in casu specialissimo, videlicet in dignitate Ecclesiastica, & beneficio iurato, ideóque ad alios casus trahi non debet, imò hi remanent in dispositione iuris, de qua *in cap. de multa, & in clementina si plures, de præbend.* quibus decisum est, quòd per acceptationem secundi beneficij insurgit priuatio primi, non econtra, gloss. *ibi*, & Archidiac. Franc. *in cap. 1. numer. 3. de eo quod met. caus. lib. 6.* Rot. sacri Palat. *decisione 483. num. 8. parte 1.* Paul. Æmil. Verall. *decisione 293. 2. parte.* Gutierr. *consilio 10. numer. 5.* Zeuall. *tom. 3. quæstione 828. numer. 264.* qui in maioratibus sic tenet, Paz *tract. de tenut. cap. 34. numer. 25. & 26. vsque ad 39.* asseuerantes, iuxta dict. *cap. de multa*, quòd per assecutionem secundi maioratus, vacat primus, & sic fateri videntur quòd acceptatio primi non exclusit omnino primogenitum à successione secundi maioratus, sibi competitura, & nondum sibi delata; quæ sententia in praxi, & in iure sic debet obseruari.

Num. 31. 32. & 33.

HÆc auctoris opinio verior, & communior est, de qua re vide Farinac. *tract. de homicidio, quæstione 120. ex numer. 1. & numer. 14. cum pluribus seqq.* Fusar. *de substitut. quæstione 317. numer. 18.* quo casu ad proximiorem successio defertur; proximior itaque erit filius, vel descendens occisoris, non verò cognatus, vel alius consanguineus transuersalis, ex adductis *suprà lib. 1. cap. 9. numer. 58. & in fine. cap. 10. numer. penult.* Castill. *d. cap. 161. ex numero 4. lib. 3. cap. 4. num. 12. lib. 1. cap. 3. numer. 8.* & cum Peregrino refert Brixiæ decisum, & confirmatur ex regula vulgari quòd dolus suus nemini debet suffragari, *l. neque ex dolo. l. 1. §. 1. ff. de dol. exceptione. l. itaque fullo, ff. de furtis. l. fin. C. de rebus credit. l. 3. ff. de dolo.* Idque ampliatur ad filium vltimi possessoris, qui cura ægrotum non curauit, vt *in fin. numer. 33.* & P. Molin. Theolog. *vbi sup. num. 11. in fine.*

Hoc limitari potest, nisi occisus pepercerit delictum, antequam moriatur, ac voluerit, vt nihilominus succederet in maioratu. P. Molina *dict.*

dict. disputatione 624. *numer.* 10.

Num. 34.

OSrensum erit *in fine cap.* 4. vbi loculenter inuenies Castill. *tom.* 5. *cap.* 160. *numer.* 9.

CAPVT III.

Num. 1. *vsque ad* 10.

PRacticæ resolutiones auctoris in hac materia præ oculis habentur, & assiduè ab omnibus obseruantur, vt recenset D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 106. *numer.* 30. de qua re texit longam disputationem Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 408. *ex numer.* 9.

Num. 3. *vsque ad* 10.

PRo hac parte communis DD. opinio est, quòd in Hispanorum primogeniis filius legitimatus non succedit, & præter auct. id tenent Mier. *de maiorat.* 2. *parte, quæstione* 2. *ex numer.* 1. *versiculo & ideo hæc conclusio.* P. Molin. *tom.* 1. *disputatione* 174. Zeuall. *tom.* 1. *commun. quæstione* 2. *ex num.* 50. *vsque ad num.* 60. Gratian. *regul.* 197. *numer.* 5. Melchior Feb. *decisione Lusit.* 87. *numer.* 11. *&* 13. Angel. Mateaz. *tract. de legat. & fideicommiss. lib.* 3. *cap.* 21. *ex num.* 2. Ioann. Garç. *tract. de nobilitate gloss.* 31. *ex numer.* 20. D. Ioan. del Castill. *dict. cap.* 106. *per totum*, & attenta primogeniorum natura, sicut naturales à successione maioratus excluduntur, vt inferiùs resoluit auctor *numer.* 45. ita etiam & legitimati, de qua re vide Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 79. *numero.* 4. idem *consil.* 173. *numer.* 77. *lib.* 2. Petr. Surd. *consil.* 471. *numer.* 14. *lib.* 4. Alex. Raudens. *lib.* 1. *de Analog. cap.* 30. *ex numer.* 90. & quòd sic legitimatus non excludat proximiores legitimos consanguineos, probant Mont Alegre *in praxi lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. Stephan. Gratian. *tom.* 4. *discept. forens. cap.* 673. Mart. *tract. de successione legali part.* 1. *quæstione* 18. *articulo* 1. Robles *tract. de repræsentatione lib.* 1. *cap.* 9. *per totum.* Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 11. *ex n.* 6. *vsque ad* 38. Vincent. Fusar. *vbi suprà n.* 17. vbi refert decisum.

Hæc receptior sententia ampliatur primò, etiam si filij simpliciter vocentur. Mier *vbi suprà.*

Ampliatur secundò, etiam in emphyteusi Ecclesiastica. Pereyra *de nominatione emphyt. quæst.* 21. *num.* 47.

Ampliatur tertiò, etiamsi Princeps expresse dixisset, quòd volebat substitutum excludi, Fusar. *vbi suprà numero* 76. licèt causa publica intercedente, & citatis quibus interest, & præstito bono cambio Principem hoc facere posse, obseruat auct. *infrà num.* 13. 20. *&* 21. *& suprà capit.* 2. *numer.* 8. *&* 9.

Ampliatur quartò, vt nec filij verè legitimi & naturales ipsius legitimati admittendi sint, ex Fusar. *vbi suprà numero* 78.

Ampliatur quintò, etiam quando in alia parte testamenti facta esset mentio de filiis ex legitimo matrimonio natis, & in conditione positi sint simpliciter filij, Fusar. *vbi proximè, numero* 80.

Limitatur primò, vt per auct. *infrà num.* 13. 20. *&* 21.

Limitatur secundò in primo institutore maioratus, qui legitimationem impetrauit, ex adductis à Febo *dict. decis.* 97. *ex num.* 10.

Limitatur tertiò, quando agitur de bonis, in quibus libera dispositio ad patrem spectat, ex auctor. *infrà numer.* 10.

Num.

Num. 10.

Filiorum legitimatio vt teneat, Principis rescripto necesse est, vt vocatis & citatis substitutis fiat, ex adductis ab auctore *in præsenti, & infrà numero* 23. *& cap.* 2. *numer.* 8. *&* 9. & in allegatione pro successione Regni Portug. *numero* 28. & hanc sententiam probant D. Ioann. del Castill. *dict. cap.* 106. *numer.* 13. quo deficiente, non valere rescriptum asseuerat Menoch. *consilio* 181. *numero* 10. *lib.* 2. rectè equidem, etiamsi specialis mentio substituti non præcedat, sed generalis tantùm, Menoch. *consil.* 81. *numer.* 10. *lib.* 2. veluti si dictum fuerit Principi, quòd bona titulo maioratus possidebantur, ex quo infertur, necessariò præcessisse omnes substitutiones & vocationes ad eius perpetuitatem ac durationem, validas & necessarias, ex adductis *suprà lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 13. *cum sequentibus*, de de qua re Fusar. *dict. quæstione* 408. *numer.* 148.

Num. 11. 12. & 13.

IDem repetit auct. *infrà numer.* 14. quibus deficientibus Princeps id facere non potest, etiam vbi de absoluta eius potestate contenditur, & clausulis, *ex certa scientia, motu proprio intercedentibus*, Menoch. *de arbitr. quæstione* 48. *numero* 7. Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de iure quæsito, conclusione* 1. & facit *l.* 2. *&* 3. *titulo* 14. *lib.* 4. *recopilat.* hoc ita verùm, non solùm in iure quæsito, vt *suprà cap.* 2. *numer.* 19. *in fine*, verùm etiam in quærendo, & in specie Mier. *in initio operis* 2. *parte ex num.* 47. Purpurat. dicens communem, *consil.* 490. *n.* 23. *& consil.* 500. *per totum*, Cald. Pereir. *de in integr. rest. verbo in integrum restitutio. num.* 31. & sic concludit auctor, cuius opinio indistinctè vera & communis est.

Num. 14. *vsque ad* 20.

PRosequitur D. Ioann. del Castill. *vbi suprà numer.* 17. *cum seqq.*

Num. 20. & 21.

HIs adde ipsum auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 1. vbi *numer.* 2. quærit quæ dicatur causa publica. Mier. *de maiorat. in initio* 2. *parte numer.* 46. Matienz. *in l.* 7. *titulo* 7. *gloss.* 5. *lib.* 5. *recopilat. numer.* 4. *& gloss.* 7. *numer.* 8. *versiculo iterum si fæminæ*, Arias Pinel. *in rub. C. de rer. venditione* 1. *parte cap.* 2. *num.* 19. P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. disputatione* 33. *numer.* 3. Peregrin. *tract. de fideicommiss. articulo* 52. *numero* 123. D. Ioann. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 28. *ex num.* 1. Neque his aduersantur tradita per auct. *infrà lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 5. qui dicit ad hoc sufficere causam publicam, siue legitimam, ibi enim loquitur, quando Princeps ad pignoranda, siue alienanda bona maioratus facultatem concedit: secus autem vbi vocationibus maioratus, & iuri substitutorum derogare intendit, vt in præsenti; quo casu ex omnium interpretum sententia, causa publica desideratur, nec sufficeret legitima, & tunc bonum cambium præstare debet, *l.* 2. *titulo* 1 *parte* 2. *l.* 31 *titulo* 18. *parte* 3. Roland. *consil.* 69. *numer.* 23. Crauet. *consil.* 296. Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. titulo de iure quæsit. conclusione* 2. *numer.* 25. M. Anton. Peregr. *tract. de fideicommiss. artic.* 52. *num.* 128.

Num. 22. & 23.

SEntentiam D. Francisci Sarmienti, de qua *hîc numero* 22. in ratione sui veram esse fatemur, neque ad concessionem gratiæ Principis extraiudicialiter concessæ, vlla citatio requiritur, prout, alios referens tenet Rota per Farinac.

rinac. *decis.* 210. *num.* 3. *part.* 1. *in nouiss.* Ant. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de clausul. column.* 1. *num.* 13. & ideò in impetratione priuilegij non requiritur citatio, vt probant plures, quos refert idem Gab. *lib.* 2. *commun. tit. de citatione, conclus.* 1. *num.* 424. *& sequentibus*, vbi dicit magis communem, idem tenet Pet. Surd. *consil.* 1. *num.* 9. *lib.* 1. & cum pluribus Gratian. *lib.* 3. *disceptatione* 458. *num.* 28. & in legitimatione idem Gratian. *disceptatione* 635. *numer.* 3. &, relato Sarmiento, Vincent. Fusar. *de subst. d. quæst.* 408. *num.* 134. & in puncto iuris, & in materia fideicommissaria opinionem Sarmienti veriorem dicit Angel. Matheaz *de legat. & fideic. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 12. & ratio prædictorum, prout subdit auct. ea est, quia citatio ad actus iudiciales adaptatur, non autem ad gratias, quas Principes facere solent, cùm non sit tribunal gratiæ eius qualitatis, vt in eo lites decidantur, in quo omnis gratia secundùm petentis relationem expeditur, nec de ea probationes fiunt, vt refert idem Sarmient. *lib.* 7. *select. cap.* 9. *numer.* 3. quam sententiam plurimi alij tenent, quos modò recensere, plus laboriosum, quàm vtilitatis erit.

Cæterùm vtcunque in puncto iuris opinio Sarmienti procedat, meritò in Hispanorum primogeniis ab auctore taxatur; & Molina *hic* magis adductus est, vt ita teneret ex stilo supremorum Senatorum, qui regiæ Cameræ & literis gratiæ expediendis assistunt, quàm ex potestate Principis, quæ, existente iusta causa, ac publicæ vtilitatis adeò suprema est, vt restringi non debeat ad eum modum, quo Consiliariorum stilus, & potestas se habet, & ita licèt eorundem Consiliariorum auctoritas, & potestas maxima sit, non tanta sanè, quanta Principis. Quocirca cùm omni ex parte iustifiéct Consiliarij metipsi quæ gerunt, non aliter dispensare super petitis, aut iuribus tertij præiudicare intendunt, quàm si actus qui geritur, iustificatio maxima, causæ cognitio, atque citatio præcedant, quod in Principe non ita strictè exigitur; sed verè & realiter interuenire iustam causam, eámque esse sibi notam sufficit, ídque eleganter animaduertit Petr. Gilchen *in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum.* quem repetit sub *lib.* 6. *Codicis*, *numer.* 251. *fol. nobis* 725. statuens differentiam inter Principem & Consiliarios, licèt potestatem & iurisdictionem habentes ab eo, vt scilicet neque causæ cognitio, neque citatio requiratur, quando Princeps ex causa publica aliquid statuit, quæ proculdubio in aliis Consiliariis desideratur; quam differētiam inter Principem & regios Cameræ Consiliarios animaduertit auctor *sup. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 59. & in specie idem tenet D. Ioan. del Castil. *lib.* 3. *controu. cap.* 28. *numer.* 13. saltim *in vers. existimamus. & vers. cæterùm, per totum. & tom.* 5. *capit.* 89. *num.* 218. Vincent. Fusar. *vbi sup. num.* 133. vbi cum auctore & pluribus aliis, hanc opinionem communem dicit, & sequitur *numer.* 136. & omnium nouissimè Perez de Lara *tract. de vit ✝ hom. cap.* 8. *num.* 6. vbi subiungit quòd hæc citatio fieri debet his, quibus proximior spes successionis contingit, ex auctore *lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 5. *& sup. num.* 11. *& lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 31. & debet esse personalis, cùm agatur de magno præiudicio. *l. eum qui*, vbi cōmuniter Doctores, *C. de procurat. cap. fin. de eo qui mittit. in possess. gl.* 1. *in cap. causam quæ, de donat.* & contrarium Scac. *de iudiciis, lib.* 2. *cap.* 8. *à numero* 164. *versic. primus casus, vsque ad* 171. Mynsinger. *cent.* 1. *obseruatione* 9. Curia Philipp. 1. *part.* §. 12. *de la Staçion. numer.* 10. Valasc. *consultatione* 144. *num.* 10. Ioseph. Ludouic. *decis.* 86. *num.* 1. *& decis.* 127. *n.* 8. Canzer *variarum parte* 2. *cap.* 14. *num.* 117. Giurba *decis.* 25. Franchis *decisione* 462. *numer.* 2. *&* 3. Gratian. *disceptat. cap.*

145.*numer.*1. *tom.*1. Rota 1. *parte diuersorum, decis.*117. nec sufficit ad dominium. Catrozius *de remediis aduersus sententiam, except.*125. *numer.*47. Gratian. *disceptat.*145. *num.*9. *&* 530. *numer.*76. *&* 708. *num.*9. *&* 715. *numer.*15. de quo per Gutier. *de iurament. confirm.*1. *part. cap.*23. *num.* 5. *&* 6. & ita seruatur in praxi.

Dubium erit quod vidimus in praxi, & non semel agitatum, verùm, non citatis substitutis, actus omnino corruat, an verò sustineatur, dummodo publica, ac iusta causa interuenisse appareat, & nobis semper (salua meliorum censura) visum fuit actum valere, esto citatio deficiat, idque non obscurè ex auctore perpendi potest in præsenti, *&* *infrà cap.*8. *numer.*10. *&* *lib* 4. *cap.* 3. *in principio.* vbi rota validitas actus, in probatione causæ legitimæ residet ac pendet, quæ iudicialiter ex postfacto comprobata, tenet facultas, legitimatio, & similia, etsi ab initio in concessionibus earum, & in clausularum derogatione defuerit partis citatio, neque toto isto primogeniorum tractatu, ni fallor, ab auctore cautum reperitur, quòd defectus citationis, actus nullitatem inducat, sicut defectus causæ, ad quod verba ipsiusmet auctoris impellunt, *in dict. cap.*8. *num.*10. ibi, *ideóque si sine causa legitima concedatur. &* *lib.*4. *cap.* 3. *numero* 5. ibi, *si enim aliter facultates huiusmodi concederentur, Regis Consiliarij, qui eisdem facultatibus expediendis consilium præstarent, conscientiæ læsæ discrimen incurrerent*; non enim ait, quòd ex defectu citationis, vel causæ cognitionis, gratia Principis non teneat, sed Primariis Consiliariis Cameræ auctor consulit, ne illorum conscientiæ causa publica ac legitima non præcedente periclitetur. Quare causa postea cognita, & cum legitimo contradictore discussa, gratia sustinebitur, etiam deficiente substitutorum citatione, alioquin magna damna occurrerent, & in multorum creditorum dispendio, qui Regia facultate præcedente, & causa vtilitatis publica, bona maiorarus ab his, qui distraxerunt, possidebāt. Quid verò interest, vocatos, aut substitutos citatos esse, cùm interueniente iusta causa, quæ Principem ad ita concedendum constringat, nihil dicere, aut allegare valeat, quod Principis intentionem impedire sit potens, & si causa iusta non adest, quid damni irrogatur, illis non citatis, cùm in effectu gratia Principis in futurum ex defectu publicæ, & legitimę causæ subsistere non possit, in quam sententiam propensior est Caroli de Tapia *decis.* 20. *per totam*; quæ sententia mihi probabilior videtur, præsertim cùm in reliquis facultatibus dictæ causæ cognitione & citatione partis nulla fit mentio, sícque in specie consuluit D. Ludouic. de Casanate in quadam allegatione iuris pro Comite de Benauente contra Comitem de Mayorga eius filium pro domo & statu comitatus de Luna *num.* 103. videndus ex *numer.*100.

Num. 24.

HIs adde P. Molin. *tract. de iustitia & iure, tom.*1. *disput.*173. Peregr. *de fideic. art.* 32. *numer.* 69. Vincent. Fusar. *vbi suprà.*

Num. 25. *vsque ad* 30.

PRosequitur Melchior Fabo *decis. Lusitan.* 97. *num.* 12. *&* 27. D. Ioan. del Castill. *dict. cap.*106. *ex num.*25. & in similibus in legitimatione concessa ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quòd valeat absque citatione quorum interest, cum pluribus testantibus de communi, tradit Petr. *tract. de potest. Principis cap.*32. *num.* 10.

Cæterùm auctoris sententia mihi semper vera visa fuit, & ideò nisi publica

blica causa subsistente, & citatis substituris, & bono cambio præstito, de quibus *suprà numer.* 20. *&* 23. *& lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 32. minimè hoc Principi licet. Rectè itaque Couarr. qui contrariæ sententiæ fuit, ab auctore taxatur ex adductis à Ioan. Garç. *tract. de nobilitate gloss.* 21. *numero* 20. vbi dicit, quòd nemo est qui repugnet, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 79. *numer.* 46. M. Ant. Peregr. *tract. de fideic. art.* 23. *numer.* 69.

Num. 30.

IDem agnoscunt Cardin. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. tit.* 10. *numer.* 33. M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. art.* 23. *ex numer.* 42. Menoch. Gail. Hipolyt. Riminald. quos refert D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 82. *num.* 47. *& cap.* 106. *num.* 50. vbi reprobat Garc. *de nobilit. d. gloss.* 21. *sub numer.* 36. dicentem, omnia præsentis inspectionis obseruasse auctorem, Ioan. Gut. *tract. de matrim. cap.* 84. *numer.* 28. Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæstione* 408. *numer.* 44. vbi plures refert & sequitur, & *num.* 45. subdit quòd hæc opinio in consulendo & iudicando retinenda erit,* & reddit exempla de personis in dignitate constitutis.

Num. 31.

SIc sanè adnotarunt D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 82. *numer.* 46. *vers. & hactenus de tertio casu. & iterum cap.* 106. *ex numer.* 33. Fusar. *dict. quæstione* 408. *num.* 71. Quorum sententia proculdubio est in praxi tenenda, quia si filij legitimati excluduntur vbi simpliciter filij legitimi sunt vocati, fortiori ratione dicendum erit, quòd vbi legitimi nati, & ex legitimo matrimonio procreati ad successionem maioratus inuitantur, excludi debent, fatemur eos admitti. Primò, quando per subsequens matrimonium legitimantur, ex adductis *suprà* ab auct. *cap.* 1. *num.* 10. Secundò, quando publica ac iusta causa subest, citatis quibus interest, & facta clausularum derogatione, & præstito bono cambio, de quibus superiùs plenè actum est, & in eadem specie id fatentur relati *suprà.*

Num. 32. *&* 33.

HIs adde Couarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 6. *num,* 9. *vers. eadem equidem,* ídque non solùm ex communi vsu loquendi verum est, sed etiam ex vocis significatione. D. Ioann. del Castill. *vbi suprà, numer.* 36. Fusar. *num.* 112.

Num. 34.

VIde Menoch. *dict. præsumpt.* 79. *numer.* 31. Cald. Pereir. *de nominatione emphyt. quæst.* 21. *ex numer.* 31. D. Ioan. del Castil. *vbi suprà, numer.* 38. *&* 39. Ioan. Garc. *de nobilitate gloss.* 21. *num.* 36. Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæstione* 51. *numero* 22. aliàs sequeretur inconueniẽs, scilicet quòd testator vocasset eos, qui famam denigrassent familiæ, ex adductis à Ioseph. de Rust. *in l. cùm auus, l.* 3. *cap.* 1. *n.* 129. *cum seqq.* & latè prosequitur Hect. Æmil. *tract. de iure feud. c.* 27. *n.* 43. Iacob. Menoch. *consil.* 318. *num.* 18. *&* 19. *vol.* 4. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 406. *numer.* 39. *& quæstione* 408. *num.* 92. & quoad idipsum dicendum erit respectu filij, ex ratione adducta *in fine huius numer.* tenent Mier. 1. *part. quæst.* 51. *numer.* 22. Albert. Brun. *cons.* 15. *num.* 11. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 79. *num.* 31.

Et hoc ampliatur, etiamsi fœminæ extraneæ vocatæ sint, quando maioratus in persona extraneæ familiæ instituitur (iuxta ea quæ adducta sunt *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 43.) Cuman. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, numer.* 8. *ff. ad Trebell.* Paul. *ibidem numer.* 7. *circa finem, versicul. idem videtur.* Ripa *num.* 23. *in fine, versic. mihi*

videtur. Cardin. Mantic. *tract. de coniect. lib.* 11. *tit.* 9. *numer.* 19. *versic. & hæc coniectura*. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 78. *num.* 60. *versicul. extenditur hæc coniectura*, quos refert,& sequitur Ioseph.de Rustic. *in dict.l.cùm auus*, *lib.*3. *cap.*1. *numer.* 136.Ioan.Bapt.Lup.*de illegitimatione comment.*1. §.4.*numer.* 39. *& numero* 40.*versic.vnde coniectura*. Manent.*consi.*135.*num.* 6. *lib.*2. Fusar. *vbi suprà*, *num.*40.

Num. 35.

PRosequitur D.Ioan. del Castill.*d. cap.*106.*ex numer.* 38. & plura recenset Vincent. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 408. *numero* 106.

Num. 36.

ADde Menoch. *dict.præsumpt.*79.*numer.*88. Mier. *vbi suprà*,M. Anton. Petr. *tract. de fideicommiss. quæst.* 11. *folio nobis* 147. *col.* 4. *versic.nona est conclusio.* Ioan. Garc. *tract.de nobilit. gloss.* 20. *num.* 5. 48. *&* 85. Matienz. *in l.*7.*tit.* 11.*lib.* 5. *gloss.*2.*numer.*6. *recopilat.* D.Ioan.del Castill. *vbi suprà*,*num.* 40. Vincent. Fusar. *dict.quæst.* 408. *num.* 29. vbi *num.*30. sic tenet,& *num.*112. limitat.

*Num.*37. & 38.

IN hanc sententiam propendunt Menoch. *vbi suprà num.* 43. Flores de Mena *in addit. ad Gam. decisione* 11.*per tot.* Tiber. Decian. *resp.*19. *num.* 26. *cum seqq.lib.*1. Ioan. Bapt. Cost. *tract. de quot. & rat. quæst.*156. *num.*3. Ioan.Bapt.Lup. *tract. de illegitimatione*, *comment.*3.§.1. *n.* 57. *col.*2. *versic. similiter*, *& num.*13. Rota per Farinac. *decis.* 282. *num.*8. *&* 9. *part.* 1. *& decis.*98. *num.*2. *part.*2. D. Ioan. del Castill. *lib.*4.*controu. cap.* 22. *& num.* 14. *cum pluribus sequentibus*, vbi *num.*147. testatur in Hispania omnes legitimationes fieri sine præiudicio legitimorum. Vincent. Fusar. *vbi suprà*, *numer.* 116. *&* 117.

Num. 39.

IDem agnoscunt Menoch. *de quo suprà*,*num.*47. *&* 64. D. Ioann. del Castill. *dict.cap.*106. *num.* 42. Vincent. Fusar. *vbi suprà*,*num.*132. & repetit auct. in allegatione pro Regn. Portug. *num.*29. Marc. Ant. de Amatis *consil.* 1. *num.*26. *lib.*1.

Num. 40.

HIs adde Card. Mantic. *lib.* 11. *de coniect.tit.*10.*num.*26. D. Ioann. del Castill. *dict.cap.*106. *num.* 43. vbi *numer.* 44. Vincent. Fusar. *d.quæst.*408. *n.*93.

Num. 41.

TAm in fideicommissis, quàm in Hispanorum primogeniis hanc conclusionem verissimam censemus.

Priori enim casu, etsi controuersum sit, an in conditione, si sine liberis, filius naturalis comprehendatur, communis resolutio est, quòd id ex dignitate,& volũtate, & cõditione eius, qui fideicommissum instituit, eliciendum sit, & id probat textus *in dict.* §.*si quis rogatus*, hîc præcitatus, de qua re Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*78. *num.*18.*cum sequentibus*. Vincent.Fusar. *de substit.quæst.* 467. *numer.*9.

Prima etenim exclusionis coniectura est, vbi testator est persona nobilis, vel in dignitate constitutus, ex auct.hîc *versic.quam conclusionem*,& ostẽsum fuit *suprà hoc cap. numer.* 30. quem sequuntur M.Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. art.*28.*numer.*48.Menoch.*lib.*4. *præsumpt.* 78. *numer.* 23. Sfortia *de compend. substit.* 6. *parte*, *dub.*3. *numer.* 5.*versic. limitatur* 3. Cardin. Mantic. *de coniect. lib.*11.*tit.*9.Ioseph.de Rust.*in l.cùm auus*, *lib.*

lib. 3. *cap.* 1. *numer.* 94. *cum sequentibus.* Ioan. Bapt. Lup. *de illegitimatione, comment.* 1. §. 4. *numer.* 14. *ad finem, versiculo Prima ergo adnotatur coniectura, & num.* 15. Alex. Raudens. *de analog. cap.* 36. *numero* 16. Petr. Surd. *cons.* 571. *numer.* 17. *lib.* 4. Vincent. Fusar. *de quo proximè, & quæstione* 406. *numer.* 16.

Secunda coniectura exclusionis est qualitas bonorum, veluti si habent dignitatem, vel iurisdictionem annexam, quo casu præsumitur testatorem illegitimos exclusisse, sicut *in dict.* §. *si quis rogatus*, notat Paul. *num.* 6. & 7. vbi Ripa *num.* 10 Ruin. *cons.* 77. *numer.* 7. *lib.* 3. Menoch. *dict. præsumpt.* 78. *num.* 24. Card. Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 7. Lupus *dict. tract. de illegitimatione comment.* 1. §. 4. *num.* 15. *versic. in specie autem.*

Tertia coniectura est, quando promiscuè ad successionem masculi & fœminæ vocantur, prout *suprà* ostensum est *num.* 34.

Quarta, vbi filij legitimi, siue descendẽtes legitimi vocati sunt, in quo casu sine vlla controuersia excluduntur naturales. Nam ex verborum formula apertiùs ratio exclusionis in cõperto est, Menoch. *d. præsumpt.* 78. *num.* 67. Cardin. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. tit.* 12. *num.* 34. *versic. vnde etiam in proposito.* Natt. *cons.* 602. *numer.* 8. & plurimos referens Cæsar Manent. *cons.* 135. *num.* 4. *lib.* 2. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 11. *num.* 43.

Idque procedit, etiam si in vna parte testamenti fiat mentio de filiis legitimis, in altera verò tantùm de filiis simpliciter, Manent. *vbi suprà num.* 18. quia conditio regulatur à dispositione præcedenti, vt hi censeantur positi in conditione, qui positi sunt in dispositione. Bald. *cons.* 186. *num.* 2. & 3. *versic. quo præsupposito, lib.* 1. Socin. iun. *cons.* 69. *num.* 31. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *consil.* 69. *num.* 5. & *cons.* 116. *num.* 43. & 44. *lib.* 2. Petr. Surd. *cons.* 308. *num.* 13. *vers. addo argumentum.* Peregr. *de fideic. art.* 25. *num.* 30.

Hoc fortiùs, vbi in dispositione repetitio huius qualitatis facta est sæpiùs, Alex. Raudens. *de Analog. cap.* 36 *n.* 19. *versic.* 3. *cum sequentibus.* Cæsar Manẽt. *dict. cons.* 135. *num.* 20. & *num.* 27. Menoch. *cons.* 117. *num.* 54. *cum sequentibus.* Vincẽt. Fusar. *de subst. quæst.* 314. *ex num.* 1. vbi vrgentiùs quando adest tantùm simplex vocatio filiorum.

Multo magis hæc firmissima conclusio in Hispanorũ primogeniis admittitur, siue fiat mentio de filiis legitimis, in quo casu nulla disceptatio est, siue de filiis simpliciter, in qua specie loquitur auctor vsque ad fin. & comprobatur,

Primò, quia cùm præcipuus maioratus finis sit familiarum conseruatio, ex auct *sup. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. filius naturalis nunquam admittitur, cùm non sit de familia, nec de domo, neque de agnatione parentis, Fusar. *quæstione* 354. vbi latè, & 360. ex *num.* 4. & 361. *numer.* 13. Hæc enim nomina iuris sunt, non solius naturæ; ideóque naturales filios non comprehendunt, Royas *tract. de successione cap.* 15. *per totum.* Ioann. Garc. *tract. de nobilit. gloss.* 20. *num.* 17. Cardin. Mantic. *tract. de coniect. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 24. Ant. Monach. *decisione Florent.* 20. *num.* 2. & *num.* 44. & 45. Marc. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. art.* 22. *numer.* 82. Cardin. Gabr. Paleoti *tract. de noth. & spur. cap.* 39. *num.* 34. Ascan. Clemens *tract. de patr. potest. cap.* 5. *per totum.* Flores Diaz de Mena *lib.* 1. *variarum cap.* 16. *art.* 2. §. 2. *num.* 14. & confirmatur ex adductis *suprà lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 46. quidquid contrarium teneat Mier. *de maiorat.* 1. *part. quæstione* 51. *num.* 208. vbi de consuetudine testatur.

Secundò, quia iuxta ius ciuile & regium filij naturales nomen filiorum non merentur, *l. filium, ff. de his qui sui sunt sui, vel alieni iuris, & in proœmio tit.* 7. *particula* 2. ibi, *fijos segun la ley.* vbi Gregor.

Alex.Raudens. *de Analog.cap.30.num.92.* qui aliàs dicuntur nati ex infamia facti, *l.2. tit.6. particula 7.* de quo plura congerit Tiraquel. *de nobilitate, cap.15. numer.14.*

Tertiò, quia filij naturales non succedunt ab intestato, nisi in duobus casibus, & hoc patribus tantùm, non verò transuersalibus, ex *authentica licet, C. de naturalibus liberis.* & in testamento simpliciter eis iure alimentorum capere permissum est, prout vtrumque probat *l.fin.tit.13.particul.6.* Quare cùm in maioratibus succedendum sit eo ordine, quo successio ab intestato defertur, ex auct. *infrà cap.9.numer.11.* nihil mirum quòd filij naturales, sicut ab intestato, ita etiam à maioratus successione censeantur exclusi.

Quartò, quia in feudis regulariter filius naturalis non succedit, *cap.1.§.naturales, si de feud.defunct.content.sit.*

Quintò, ex dispositione textus *in l.40.Tauri*, ibi, *si el tal hijo maior dexare hijo o nieto descendiente legitimo.*

Et aduersùs naturales hoc ipsum ostensum est *suprà* ab auct. *lib.1. cap.4.n.46.* & ideò communis Doctorum sententia est, quam libenter amplectimur, & sequimur in iudicando, & consulendo, naturales in Hispanorum primogeniis exclusos censeri, nisi hi expresse vocentur, vel saltim ex coniecturis indubitatis admissi censeantur: quod agnoscunt Velazq. de Auēd. *in l.40.Tauri, gloss.11. num.43.* Azeued. *in l.11. tit.6. lib.5. recopilat.numer.45.* Aluarad. *de coniect.ment.defunct.lib.2. cap.3. numero 75.* Mier. *de maiorat. part.2. quæstione 2. num.1.* vbi resoluit, quòd si filij vocentur ad successionem, etiam absque adiectione verbi *legitimi*, naturales non comprehenduntur, & hoc ex propria maioratus natura, quæ est exclusiua naturalium, Flores Diaz de Mena *dict.quæst.16. ex num.2. vsque ad numer.37.* vbi subdit hanc opinionem verā esse, eámque vidisse seruari in iudicando & consulendo; & in additione ad Gamam *decisione 24. in princip.* vbi refert dicta per eum *dict. quæst.16.* Molin. *de iustitia & iure, disputatione 174. ad finem, versic.dubium est.* Garcia *de beneficiis, parte 7.cap.15.numer.50.* Castill. *lib.2. cap.30. numer.18.& tom.5. cap. 106.* Raudens. *de Analog.cap.30.numer.90.* Fusar. *quæst.314. ex numer.1.*

Quod in praxi receptum est, nisi ex coniecturis & serie maioratus aliud colligatur. Castill. *tom.5. cap.67. fol.87. vers.& quod distinctè, & cap.82. per totum.*

Nos verò in hac quæstione tenendum duximus filios naturales non censeri comprehensos in dispositione maioratus, nisi specialiter & expresse dictum sit, & ita regni communis praxis obseruat, tamen omnibus legitimis deficientibus, naturales filios in fideicommissis admittendos esse non dubitamus, ex adductis à Fusar. *dict.quæst.314. num.11.* vbi subiungit, secundùm prædictam opinionem fuisse pluries iudicatum.

Fatemur tandem etiam in hoc vltimo casu, naturales comprehensos non censeri.

Primò, quia ex communi recepta Doctorum sententia filij naturales, nisi expresse vocentur, ad maioratus successionem admitti non debent, cùm subiecta materia exclusionem importet.

Secundò, quia dispositio textus *in cap.1.§.naturales, si de feud. defunct.content. sit*, cui consonat *l.68. tit.18. parte 3.* procedit etiam omnibus legitimis deficientibus. nam adhuc non patet locus filiis naturalibus. Mart.Laud. quem refert, & sequitur Curt. *in tract. de feudis, quæst.17.num.40.* Rosent. *cap.7.concl.19. numer.4.* vbi plures refert *litt. C.*

Tertiò, *in l.40. Tauri*, quæ expresse disponit, quòd bonorum maioratus ciuilissima possessio tantùm in legiti-

mum successorem transfertur, & sic intelligitur de descendente legitimo.

Quartò, ex pluribus adductis à Garc. *d. cap. 15. numer.* 50. quem refert, Castill. *d. cap.* 67. *fol.* 87. *versic. & pro distinctione.* & inter alia adducit Mier. 2. *part. quæstione* 2. *num.* 27. & 28. quisi rectè intueatur, id cogitandum relinquit.

Et quod de naturalibus dictum est, quoad maioratus successionem, idem de filiis legitimis ex naturalibus natis, apparet fateri, qui minimè admittendi sunt. Castill. *dict. cap.* 106. Fusar. *dict. quæstione* 314. *num.* 4.

Quod procedit etiam in filiis legitimis ex naturalibus natis, qui legitimis deficientibus ad successionem maioratus admitti non debent, tanquam ex radice infecta procreati, ex adductis *lib.* 3. *cap.* 5. *numer....* Castill. *vbi suprà d. cap.* 67. *versic. & hactenus.* Fusar. *quæstione* 314. *numero* 4.

Quid verò omnibus deficientibus, vide Flores de Mena *d. quæstion.* 16. *num.* 8. Mier. *dict. quæst.* 2. *numer.* 134. & 4. *parte quæstione* 29. Azeued. *consil.* 20. *numero* 27. Castill. *vbi suprà*. Nicol. Garc. *de benef.* 7. *parte cap.* 15. *numer.* 46. Gregor. *in l.* 2. *tit.* 25. *verbo, la hija mayor, quæstione* 1. & *in l.* 36. *tit.* 9. *parte* 6. *gloss. magna, quæst.* 8. & 12. & in feud. vide *cap.* 1. §. *naturales. si de feud. defunct. fuerit content.* & *l.* 68. *tit.* 18. *parte* 3. Mart. Laud. quem refert Curt. *in tract. de feud. quæst.* 17. *numero* 40. Rosental *de feud. cap.* 7. *conclus.* 19. *numer.* 4. vbi plura refert *litt. E.* & in patronatibus Rota Roman. per Fatinac. *decisione* 155. *numero* 3. *parte* 1. *in nouissimis.*

Superior ac principalis conclusio solet limitari.

Primò, in vocatione propinquorum, in qua naturales comprehenduntur. Bart. *in l. pronuntiatio*, §. 1. *numero* 1. *ff. de verborum signific.* Matc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 22. *num.* 89. Cald. Peteir. *resp.* 1. *numer.* 12. *versic. sexto.* Azeued. *dict. consil.* 24. *in* 3. *dubio*, in quorum sententiam non propendimus, cùm peculiaris natura maioratus repugnet.

Secundò limitatur in retractu rei patrimonialis, vt plutibus relatis tenet Ioann. Gutier. *lib.* 2. *practic. quæst.* 154. *ex num.* 2. Matienz. *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopil. gloss.* 2. *num.* 3. Montalu. *in l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 3. *forens.*

Tertiò limitatur in iure sepulchrorum. Sebastian. de Medic. *tract. de sepult.* 1. *parte cap.* 7. *numer.* 22. Syluest. *in summa verbo sepultura. versic.* 4. Royas *tract. de successionibus cap.* 20. *numer.* 120.

Quartò limitatur in successione emphyteutica recepta à priuato pro se & liberis suis. Iul. Clar. qui dicit communem, §. *emphyteusis, quæst.* 30.

Quintò, vbi linea vocatur, cùm filij naturales sint de linea patris. Philipp. Dec. *consil.* 165. *in fine.* Zephal. *consil.* 391. Peregr. *de iure fisci, tit. de naturalibus liberis, sub num.* 9. & *de fideicomm. art.* 22. *numer.* 8. *ad finem.* Ioan. Gutier. *lib.* 2. *practic. quæst.* 155. *numer.* 2. *versic. naturalis.* Nos verò sanè contrarium censemus, ex rationibus *suprà* adductis, & nosttam sententiam tueri videtur Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 347. *numer.* 4.

CAPVT IV.

Num. 1. 2. & 3.

His adde D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 4. *num.* 158. & 159. & *lib.* 3. *cap.* 19. *numer.* 146. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 385. *ex num.* 3. Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *parte* 3. *numer.* 15. & *ibi* Ioseph. Ram. *consil.* 100. pro Duce de Cardona *numero* 383. Menoch. *consil.* 1203. Thesaur. *quæstionū foren. lib.* 2. *quæst.* 12. Mieres *de maiorat.* 2. *p. quæst.* 6. *numer.* 21.

Num.

Num. 4.

DEmonstrauimus *suprà lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 14. *&* 15.

Communis omnium sententia est, quòd masculi eiusdem lineæ & gradus fœminam à maioratus successione excludunt, & ex Baldo *hic præcitato* idem probant Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 6. *num.* 2. *versic. idem Bald.* Menoch. *consil.* 802. *numer.* 27. *lib.* 9. Cardin. Mantic. *lib.* 8. *tit.* 18. *numer.* 8. D. Ioann. del Castil. *de quo suprà*, Fusar. *dict. quæst.* 385. *numer.* 9. Ioseph. Ram. *consil.* 100. *numero* 383. fœmina enim est ad instar secundi gradus quando extant masculi eiusdem lineæ & gradus, etiamsi illa primogenita sit, ex auctore *infrà num.* 12. *& lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 14. & in allegatione pro Rege nostro Philippo *numer.* 7. idque procedit, etiamsi filia senior vocata sit. Gam. *decisione* 51. vbi sententias cõtrarias refert, & tandem pro masculo refert obtentum; & licèt contrarium teneat Salazar *tract. de vsu & consuetudine cap.* 12. decisio Gamæ in Regno semper practicatur, de qua re Cald. *tract. de nominatione emphyt. quæst.* 14. *ex num.* 1. *& quæst.* 17. *numer.* 36. Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 4. *num.* 31. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri gloss.* 9. *numero* 75. & in pulchro casu Ioannes Gutierres *lib.* 2. *pract. quæst.* 87. *num.* 4.

Quid si vocatur ad successionem maioratus filius, aut filia, an prẹferatur masculus ex secundo matrimonio filiæ seniori primogenitæ, vide Cald. Pereir. *decisione* 122.

Num. 5.

ID prorsus agnoscunt P. Molin. *tract. de iust. & iur. disp.* 625. *numer.* 3. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 26. *num.* 12. & in successione Regni idem tenẽt alij, quos refert auct. in allegatione pro Rege nostro Philippo, *numer.* 6. Castill. *tom.* 5. *cap.* 143. §. *vnico*, *numer.* 13. & in eadem specie Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 385. *numero* 7. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 17. *in fine.* & hęc est communis Doctorum opinio.

Num. 6. *&* 7.

PRosequitur P. Molin. *vbi proximè*, idque verissimum est cum relatis etiam à Fusar. *d. q.* 385. *numero* 14.

Num. 8. *&* 9.

REfert & sequitur Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 385. *numer.* 15. *&* 16. & tota Hispania receptum est fœminam sub nomine & appellatione familiæ comprehendi. P. Molin. *dicta disp.* 625. *numer.* 3. *in fine.* Ioseph. Ram *consil.* 100. pro Duce de Cardona *numer.* 103.

Num. 10.

DVæ sententiæ eliciuntur ex adductis in præsenti, quas veras & receptas esse profitetur auctor.

Prima sententia est, quòd iuxta statuta & consuetudines Italiæ, appellatione domus, vel casatæ, fœmina exclusa censetur, vt probant ipse auct. *infrà num.* 11. Cardinal. Mantic. *lib.* 8. *de coniect. vlt. volunt. tit.* 12. *num.* 17. Menoch. *lib.* 4. *parte* ... *præsumpt.* 88. *num.* 12. M. Anton. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic.* 12. *num.* 22. Simon de Præt. *de interpretatione vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 2. *dubio* 1. *solut.* 11. *num.* 22. Cald. Pereir. *de nominatione emphyt. quæst.* 24. *num.* 60. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 6. *ex num.* 411. Marta *tract. de successione legal.* 1. *part. quæst.* 1. *artic.* 2. *num.* 17. & Fusar. *de substit. vbi suprà*, *num.* 17. & in vocatione maioris de domo idem tenent Petr. Anchar. *consil.* 27. *num.* 7. *versic. postquam*, *& versic. omnes in* hoq

hoc concordant.Barbat.*consil.27. numero 7. col. 2. versic. propterea*, *vol.1. & consil. 14. numer. 13. versic.unde solemnis*,*vol.3. & in cap. canonum statuta*, *ad finem*, *de constit.* Bald. qui refert sic consuluisse Bart. *consil.18.numer.17. dub.3.lib.2.* Fusar.*quaestione 499.numer.7.*

Secunda verò sententia est,quòd in Hispanorum primogeniis, sub vocatione *domus*, vel *casatae*, tam masculi, quàm fœminae comprehenduntur, & post auct. id probant,alter Molin. *dict. disp. 625. num.* 3. Velazq. de Auend. *in l.40. Tauri*, *gloss. 9. numer.18. & 19.* Peres de Lara *de anniuers. & capellan.lib.2. cap. 3. num. 23. & lib. 3. cap. 4. num.14.* vbi subdit haec verba, *familia*, *prosapia*, *lynage*, *generacion*, *parentela*, *casa*, *zepa*, *gente*, *progenie*,esse synonyma, de qua re vide Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.3. quaest.24. numer.* 187. Vincent. Fusar. *de quo proximè.* & quòd fœmina veniat sub vocatione de domo, etiamsi sit nupta,tenent Petr. Surd. *consil.140. num. 67.* Seraph. 1418. *numer.2.* quos & alios refert Addit. ad Ludou. *decis. 293. num. 23.* Hoc verissimum in iudicando & consulendo, quidquid contrarium teneat Mier. *vbi suprà num. 413.* & in hac materia firmissima regula est, quòd vbi successio indifferens est, tam masculi, quàm fœminae comprehendantur, ex textu *in l. maximum vitium*, *C. de liber. praet.* cum aliis adductis à Beltramino in not. ad Ludouic.*decis.293.*& ad id tenendum maximè conducit ratio textus *in l.2.tit.15. part. 2.* in ratione sui, de quo *suprà num 5.*

Num. 11.

PEraltae sententia verissima est in Hispanorum primogeniis, in quibus subiecta materia repugnat, Auend. *in l.40. gloss.9. num. 20.* Iacob. Menoch. *consil. 801.num.30. & 62.* cum adductis *suprà dict. num. 10.*

Num. 12.

COnsonat auctor *suprà num.4.* & id agnoscunt Mier. *de maiorat.1. part. quaest.51. num.25.* Gam.*decis.338.* Vincent. Fusar. *de substit. quaest. 379. numer. 70. & quaest. 385. num. 9.* & ex his colligitur, quòd gradus qui non causat praerogatiuam succedendi, non est in consideratione. Corn.*consil.22.num.25.in fine,lib. 2. & consil.131.num. 9.eodem lib. & in vers. neque obstat*,ait,quòd si aliàs iura velint quòd in successionibus admittantur proximiores, tamen proximiores intelliguntur secundùm ordinem successionis,& gradatim,secundùm quod vocantur. Alex. *consil.88. num. 1. in fine, lib. 1.* Paul. Paris. *consil. 36. num. 13. lib. 2.* Hier.Gabr.*consil.86.num.3.* Honded.*consil.70.num.44. & 45.lib.1.* M. Ant.Peregrin.*tract.de fideicommiss.art.21. num.9. & 10.* Carol. Ruin. *consil.167. numer. 10. & 11.* D.Ioann.del Castill.*tom. 5. controu. cap.93.numero 11.12.& 13.*

Num. 13. & 14.

DE prima obseruatione, quae respicit lineam, vide auct. *suprà lib. 1.cap.3.num.12. & infrà lib.3. cap.6. numer. 30.& 31.* Amat.*resol.1. num.32.& 52.* Balzar.*lib.2. de feud.fol. 311. numer.11.* Francisc. Becius *consil. 38. numer. 45.& 46. vol. 2.* M.Ant. Peregrin. *consil.42. numero 6.vol.3.* Petr. Surd. *consil.403.num.16. & consil. 320. num.15. lib.3.* Melch. Feb. *decis.22.num.9. & decis.40.num.5.* Mart. *de success. legal.1. part.quaest. 12.art.1. num. 7.* Paz *tract.de tenut. cap.35. num. 11.* Don Ioann. del Castill. *vbi suprà*, *ex num. 3. & tom.5.cap.91.num.62.* Fabius de Anna *consil.53.num.116.*&in eadem specie Ludouic.de Casan. *consil.38.num.114.* Ioan. Ant.Lan. *consil.35. per tot.* Fusar. *de subst. quaest.379.num. 50.* P. Molin. *dict. disput, 625.num.5*, Robles *lib.3. cap.11 num.36.*& Menoch.*9.& num.7.lib.10.*

De secunda obseruatione, quæ respicit gradum, vide auctores *suprà* relatos, quibus addendum censemus, quòd in effectu non sufficit, quòd quis sit eiusdem gradus, & maior natu, nisi sit eiusdem lineæ, Burg. de Paz *consil.* 29.*n.* 48. *&* 49. Iac. Menoch. *consil.* 1082. *num.* 8. *lib.* 11. Mier. 2. *parte*, *quæstione* 6. *num.* 29. D. Ioann. del Castill. *tom.* 3. *controu. cap.* 5. *num.* 52. *&* *d. cap.* 93. de quo *suprà numer.* 3. & hinc infertur, quòd cum lex priuilegiar lineam, postea gradum, statim sexum, deinde ætatem; non est curandum de gradu, nisi in linea, neque de sexu, nisi in gradu, nec de ætate, nisi in sexu, vt inquit Marin. Frecc. *de subfeud. tit. de feudis hered. antiq num.* 21. & ante eum Bald. *consil.* 137. *in fine lib.* 2. Gregor. *in l.* 3. *tit.* 13. *parte* 6. *gloss. muger.* Gam. *decis.* 354. & idipsum reperit auctor *inf. cap.* 6. *num.* 50.

De tertia obseruatione, quę respicit sexum, vide adducta *suprà num.* 4.

De quarta, quæ respicit ætatem, vide *superiùs* citatos *in principio huius numeri*, quibus adde, quòd si constitutio in successione feudi præferr sexum, atque etiam præfert ætatem, priuilegium ætatis vincit, quia specialius, & ideò fœmina primogenita excludit masculum minorem. Alex. *consil.* 29. *in primo versic. secundò hoc videtur, lib.* 1. licèt *num.* 3. *in fine*, ab hoc recedat, non est propter ius, sed propter constitutiones ponderatas, vt *ibi* per eum: sed vtcumque sit, in Hispanorum primogeniis eius sententia procedere non potest, ex adductis *sup. num.* 4. & auctoris sententiam in specie sequitur Ioseph. Ramon *consil.* 100. *num.* 306. *&* 502.

Tandem pro regula statuendum censeo, quòd in successione maioratus ratione lineæ præfertur omnibus prætensoribus, etiamsi sint proximiores in gradu, & in aliis qualitatibus. Sousa *in l. fœminæ, parte* 1. *num.* 279. vbi hoc infert ex *cap.* 1. *de natural. success. feud.* Et hæc sententia in praxi & vsu forensi recepta est, secundùm ipsam naturam maioratus, qui recto ordine defertur, ex adductis *inf. cap.* 6. *ex n.* 30.

Num. 15. 16. & 17.

HIs adde P. Molin. *d. disputat.* 628. *num.* 6. Pedroch. *consil.* 40. *num.* 318. *n.* 41. *lib.* 3. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 92. *num.* 35. *vers. habent.* Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 385. *num.* 12. & auctoris conclusio *num.* 31. communis est, & obseruari debet tam in iudicando, quàm in consulendo, à qua nunquam in praxi recedas.

Num. 18. *vsque ad* 32.

CAstill. *tom.* 5. *cap.* 143. §. *vnico, num.* 13. *col.* 2. *&* *tom.* 6. *cap.* 131. *num.* 22.

Num. 21.

ADde *lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 10. *&* *lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 46. Castill. *tom.* 5. *cap.* 18. *pag.* 468.

Num. 32. & 33.

IN hanc sententiam propendunt, Tiber. Decian. *consil.* 24. *num.* 113. *lib.* 1. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex num.* 24. Mier. *de maiorat.* 2. *part. quæst.* 6. *num.* 97. D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 130. *ex num.* 2. *&* *cap.* 139. *ex num.* 1. *&* *cap.* 180. *num.* 16. Ioseph. Ramon *consil.* 100. pro Duce de Cardona *num.* 501.

Num. 34. *vsque ad* 38.

NOuissimè recenset Castill. *cap.* 129. *num.* 55. *tom.* 5. *cap.* 178. *pag.* 450. *vers. &* *eadem parte.* Francisc. Sousa *in l. fœminæ, num.* 289. & pro fœmina in casu dubio, vide Mier. 2. *parte*, *quæst.* 6. *num.*

num. 97. Petr. Surd. *consil.* 544. *ex numer.* 130. *vol.* 5. *&* *consil.* 316. *numer.* 18. Don Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 139. *num.* 1. *&* *cap.* 129. *numer.* 34. Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 311. *in fine*, *&* 385. *num.* 3. quam materiam prosequemur vsque ad finem huius capitis.

Num. 38. 39. & 40.

NIsi liquidò constet de iure transuersali, fœmina admissa censetur, & procedunt adducta ab auctore *toto hoc capite*, & hoc probant Philipp. Dec. *consil.* 42. *num.* 10. *&* 467. *numer.* 9. *&* 498. *ex numer.* 3. Roland. *consil.* 1. *numer.* 48. *lib.* 2. *&* *consil.* 2. *numer.* 27. *lib.* 3. Osasc. *decis.* Pedem. 23. *numer.* 26. *&* *decis.* 26. *num.* 13. *&* 14. Burg. de Paz *consil.* 29. *ex num.* 86. cum adductis *suprà*, quibus addendum est, quia ibi adest dubium, causa deciditur pro eo qui fundat de iure. Bald. *consil.* 435. *numero* 2. *lib.* 4. Socin. *cons.* 156. *numer.* 18. *versic. prætereà, lib.* 2. & in petitione hæreditatis in casu dubio pro venientibus ab inrestato pronuntiandum est, Zucchard. *in l. fi. num.* 401. *C. de edict. Diui Adr. tollend.* Achil. Person. *de adipisc. possess. lib.* 6. *numer.* 5. & in materia maioratus, quæ non est exclusiua fœminarum, sed in eo ad instar Regni succeditur, vt *suprà numer.* 4. Hæc sententia procul dubio verissima est, & fortiùs si filia reperiatur in possessione bonorum, quia tunc in modum exceptionis fortiora sunt iura, quæ pro fœmina adducuntur, ex Bartol. & Salizet. *in l. sancimus*, per illum textum *C. de testam.* vbi de communi testatur, & *ibi* Alberic. *num.* 3. Paul. de Castr. *num.* 5. Ias. *num. fin.* Ioann. Zephal. *consil.* 519. *numer.* 29. Iacob. Menoch. *consil.* 176. *numer.* 8 pro quibus facit *l. qui liberis*, §. *testamento*, *ff. de bon. possess. secund. tabul.* & in specie auctoris sententiam probant D. Ioan. del Castil. *vbi suprà*, Arman. Pist. *quæst. iuris lib.* 2. *quæstione* 39. *num.* 8. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. for. quæstione* 11. Ioann. Gut. *lib.* 2. *pract. quæst.* 87. *numer.* 5. Mier. *de maiorat.* 3. *parte*, *quæstione* 2. *num.* 26. Ioseph. Ram. *consil.* 79. pro Duce de Cardona, *numer.* 13.

Num. 41. & 42.

HIs adde D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 92. *num.* 53. *&* *tom.* 5. *cap.* 143. §. *vnico*, *num.* 13. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 11. *ex num.* 2. Paul. Balzar. *de feud. lib.* 2. *tit.* 26. *si de feud. defunct.* qui tam in filia, quàm in sorore vltimi possessoris hanc sententiam probat, P. Molin. *tract. de iust. & iure*, *d. disp.* 625. *numer.* 6. Don Francisc. de Leon *decis.* 209. *numer.* 212. & ex adductis *suprà ex numer.* 2. habet fœmina fundatam suam intentionem in iure communi, seu Hispano, atque in consuetudine ita succedendi in maioratibus, & allegans contrarium probare debet, ex auct. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. aliàs eius exclusio propter masculos remotiores admittenda non erit, nisi euidentissimis & clarissimis coniecturis constiterit, vt *suprà numero* 38. *&* *infrà cap.* 5. *num.* 71. Meritò itaque in possessione maioratus tuetur donec aliud compertum sit, ac perspicuè constet. Pro qua tandem facit proximitas gradus, & ratio lineæ, de quibus *infrà cap.* 9. *per totum*, *&* *suprà numer.* 13. *&* 14. *&* *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12.

Num. 43. & 44.

HÆc opinio in Hispanorum primogeniis verior & receptior est, quidquid contrarium teneat Rosent. *de feud.* 1. *tom. cap.* 2. *de fœmin. success. conclus.* 52. *num.* 6. Ideóque si exclusio fœminæ in continenti probetur, masculus quantumcunque remotior, debet admitti, ídque ad intellectum textus *in dict.* §. *inter filiam*, probant Marc. Ant. Peregrin. *de fideic. artic.* 48. *numer.* 47.

Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. 5. à num.* 3. ex quo insurgit intellectus ad *l.* 45. *Tauri*, de qua per auct. *numer.* 44.

CAPVT V.

Num. 1. *vsque ad* 5.

His adde Parlador. *lib.* 3. *rerum quotid. quæstione* 1. *in principio.* Aluel. *consil.* 86. *&* 87. *lib.* 1. Guid. Pap. *consil.* 176. *à num.* 3. *versic. ad quartum quæsitum.* D. Ioan. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 4. *per totum, & tom.* 6. *cap.* 133. *num.* 18. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. quæst.* 14. *num.* 110. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 458. *ex numer.* 10. & auctoris sententia in praxi Aduocatorum & iudicum recepta est; ita verò quando expressè maioratus institutio in personis agnatorum facta est, vt *in præsenti, & infrà numer.* 18. vel quando tacitè ex indubitatis ac manifestissimis coniecturis id apparet, ex adductis *cap.* 4. *numer.* 38. *& lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 24. *&* 25. *cum sequentibus*; aut saltim vnica ratione quæ concludenter ad id suadeat, vt *inferiùs numer.* 5. secus verò si id in comperto non est.

Num. 5. *vsque ad* 8.

PRosequitur P. Thom. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 42. *num.* 4.

Num. 8.

HIs adde Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex numer.* 123.

Num. 9.

PRo hac sententia vide Hieronym. Gabr. *consil* 97. *numer.* 24. *lib.* 1. Crauet. *consil.* 230. *numer.* 4. *& consil.* 306. *numer.* 5. Bursat. *consil.* 132. *num.* 41. *lib.* 2. Ioann. Zephal. *consil.* 600. *num.* 34. *&* 35. *lib.* 4. Paul. Parisf. *consil.* 38. *lib.*[illegible] *tract. de coniect. vlt. vol. lib.* 8. [illegible] Cardin. Mantic. *tract. de coni*[illegible] *lunt. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 2. Sim[illegible] *de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. [illegible] 11. *num.* 71. Riminald. iun. *co*[illegible] *mero* 27. *lib.* 3.

Num. 10.

REpetit auctor *suprà lib.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 7. & agnoscit P. Thom. Sanchez *dict. disput.* 42. *num.* 4.

Num. 11. *vsque ad* 16.

PLura adducit Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 357. *num.* 3. de qua re vide Roland. *consil.* 67. *numero* 70. *vol.* 3. Ludouic. Roman. *consil.* 15. *ex numer.* 4. Quid verò si filia à successione maioratus propter patruũ excluditur, an filius patrui eam præcedet? vide Ioann. Gut. *consil.* 13. *num.* 17. Petr. Surd. *cons.* 315. *volum.* 3. Rimin. *consil.* 372. *num.* 122. *vol.* 4. Tiber. Decian. *consil.* 56. *numero* 52. *volum.* 1. *& consil.* 60. *num.* 33. *vol.* 3. Philipp. Dec. *cons.* 308.

Num. 16.

DE hac regula, *si vinco vincentem te*, & de doctrina Bartoli *hîc* præcitata, plura cumulat Don Ioan. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 30. *per totum*, saltim *num.* 3. vbi refert auctorem: & ante eum Iacob. Cuiac. ad Paul. *in l. Claudius, ff. qui pot. in pign. habeant.*

Cæterùm prædicta regula in successione momentanea, duntaxat locum habere potest, vbi primus, vincens secundum, vincit etiam & tertium, eo quòd ratio vincendi tertium, immediatè ex victoria secundi insurgit; secus verò in successione graduali & perpetua, prout est successio maioratus, vbi primo loco vocatus, vincit secundum

secundum & tertium, & vlteriores proprio iure, & ex propria persona, non verò ex persona alterius, & ita praxis admittit.

Num. 17.

PRosequitur latè Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 458. *ex numero* 1. Ioseph. Ram. *consil.* 31. *ex numer.* 1. & declaratur *infrà numer.* 18.

Num. 18. 19. *&* 20. *vsque ad* 25.

IN materia fideicommissaria regula est communiter recepta, quòd primogenium instituens, duplici modo potest agnationem suam conseruare, prout concludit magistraliter auctor in præsenti.

Primò expressè, simpliciter & absolutè se facere maioratum inter omnes masculos & agnatos, & tunc ex identitate rationis extensio de casu ad casum facienda est, vt *suprà numer.* 1. *&* 2. *& lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 23. Ioseph. Ramon *consil.* 100. pro Duce de Cardona *numero* 147. *cum sequentibus*, Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. quæstione* 24. *per totam.* Mier. 2. *parte*, *quæst.* 6. *num.* 102. Petr. Surd. *consil.* 316. *numer.* 16. *volum.* 8. Menoch. *consil.* 1062. *ex num.* 24.

Hoc limitatur primò, quando si ratio generalis in omni casu obseruaretur, sequeretur aliquod inconueniens, vel absurdum, vt pluribus refert Francisc. Molin. vt *suprà num.* 137.

Secundò limitatur, quando ratio generalis in modum causæ finalis expressa non est, idem *numer.* 131.

Tertiò limitatur, quando hæc ratio conseruandæ agnationis, non per verba dispositiua, sed per enuntiatiua tantùm prolata est, idem *num.* 140.

Quartò limitatur, quando ratio conseruandi bona in agnatione expressè aduersaretur his, quæ in præcedentibus disponens statuisset, veluti si antea data esset facultas alienandi in familia, quia ratio generalis ad specialiter disposita restringi nequit, *l. eo hærede*, *§. qui patrem*, *ff. de vulg. & pupil. subst. l. alimenta*, *§. Basilicæ*, *ff. de aliment. & cibar. legat.* idem Molin. de quo *suprà numero* 142.

Secundo modo, quando disponens rationem conseruandæ agnationis, nō expressit dispositiuè, sed qualificatiuè, & limitatè, contemplando agnationem tantùm ad certos gradus restrictam, vt in exemplo proposito *in præsenti*, *& numer.* 24. quo casu extantibus his verbis restrictiuis, extensio fieri nō debet, Francisc. Moli. *de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *ex numer.* 134. Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 385. *ex numero* 21. & omnium interpretum communis sententia est, quòd fauor conseruandæ agnationis tantùm habet locum in casibus à testatore expressis, Menoch. *consil.* 232. *num.* 23. *lib.* 3. *& consil.* 243. *numer.* 52. *eodem lib.* quia substitutio fideicommissaria non extenditur de casu ad casum ratione cōseruandæ agnationis, propter quam nunquam inducitur aliqua noua substitutio, Philipp. Dec. *consil.* 288. *numer.* 9. Ioann. Zephal. *consil.* 107. *numero* 18. *&* 19. *lib.* 1. Socin. *consil.* 4. *numer.* 21. *& consil.* 116. *num.* 10 *lib.* 3. *& consil.* 118. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1. *& consil.* 155. *à numer.* 10. *lib.* 2. *& consil.* 57. *numer.* 7. *lib.* 4. vbi de communi testatur, & ita iudicatum refert Lucens. *decis.* 82. *numer.* 14. *lib.* 2. & resoluit post alios Simon de Prætis *consil.* 47. *numer.* 27. *& consil.* 90. *num.* 29. à qua sententia recedendum non est, tam in iudicando, quàm in consulendo; & licèt Cardin. Mantic. teneat contrarium, *lib.* 6. *de coniect. tit.* 15. *numer.* 6. pro auctore fuit iudicatum aduersùs Mantic. vt testatur Peregrin. *tract. de fideicommiss. quæst.* 29. *numer...* & in specie sic concludit Rota per Ludouis. *decision* 3. *num.* 18.

& diximus *suprà lib.1.cap.5.num.* 37.

His verò superaddendum censemus, quòd adducta in præsenti ad Hispanorum primogenia non facilè possunt adaptari, quorum substitutiones vulgari sermone concipiuntur, neque reperitur quisquam, qui maioratum hoc modo instituat, *volo in personam Titij agnationem meam conseruari.* hoc verbum *agnatio*, externum est apud Italos, non verò apud Hispanos vsitarum. Sed more vernaculo & proprio huius regni vocantur proximiores de domo, de genere, de familia, de quibus *sup.cap.4. num*.... quæ vocatio nullam agnationis coniecturam inducit, ideóque vt in Hispania cognoscatur, vtrùm maioratus institutor prospexerit agnationi genericè, vel restrictè, ordo substitutionis, & eius qualitas inspicienda est, in qua tota vis ac pondus pendet, & residet, vt prosequemur inferius.

Num. 25. *vsque ad* 30.

VSque ad numerum 30. disputat auctor, vtrùm ex masculorum vocatione pluries repetita absolutè facta, agnationis ratio comprehendatur, de qua re contrarij sunt Doctorum sententiæ.

Prima sententia est affirmatiua, quã pluribus relatis comprobat Peregrin. *de fideicommiss. art.19.num.16. & artic.26. num.*15. & ante eos renuerunt Socin. *numer.* 8. *cum seqq.* & Ias. *numer.* 19. *in l. Gallus, §.nunc de lege, ff.de lib.& posthum.* Marc. *decis.* 546. *numer.* 21. *parte* 1. Decian. *consil.* 127. *num.* 15. *cum seqq. vol.* 3. Menoch. *consil.* 127. *numer.* 12. *& consil.* 400. *numer.* 43. Surd. post alios, *consil.* 316. *num.* 6. *vol.* 3. Garc. *de nobilit. in initio, numer.*6. Rustic. *in l. cùm auus, lib.4. cap.2. à num.* 14. D. Ioan. del Castill. *tom.2. controuers. cap.* 4. *numer.* 78. *&* 80. *& tom.5. cap.* 92. *à num.* 2. *& tom.6. cap.* 129 *per totum*, maximè ex *numer.*49. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 499. *num.* 15. *&* 17. *& quæst.*311. *num.*65. *& quæst.*346. *num.*13. *& num.*19. limitans hanc receptam conclusionem, si testator vocasset masculos absque expressione masculinitatis, id est, proprio nomine, vt *infrà num.*29. *& num.*37. *&* 45.

Secunda verò sententia est superiori contraria, quam tenet Cardin. Mantic. *lib.* 11. *de coniect. vltim. volunt. tit.* 14. *num.* 6. Marc. Anton. Peregrin. *cons.*70. *num.*3. *vol.*3. Anton. Fab. *de pragm. tom.*2. *decade* 28. *errore* 8. Ant. Petr. *tract. de fideicommiss. quæst.*9. *num.* 193. *variarum.* contrarium tamen Rota Romana per Farinac. *decis.* 443. *& decis.* 463. *parte* 1. *in nouissimis*, & alij relati à D. Ioann. del Castill. *tom.*5. *controuers. cap.*92. *ex num.*2. Pro qua sententia facit primò adducta *num.* 27. *& infrà num.* 34. scilicet quia alia ratio præterquam cognationis, circa masculorum vocationem potest assignari, nempe qualiras masculinitatis, quæ dignior est sexui fœmineo, Fulgos. *consil.*85. *num.* 2. & pulcherrimè Lupus *allegatione* 101. *num.*15. Albens. *consil.*13. *num.*8. *lib.*1. *& consil.*287. *numer.* 17. *lib.*3. quòd extentæ *l.*2. *tit.*15. *parte* 2. fortior vis procedit, cuius decisio ad administrationem cognatorum maximè viget in Hispania, vbi desunt statuta Italiæ, cognatos propter agnatos excludentia, ex auctore *suprà cap.*4. *numer.*11. Secundò, pro hac vltima sententia faciunt rradita *infrà num.* 28. *&* 29. vbi ratio agnationis tanquam vnica & sola, non præsumitur nisi probetur, de qua re Perez de Lara *tractatu de anniuersariis, & capellaniis, cap.* 30. *numero* 83.

Nos verò priorem sententiam veriorem, ac practicabiliorẽ censemus, quia in hac multiplici masculorum vocatione, nulla alia ratio potest assignari quàm agnationis, quæ tanquam vnica debet attendi, ex auctore *suprà lib.*1.

*lib.*1 *cap.*5. *num.*9. *cum seqq.* hoc ita quando maioratus institutor masculos sẽper ad successionem inuitauit, nec de fœmina in aliqua parte dispositionis mentionem fecit; vt *hic numer.*29. *vers. his autem, & infrà num.* 45. 48. *&* 69. Sicque in supremo & regio consilio pluries in praxi obtentum vidimus, & hanc nostram sentẽtiam dicit Ioseph. Ram. *conf.* 15. *ex num.* 14.

Num. 30. *vsque ad* 38.

TOta hac disputatione auctor probare intendit, quòd masculorum vocatio excludit fœminarum successionem, & *num.* 37. in sententiam affirmatiuam propendit, de quo *superiùs numero præcedenti* actum est, idque agnoscunt, Marc. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. art.* 25. *num.* 11. *& conf.* 16. *num.* 2. *vol.* 1. Valentin. Foster. *tractatu de successione lib.* 3. *cap.* 23. *axiom.* 7. *num.* 18. *vsque ad finem.* Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 9. *à num.* 47. quorum sententia verior & practicabilior est, vt *suprà* diximus. Nam etsi in conditione, si institutus decesserit sine filiis, comprehendatur filia, ex decisione textus *in l. cùm auus, hic* præcitata, & *l. non est sine liberis, ff. de verborum significatione*; si tamen dixerit, si decesserit sine filiis masculis, cùm ad exclusionem fœminarum hoc videatur adiectum, filij masculi substitutum excludunt, fœmina verò non excludit. Mantic. *tractatu de coniecturis, lib.* 11. *tit.* 15. *numer.* 1. *circa finem.* Simon de Præt. *de interpretatione vlt. volunt. lib.* 3. *dubio* 3. *solut.* 2. *num.* 31. *pagina nobis* 186. Marc. Anton. Peregrin. plura referens *tract. de fideicommissis, art.* 25. *numer.* 11. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 89. *& consil.* 1006. *num.* 9. *&* 10099. *num.* 20. subdens hanc esse specialem exclusionem fœminarum. Castill. *lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 79. *& lib.* 5. *cap.* 92. *numer.* 2. de qua re vide Vincent. Fusar. *de substitut. quæst.* 402. *ex num.* 1. saltim *num.* 5. & hinc est, quòd etsi *in l. cùm auus*, regulariter fauore liberorum suppleatur conditio, si sine liberis, hoc non procedit, si dictum esset, si decesserit sine filiis masculis, vel quando in liberis deficit qualitas, quæ patrem admittebat, ex adductis ab Gabriele *lib.* 4. *comm. tit. de fideicommissis, conclus.* 2. *numer.* 83. *limit.* 23. Ioseph. de Rustic. *in d. l. cùm auus, lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 16. Horat. Carpan. *ad statuta Mediol. n. tom.* 1. *cap* 311. *numer.* 3. *sub littera D.* & hanc sentẽtiam communem dicit Gregor. *in l.* 3. *tit.* 13. *partit.* 6. *glossa mugeres, folio* 86. *col.* 1. *versic. an autem ex eo.* & quamplurimis citatis eam amplectitur, dicens magis communem, Anton. Gomez *tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 38. vbi hanc appellat indubitatam sententiam, & in iudicando sequendam, quia nemo dissentit.

Cæterùm in hac materia has conclusiones deducendas censemus.

Prima conclusio est, quando masculus simpliciter vocatur, nulla facta fœminarum mentione, tunc fœmina omni tempore, & in quocunque casu excludi debet, quia inclusio masculorum est perpetua exclusio fœminarum, vt *in præsenti numer.* 31. *actum est.*

Secunda conclusio est, quando fœminarum exclusio ita concipitur, donec masculi extarent, hoc enim casu vita masculorum facit interim dormire, sed non expirare legitimam successionem fœminarum, vnde amoto impedimento per masculorum obitum, ipsamet impedimenti amotio retrò fingit impedimentum non fuisse, Bald. *consil.* 426. *num.* 3. *&* 4. *vol.* 3. Petr. Anchar. *consil.* 339. *numer.* 8. *& consil.* 220. *numer.* 2. Fab. de Ann. *consil.* 53. *lib.* 1. *num.* 38. *&* 39. Iacob. Menoch. *consil.* 105. *numero* 78. *&* 79. *vol.* 1. Gail. *pract. obseru. tit. de feud. quæst.* 36. *part.* 1. Henric. Rosent. *eodem tract. tom.* 1. *cap.* 7. *conclus.* 45. *numer.* 15. *cum sequentibus, & ibi litt. R, folio nobis* 531.

531. Aluar. *tract. de coniect. ment. defunct. lib.2. cap.3. §. 4. numer.26.* Greg. Lopez *in l.3. gloss.2.quæst. 23.tit.13. parte 3.*

Tertia & vltima conclusio est, quãdo fœmina excluditur simpliciter & absolutè, non conditionaliter, nec ad tempus, vt in secunda conclusione, quo casu omnes fatentur, non suspendi, sed erradicari omnino à sexu fœmineo potentiam succedendi, & consequenter etiam deficientibus masculis, non est talis sexus idoneus, neque successibilis. Nam verbum importans impedimentum temporale, diuersum est ab eo, quod importat impedimentum perpetuum, & præcisum; quia primum, cursu temporis vel simplici, vel qualificato amouetur, secundum autem non, Bald. *consf. 67. volum.1.num.1.* Curt. iun. *consil.111. numer. 11.* Garz. *tract. de fœminis ad feud. recip. colum. 6.* Valent. Forster. *tract. de success. lib.3.cap.23.axiom. 3. numer. 18. & 19.* Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 10. numer. 2.* vbi ait hoc fieri respectu conseruandæ agnationis. Ludolph. Schrader. *de feud. tom.1. cap. 4. n.83. & 85. versic. quartò hæc conclusio, fol. 186.* vbi ampliùs dixit quòd dispositio textus *in cap. 12. §. quin etiam Episc. vel Abb.* vbi habetur, quòd fœmina semel exclusa, durat perpetuò exclusa, quamuis deficiat masculus, cuius intuitu excluditur à feudo, vel hæreditate; sed hîc vbi simpliciter & absolutè exclusio facta est, secus si specialiter & ad tempus. Ferrar. Montan. *in decis. feudal. lib. 3. cap. 8. versic. sunt tamen.* & addit. ad Rosent. *lib. 1. cap.7. conclusione 45. litt. P. circa fin. fol. 531.* Petr. Surd. *consil. 343. numero 10. vol. 3.* Rota *lib.2. diuers. decisione 108. num.2. & 3* Borgnin. Caualcan. *decis. 18. num.10. & 11. lib.3.* & hoc fortiùs, vbi præcessit vocatio masculorum, post quæ verba subsequitur negatiua ad exclusionem fœminarum, vt ex pluribus tenet Mier. *de maiorat. 4. part. quæst. 29. num. 2.*

Num. 38. vsque ad 41.

His adde Mandel. Albens. *consf. 19.* qui de communi testatur. Menoch. *consil. 463. num. 11. & consil. 524. numer. 4. vers. tertio & vltimo, & consil. 836. num.13.* cum pluribus aliis relatis à Fusar. *de substit. quæst. 311. num. 42. & 43. & quæst. 403. num. 12.* Castill. *lib.2. cap. 4. numer. 135.* vbi *in fine* sic consuluisse testatur.

Num. 41. vsque ad 43.

Adde Castill. *tom. 5. cap. 143. §. vnic. num. 12.* Rectè & iuridicè tenet Paul. *hîc*, nam licèt matre exclusa, eius etiam descendentes censeantur exclusi, ex auctore *infrà num. 47.* Mier. *2. parte de maiorat. quæst. 6. num. 46.* Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus, lib. 6. cap. 16. ff. de condit. & demonst.* hoc solùm procedit, quando ratio exclusiua militat, tam in filio, quàm in matre. Zephal. *consil. 53. numer. 25.* vbi in quodam statuto loquitur, videlicet in matre, quæ extero aduersùs prohibitionem nupsit, & de simili statuto vide Horat. Carpan. *ad stat. Mediol. tom.1. cap. 31. numer. 3. sub litt. B, folio nobis 595.* & ratio statuti erat, ne hæreditas in non subditos perueniret, vt de statuto Laudensi tradit Socin. iun. *consil. 62. numer. 13 lib. 3.* Alciat. *resp. 9. num. 11. versic. tertiò quia, lib. 2.* Syluest. Aldobr. *consil. 2. num. 111.* quæ ratio est similiter filiorum exclusiua, Bald. *consil. 411. num. 11. lib. 1.* dum loquitur de ipsomet statuto Mediolan. quo casu liberi ex matre sic exclusa, non succedunt tanquam si essent nati ex alia extranea persona, iuxta *l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell.* Paul. *ibi num. 2. & 3.* Alex. *num. 2. & seqq.* Francisc. Ripa *num. 1. & 11.* Honded. *consf. 67. numero 18. lib. 1.* Alex. Raudens. *tract. de Analog. lib. 1. cap. 34. numero 10.* & hanc Pauli verissimam sententiam probat, vltra relatos, Simon de

de Præt. *conf.98. lib.1.*

Et auctoris conclusio limitatur, quando filius non ex persona matris, sed proprio iure, & ex propria persona venit, quo casu specialis vocatio, etiã matre exclusa, præualet, Bald. *in l. pactum dotale, numer.21. C. de collat. & in authentica cessante, numer. 3. C. de legit. hæred.* Fulgos. *consil.85. sub numer.2.* Castill. *lib. 3. cap.15. numer. 59. & 70. & tom. 5. cap. 161. numer. 10. versic. præterea.* Iacob. Menoch. *consil.* 802. super comitatu de Duenaz & Buendia *numer.51. & 52 lib. 9.* Cardinal. Mantic. *lib. 8. de coniect. tit. 18. num. 72. & 75.* Anton. Fab. *de error. prag. tom. 2. decad. 28. errore 8 col. 2. folio nobis 242.* Rota *decis. 14. num. 6. & 7. sacri Palatij parte 2.* idque repetit auct. in allegatione pro successione Regni Portug. *ex numer.39.*

Num. 43. & 44.

IN hanc sententiã propendunt Petr. Surd. *consil.* 315. 319. & 443. Iacob. Menoch. *consil.* 172. & *consil.* 401. & 1036. Tiber. Decian. *consil.* 127. *num.* 15. *vol.* 3. Ioan. Zephal. *conf.* 581. Flores Diaz de Mena in addit. ad Gam. *decis.* 295. Valent. Forster. *de success. ab intest. lib. 3. cap. 14. numer. 3.* Enric. Rosent. *de feud. quæstione 36. cap.7. num.14.* Rota per Farinac. *decisione 643. num. 13. parte 2. in nouiss.* Mier. *de maiorat. 2. part. quæst. 6. ex num. 259.* Velazq de Auend. *in l. 40. Tauri, gloss. 9. numer. 74.* & cum hac distinctione, an agnati masculi sint, quamplurimi transeunt, relati à Menoch. *conf.930. numer.20. lib.18.* M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic. 26. ex num. 1.* Simon de Præt. *de interpretatione vltim. voluntat. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. solut. 11. numer. 7. & 24.* Fontan. *tract. de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 25. numer. 15.* Michaël de Aguerre in Apologia pro successione Regnorum Portug. *numer. 255 & 3. part. num.81.* Philipp. Pasc. *tract. de viribus patr. potest. 4. part. cap. 9. n.41.* Petr. Surd. *consil.* 308. *ex numero* 1. & *consil. 5. num. 12. & conf.6. numer. 3. lib. 1.* Petr. Cauall. *consil.118. num.5. & 7.* & ita refert decisum Ant. Fab. *lib. 6. Cod. t 1. de verb. signif. defin.1. & 2.* de qua re actũ est *suprà lib. 1. cap.6 num. 22. versic hæc autem regula, & infrà num. 71. & 72.*

Num 45. *vsque ad* 50.

VAriè iactatum est ab interpretibus, vtrùm maioratus institutio, ex qua vocantur filij masculi, vel descendentes masculi, de masculis ex masculis tantùm, an verò etiam de masculis ex fœminis intelligenda sit? de qua re contrariæ sunt Doctorum sententiæ, quas refert Castill. *tom.6. cap. 129. numero 40. & cap.133. num.10. versic. est tamen. §. vnico eiusdem capitis, ex numer.1. & ex n. 6.* & Menoch. *consil.1228. ex num. 30. lib. 13.* Horum controuersia notissima distinctione solet ad concordiam reduci.

Primus casus distinctionis est, quòd vbi agitur de conseruanda agnatione masculorum, vocatio tantùm masculos ex masculis, non verò ex fœminis comprehendit, Cardin. Mantic. *tract. de coniect. vlt. volunt. tit. 18. num. 20.* Iacob. Menoch. *conf. 802. numer.36 lib. 9.* Petr. Surd. *consil.308. num.14. lib.3.* Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic. 26. num. 11.* Anton. Gam. *decisione 194.* Rota *decisione 15. num.2. & decisione 130. num.9. parte 1. diuersorum,* Anton. Faber *lib. 6. Codicis, tit. de verborum significatione, definitione 1.* Vincent. Fusar. *de substitut. quæst. 325. num. 10.* vbi in fortioribus terminis, videlicet quando descendentes vocantur absque expressione masculinitatis, & hoc procul dubio verum est, quando masculi dispositiuè vocantur, exclusis fœminis, quo casu excluditur masculus ex fœmina, etiam si sit filia vltimi possessoris, & in

in hoc sensu practicari potest doctrina Ricardi de Malubre, de qua *in praesenti*, Tiber. Decian. *resp. 11. num. 15. & 19. volum. 3.* antè Bellonus *consil. 72. & consil. 73. numer. 9.* & alios referens D. Ioan. del Castill. *tom. 5. quotid. controuers. cap. 92. ex num. 2.* & adducta *suprà numer. 25. & 29. in fine, & 37. & 38.* quibus ostensum est, quòd apertè ratio cōseruandę agnationis ex masculorum vocatione comprehenditur: & hæc est communis sententia, quidquid alij contrarium sentiant.

Secundus casus distinctionis est, quando masculorum vocatio non fit animo conseruandæ agnationis, tunc dubio procul appellatione masculorum filiorum, vel descendentium masculorum, masculus ex fœmina comprehenditur, vt *in præsenti numero* 48. & in allegatione pro successione Regnorum Portugal. *part. 2. numero* 42. & comprobant Cardinal. Mantic. *vbi suprà num. 26.* M. Ant. Peregrin. *dict. art. 26. numer. 1.* Ant. Fab. *de error. pragm. decad. 28. cap. 8.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpretatione 3. dub. 1. solutione 11. num. 7. & 24.* Alex. Raudens. *lib. 1. de Analog. cap. 15. numero* 15. Gam. *decisione* 294. Rota *decis. 6. parte 1. diuers. & decis. 15. numer. 11. & decis. 150. numer. 9. parte 2. diuersorum.* Miet. *2. parte de maiorat. quæstione 6. num. 55. versic. in hac etiam materia.* Velazq de Auend. *in l. 40. Tauri gloss. 9. numer. 74.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 41. numer. 5.* Ioan. Garc. *de nobilitate in diuers. oper. numer. 33.* Cald. Pereir. *de nominatione emphyt. lib. 3. cap. 50. numer. 30.*

Tunc verò ratio cōseruandæ agnationis cessat, quando maioratus institutor vocauit filiam suam, & descendentes masculos ex ea, vt *hîc*, exempli gratia, obseruat auct. in qua specie auctoris sententia verissima est, & praxi recepta, idque in causis magni ponderis decisum, scilicet in quadam lite super statu de la Starada, in qua obtinuit D. Christophorus de Luna, masculus ex fœmina, contra D. Petrum de Luna, masculum ex masculo, & in alia lite, quæ vertebat inter D. Didacum de Auila, etiam masculum ex fœmina, & Marchionem de Velada masculum agnatum, & rursus fuit pro hac parte obtentum in causa super Ducatu de Veragua, in magno Indiarum cōsilio.

Neque huic receptissimæ conclusioni oppositum fuit, quod aliqui pragmatici contra masculos ex fœmina probare conantur: ex adductis *in quinta conclusione huius capitis*, vbi concludit auctor, quòd exclusa aliqua fœmina propter masculos, eius descendentes exclusi censentur; *& in secunda conclusione*, vbi probatur, quòd masculorum vocatio excludit admissionem fœminarum: si hæc ita vera sunt, quomodo appellatione descendentium masculorum, masculus ex fœmina cōprehendi potest? nam si per secundam conclusionem sub hac appellatione fœmina nunquam admittitur, & per quintam conclusionem, descēdentes ex fœmina exclusa, exclusi cēsentur. Ergo masculus ex fœmina, etiam vbi de agnationis conseruatione non agitur, sub vocatione descendentium masculorum non comprehenditur.

Retenta verò auctoris sententia, pro solutione prædictorum sciendum est, multum interesse vtrùm fœmina vocetur, & admittatur; an verò à maioratus successione excludatur? Priori casu eius descendentes appellatione masculorum descendentium, admissi censentur, in qua specie loquitur auctor *hîc num.* 48.

Secundo casu, nisi hi descendentes ex propria persona veniant, tanquam ex radice infecta excludi debent, prout in quinta conclusione actum est. Et hæc differentia inter fœminam admissam,

admissam, & inter fœminam exclusam, notissima est his qui passim in Hispanorum primogeniis versantur.

Num. 50.

HIs adde Petr. Surd. *consil.* 316. *num.* 3. *lib.* 3. *&* *consil.* 308. *numer.* 15. *&* *consil.* 443. *numer.* 13. *&* *consil.* 448. *num.* 6. Menoch. *consil.* 44 *numer.* 10. *lib.* 1. *&* *consil.* 1212. *num.* 5. *lib.* 13. *&* *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 69. Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicommiss. art.* 23. *numero* 26. Anton. Petr. *eodem tract. quæstione* 9. *num.* 19. Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. §. 4. Garc. *de nobilit. in decisione operis numer.* 33. Ioann. Gutier. *consil.* 13. *num.* 23. Giurb. *decis.* 32. *numer.* 15. D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 4. *num.* 178. *&* *tom.* 5. *cap.* 9. *num.* 3. Vincent. Fusar. *de substitut. quæst.* 499. *num.* 22. Ioseph. Ram. *consil.* 100. pro Duce de Cardona *ex numer.* 406. Perez de Lara *tract. de vita hominis cap.* 30. *num.* 94. *&* 95. Sed hoc nō indistinctè verum est; dicendum est ergo consequenter, quòd aut agnatio contemplata est simpliciter, & absolutè, & in hac specie dubio procul auctoris sententia vera est, prout *suprà numer.* 25. 29. *&* 37. apparet, & ratio pendet ex eo, quia per solos masculos, & non fœminas, conscribitur agnatio, dicuntur enim agnati, quasi ab eodem patre nati, vt *suprà num.* 3. & verbum *agnatio*, latissimū est, & propriè lineam non habet. Anchar. *cons.* 65. quia sumitur pro tota agnatione, & non reperitur habere specialem significationem, sed ex sua propria comprehendit omnes, qui sunt per virilem sexum coniuncti, & in hoc agnatio distinguitur à familia & linea: vt per Tiber. Decian. *consil.* 86. *num.* 29. *vol.* 3. Iacob. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 88. *numer.* 19. *versic. tertius est casus.* tum etiam, quia interueniente fœmina, cessat agnatio, ex auctore *sup. in principio.*

Aut agnatio contemplatur ad certos gradus, vel ad certas personas restricta, & tunc nil impedit, quòd procedit, quando id à testatore expressum fuit, tunc verò etsi fœminæ, vel aliqui cognati vocentur in personis specificatis, ratio conseruandæ agnationis non cessat, in quam sententiam propendunt auctor *in vers. ex quibus*, cum relatis *suprà.* Qui omnes, & plures alij, qui ad hoc possent allegari, eandem sententiam tenent, neque venit in dubium, quòd ratio conseruandæ agnationis ad certos gradus potest restringi, ex Bald. *cons.* 40. *num.* 1. *lib.* 3. Rota *decis.* 175. *lib.* 2. & ita fuisse iudicatum in Rota, Decian. *cap.* 127. *numero* 15. *cum seqq.* qui apertiùs loquitur in casu, quo maioratus institutio à fœmina incipit, & in eadem specie vide *in fine*, & Caualc. *decis.* 18. *num* 88 *vers. sed ad finem.* Riminald. *cap.* 13. *num.* 83 *lib.* 1. *&* *cap.* 317. *numer.* 26. *lib.* 3. eadem Rota *decis.* 203. 1. *part. tom.* 1. *in nouissimis.* Paul *consil.* 41. *numer.* 2. *versic.* 13. vbi communem dicit *lib.* 1. Gratian. *cons.* 3. *num.* 80. *&* *cons.* 120. *ex num.* 26. *&* *numer.* 48. *lib.* 2. Curt. iun. *consil.* 113. *numer.* 14. Ant. Rub. *consil.* 35. *numer.* 4. *&* *consil.* 47. *numer.* 3. Socin iun. *consil.* 69. *numer.* 10. *lib.* 3. Andr. Alciat. *resp.* 15. *num.* 6. *lib.* 8. propterea compatibile est, testatorem voluisse conseruare agnationem in personis magis dilectis, & non in aliis, Zephal. *cons.* 251. *numer.* 16. *&* 48. *cum seqq.* vbi alios allegat: Cardin. Mantic. *lib.* 8. *de coniect. tit.* 28. *numer.* 17. Petr. Surd. qui in comprobationem refert auctorem, *cons.* 443. *num.* 41. *&* *cons.* 475. *ex numer.* 14. idem *decis.* 66. *num.* 21. *verbo, quod verò dictum est.* Thesaur. *decis.* 88. Alex. Ambros. *decis. Perus.* 10. Giurb. *decis.* 32. *num.* 34. Feb. *decis.* 39. *numer.* 15. Aluarad. *de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 354. Garcia *de nobilit.* vide *in fine operis numer.* 33. Salazar *de vsu & consuet. cap.* 12. *numero* 64. Ludouic. de Casanate *consil.* 4. *ex num.* 217. Ioann. Gutier. *consil.*

13. *numer.13. & 55.* Rota Romana *decis.* 203 *1.parte tom. 1. in nouissimis.* Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt.lib. 3. cap. 24. ex num.* 135. Iacob. Menoch.*lib.4. praesumptione* 38.*numer.19.* Ioseph.de Cumia *in cap. si aliquem, de successione feudi.* Mier.*de maiorat. 2. part. quaest. 6. numer.42. & 65.* Marc. Ant. Peregrin.*tract. de fideicommiss. art.25. num. 26.* &, auctore relato, Castill. *lib. 5. cap.92. à numer.4. cum seqq. & num.*14. Perez de Lara *de vita homin.cap.* 30. *numer.*114. Vincent. Fusar. *de substit. quaestione* 499. *num.* 23. & 24. Sed in hac materia possunt plures casus adduci, quos recensere operaepretium erit.

Primus casus est, quando priùs vocantur masculi, & eorum descendentes masculi, & posteriùs in defectum omnium masculorum foeminae vocantur, in qua specie praescripta est agnatio in masculis, & eorum descendentibus masculis, nec restringi debet per vocationem foeminarum postea factam, ex adductis proximè.

Secundus casus est, quando vocantur priùs foeminae, & posteriùs omnes agnati, & in hac specie idem quod in priori casu iudicandum esse censuerunt Petr. Surd. *consil.* 475. *numero* 20. Tiber. Decian. *resp.* 120. *vol.* 3. Caualc. *decisione* 18. *num.* 88. *lib.* 3. Zephal. *consil.* 251. *numer.* 48. Paul. Paris. *consil.* 19. *numer.* 28. *lib.* 2. Carol. Ruin. *consil.* 110. *num.* 14. *volum.* 2. Paul. de Monte Pico *consil.69. num.122.* Rub. *consil.* 22. *num.*10. Cardinalis Mantica *lib. 8. de coniect. tit.* 18. *numer.* 17. Put. *decis.* 175. Nos verò in vtroque casu auctoris sententiam probamus, *in dict. versic. ex quibus*, & asseueramus, quòd nisi ratio agnationis ab institutore maioratus expressa sit in masculis, nullo modo potest considerari vocata foemina in aliqua parte dispositionis.

Tertius casus est, quãdo permixtim agnati & cognati simul ad successionem maioratus vocãtur, in qua specie procul dubio vera est auctoris sententia *in dict. num.*50. Gabr. *consil.91. num.7. & 24. lib.1.* Casanet. *dict. consil.23. num.*4. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. art.* 25.*numer.*27.

Num. 51.

Contra neptẽ plura adducit Menoch. *consil.95 numero.90.* vbi quinquaginta & tres DD. refert, & *consil.* 150.*num.54. & consil.* 204. *num.56. & lib. 4. praesumptione* 85. *num.* 8. & quando filius debeat esse melioris conditionis quàm mater, vide Ioseph. de Rustic. *in l. cùm auus, lib.3. cap.9.* Iacob. Menoch. *lib. 4. praesumpt.* 85. & *consil.* 802. *num.* 55. *num.*8. M. Anton. Peregrin. *consil.85. num.* 2. Rota *decis.*15. *numer. 6. & 7.* Zephal. *consil.* 103. Gregor. *in l. 3. tit. 13. parte 6.* glossa magna *quaest.22.* D. Ioan. del Castill. *lib.2. controu. cap.4. num. 16.* Mier. *2. parte quaest.6. num.*52. Ioseph. de Ramon *consil.*15.*numer.*82.

In qua materia communis omnium interpretum resolutio est, quòd aut filius proprio iure, & ex propria persona succedere contendit, aut iure transmissionis, & ex persona matris, prout optimè distinxerunt Cardin. Mantic. *lib. 11. tit.20. numer.7.* Menoch. *consil.*106. *num.* 396. *vol.* 2. Ioann. Gut. *lib.* 3. *pract. quaest.* 67. *numer.* 20. Molin. *infrà cap. 6. n.39. & 43.* Priori enim casu, melioris conditionis debet esse filius, quàm mater, nam etiam matre exclusa, filius non censetur exclusus, Bald. *in l. pactum dotale, numer.21. in fine, C. de collat.* Cardin. Mantic. *lib. 8. de coniect. tit.* 18. *numer.* 49. & latiùs *num.* 75. Rota *dict. decisione* 15. *num. 6. & 7. parte 2.* diuers. Sacri Palat. Menoch. *dict. consil.* 802. *numer.* 51. & 52. *lib.*5.

Secundo verò casu, si filius ex iure transmissionis ac repraesentationis succedere contendit, & mater in cuius locum ingreditur, ab eius successione

sione excluditur, eodem modo exclusus censetur, ne deterioris conditionis sit mater, quàm filius, vt in præsenti, ex superiùs adductis.

Num. 52.

CONcludit auct. ibi, *versic. hæc autem*, quòd vbi in maioratu agnationis conseruationis ratio expressa est, tunc neptis à successione excluditur: secus verò si id vel expresse, vel tacitè non comprehenditur: de qua re vide Peregrin. *de fideicomm. art. 25. num. 20. versic. verùm opinio est*, Iacob. Menoch. *cons. 95. numer. 22. vol. 1. & præsumptione 85. numer. 12. lib. 4.* Ludouic. de Casan. *consil. 6. num. 31.* Thesaur. *decisione Pedem.* 188. vbi aliquos casus distinguit Castill. *tom. 5. cap. 133. numer. 11. vers. præterea.* Viuius *decis. Neapolit. 414. num. 17.* Rota per Ludouis. *decisione 514.* & pro nepte quando non contēplatur agnatio, plura adducit Giurba *decisione 32. ex num. 31.* & auctoris sententia verissima est, fortiùs in Hispanorum primogeniis, vbi exclusio fœminarum debet esse expressa, aut per necesse concludens, & subintellecta, prout *cap. 4.* ostensum fuit.

Num. 53.

PRosequitur Ioseph. Ram. *consil. 17. num. 25.* & de affectione maiori erga natos, tempore dispositionis, vide Socin. *consil. 69. num. 3. vol. 3.* Iacob. Menoch. *consil. 1. num. 185. & cons. 106. num. 13. & præsumpt. 16. num. 8. lib. 4.* Ioan. Zephal. *consil. 101. num. 23.* Cardin. Mantic. *lib. 4. de coniect. tit. 8. num. 2. lib. 6. & tit. 11. num. 5.* Francisc. Bursat. *consil. 218. num. 33.* Andr. Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo filios, num. 1. & 2. C. de reuoc. donat.* Mier. *de maiorat. 2. parte quæst. 6.* Vincent. Fusar. *de subst. quæst. 476. num. 19. & 468. numero 18.*

Num. 54.

OStensum est *suprà num. 51.* quibus adde Menoch. *lib. 6. præsumptione 4. 5. & 6.*

Num. 55.

QVotiescumque in materia fœminarum exclusiua institutor maioratus discretiuè de filiis masculis & filiabus disposuit, verbum *filiorum* filias non comprehendit. Iacob. Menoch. *consil. 110. num. 24. lib. 2. & lib. 4. præsumptione 181. num. 8.* Petr. Surd. *cons. 403. num. 22. vol. 3.* Tiber. Decian. *consil. 47. num. 18. & consil. 34. num. 65. vol. 3.* Pascet. *consil. 135. num. 11.* Cardin. Mantic. *lib. 11. de coniect. tit. 13. num. 20.* M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic. 25. numero 45.* Stephan. Federic. *de qualitatibus contract. cap. 50. num. 26.* Cardin. Tusc. *tom. 5. conclusione 101. num. 71.* Rota *decisione 374.* Domin. *parte 1. diuersorum*, Cæsar Barz. *decis. 8. num. 8.* Mier. *2. parte de maiorat. quæstione 4. illatione 8. num. 15.* Vincent. Fusar *de substitut. quæst. 385. num. 32.* Ioseph. Ramon *cons. 15. num. 35.* quorum sententia verissima est, & comprobatur, maximè auctoritate textus *in l. cùm in testamento, §. qui tres filios, ff. de hæred. instit.* gloss. *verbo masculina, in clementina de pæn.*

Num. 56. 57. & 58.

VErsic. *sed quamuis.* De hac re plura cumulat Rota *decisione 514. numero 6.* in recollectis per Ludouisium, vbi dixit hanc conclusionem veriorem esse, & auctorem refert & sequitur, & *ibi* addit *numero 17.* vbi cum Anania tenet, & aliquas Rotæ decisiones adducit, subdens semper pro negatiua Rotam sensisse, & tantùm ab hac opinione recedere, casu quo tacitè, siue

expressè contrarium colligi possit, vt *hic num.* 8 & quamuis Decius *consil.* 15. *suprà* relatus *num.* 56. contrarium teneat, hanc opinionem contra Decium tuetur eius Additionator *ibi*, dicens quòd malè, & pecunia corruptus, consuluit, & iterum eius Additionat. ad eundem Decium *consil.* 515. & contra illum consuluit Socin. iun. *consil.* 26. *numero* 11. *lib.* 4. *&* *consil.* 128 *num.* 233. *lib.* 1. & idem Additionator ad Alex. *consil.* 38. *num.* 4. *lib.* 6. Hieron. Gabr. *consil.* 96. *num.* 36. *ad fin.* & quòd contra Decium sit ista magis communis opinio, & quòd pecunia corruptus fuerit, tradit Tiber. Decian. *consil.* 1. *ex num.* 218. *lib.* 2. & in idem plura adducunt Riminald. *consil.* 112. *num.* 15. *&* *num.* 160. idem *cons.* 122. *num.* 59. *&* *num.* 23. Honded. *consil.* 75. *num.* 32. *lib.* 1. Cardin. Mantic. *lib.* 6. *de coniect. cap.* 13. *num.* 8. Marc. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. artic.* 25. *num.* 33. Achil. de Pedroch. *cons.* 5. *num.* 81. dicens magis receptam Iacob. Menoch. *consil.* 326 *num.* 49. *lib.* 4. *&* *cons.* 802. *num.* 19. *&* 99. *&* *cons.* 803. *num.* 10. Ioan. Garc. *tract. de nobilitate, ex diuisione operis num.* 13. Velazq de Auend. *in l.* 40. *Tauri gloss.* 9. *numero* 42. Mier. *de maiorat.* 2. *parte, quæst.* 6. *num.* 7. D. Ioan. del Castill. *tom.* 2. *controuers. cap.* 4. dicens hoc ex coniecturis pendere, Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 151. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 385. *num.* 29. & latiùs *quæstione* 403. *ex numero* 1 Ioseph. Ramon *cons.* 100. pro Duce de Cardona *num.* 391 *&* 392. Don Francisc. de Leon *decis.* 73. *ex num.* 25. *tom.* 1. quorum sententia fortiùs in Hispanorum primogeniis deber practicari, cùm hoc verbum ad exclusionem fœminarum supplendū non sit, vt *suprà cap.* 4. dictum est, & in specie sic probant Petr. Surd. *cons.* 241. *num.* 33. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 803. *num.* 24. *lib.* 9.

Idque procedit, etiamsi in contractu maioratus institutus fuerit, ex Bartol. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num.* 4. *ff. de verborum oblig.* August. Beroy. *consilio* 120. *ex num.* 70. *&* *cons.* 73. *numero* 85. *lib.* 2. Riminald. *dict. cons.* 113. *num.* 35. *&* 36. Andreas Alciatus *consilio* 96. *numero* 31. de qua re Fusar. *quæst.* 403 *num.* 33.

Num. 57.

PRosequitur Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 403. *num.* 4.

Num. 58.

OPinio Ananiæ, de qua *suprà num.* 56.] in præsenti taxatur, quando ratio conseruandæ agnationis expressa, vel subintellecta est, quo casu qualitas masculinitatis in vna parte dispositionis expressa ad aliam referenda est, & præter auct. id comprobant Riminald. iunior *cons.* 19. *numer.* 56. *lib.* 1. *&* *cons.* 676. *numer.* 37. *lib.* 6. Iacob. Menoch. *cons.* 95. *numero* 82. *&* *cons.* 97. *numero* 152. *&* *cons.* 185. *numero* 14. *&* *præsumpt.* 84. *num.* 6. Rota per Ludouisium *vbi suprà numero* 56. & *ibi* Addit. & per Farin. *decis.* 354. *ex numer.* 4. *parte* 2. *in nouiss.* Thesaur. *decis.* 188. *numero* 3. Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 403. *num.* 12. quorum sententia in iudicando & consulendo verissima est.

Num. 59. *vsque ad* 62.

MAsculinitatis qualitas in vna parte adiecta, censetur in alia parte repetita, in vna & eadem oratione, quæ ab eodem verbo regitur, & inter easdemmet personas; secus verò in separatis orationibus, & inter easdem personas. Hæc est auctoris conclusio vsque ad versic. *sed quamuis*, quam probant præcipuè Riminald. iunior *cons.* 80. *num.* 22. Burg. de Paz *cons.* 29. *num.* 68. Siluan. *cons.* 64. *num.* 1. Panzerol. *cons.* 161. *num.* 10. *vsque ad num.* 13. Pedroch. *cons.* 5. *num.*

num. 57. *verſ. conſidera*, Peregrin. *de fideic. art.* 23. *num.* 33. vbi plures refert Simon de Præt. *lib.* 2. *vltimarum volunt. interpret.* 3. *dub.* 1. *ſolutione* 3. *num.* 76. *&* 92. Sfortia Peruſin. *tract. de compend. ſubſtit. part.* 6. *art.* 4. *num.* 1. *verſiculo pro contrario*, vbi de communi teſtatur, *& conſ.* 95. *num.* 53. D. Ioann. del Caſtill. *vbi ſuprà num.* 62. Menoch. *conſil.* 803. *num.* 9. Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 385. *num.* 29. *&* 403. *num.* 8. Franciſc. Molin. *lib.* 3. *de ritu nupt. cap.* 24. *ex num.* 79. Ioſeph. Ramõ *conſil.* 100. pro Duce de Cardona *num.* 392. *&* 394.

Cæterùm iuxta magis veram & receptam ſententiam, niſi conſeruandæ agnationis ratio expreſſa, vel ſubintellecta à maioratus inſtitutore adiecta eſſet, hæc qualitas in propoſita ſpecie ſupplenda non eſt: & ſic concludit auctor *in verſ. ſed quamuis*, ſubdens, quòd Bartoli opinio, de qua in præſenti, in materia correctoria, qualis eſt Hiſpanorum primogeniorum ſucceſſio, practicari non debet, de qua re *ſuprà* actũ eſt *num.* 56. & in præſenti idem ſentiunt Ioan. Garc. *tract. de nobilitate in initio operis, cap. de diuiſione legis, ex num.* 10. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri gloſſ.* 9. *num.* 42.

Num. 60.

VIde Menoch. *conſil.* 95. *num.* 83. *vol.* 1. Fuſar *quæſt.* 403. *num.* 19. & adde Petr. Surd. *conſil.* 21. *n.* 13. Iac. Menoch. *præſumpt.* 84. *num.* 8. *lib.* 4. cum pluribus aliis relatis à Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 403. *ex num.* 19. Mier. *de maiorat.* 2. *parte quæſt.* 6. *ex num.* 42.

Demum *in verſic. illud tamen*, pro corollario huius concluſionis obſeruat auct. quòd ſi inſtitutor maioratus alicui ſubſtituit maſculum filium, ſi non ordinauit alias ſubſtitutiones, cæteri ſuccedunt, iuxta regulas iuris communis, *maſculi & fœminæ*, & in ſpecie ſic tenent Socin. *conſil.* 69 *col.* 4. *num.* 4 *& conſil.* 126. *col.* 4. *lib.* 3. Socin. iun. *conſil.* 4. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 3. Carol. Ruin. *conſil.* 153. *numer.* 8. *lib.* 2. *verſic. pro hac opinione.* Paul. Pariſ. *conſil.* 44. *numero* 31. *lib.* 2. Corn. *conſil.* 16. *num.* 4. *lib.* 4. latè per Menoch. *conſil.* 152. *à num.* 52. *&* 58. *lib.* 2. vbi refert ſe id fundare latè *conſil.* 85. *num.* 44. *cum ſequentibus.* Et ratio prædictarum eſt, quia ſubſtitutio reſtrictiua & perſonalis facta certę perſonæ, non intelligitur facta in aliis eius deſcendentibus cum qualitate quæ fuit priori facta, quia in caſibus omiſſis qui à lege ſupplentur, non fit repetitio, nec ſuppletur qualitas maſculinitatis, ex adductis *ſuprà numer.* 56. & licèt auct. quãdo ratio conſeruandæ agnationis expreſſa ſit, deliberandum relinquit, in hac ſpecie ſupplendam eſſe ſimilem qualitatem cenſemus, prout *ſuprà num.* 58. compertum eſt.

Num. 62.

IN hanc ſententiam propendunt Petres de Lara *tract. de vit homin. cap.* 30. *ex numer.* 78. Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. dict. quæſt.* 403. *numer.* 37. vbi auctorem & Gregor. *hic* præcitatum refert, & ſequitur.

Num. 63.

HIs adde Menoch. *conſil.* 117. *num.* 69. & adducta à nobis *ſuprà num.* 51. Vincent. Fuſar. *dict. quæſt.* 403. *numero* 26.

Num. 64. 65. & 66.

VIde *infrà cap.* 7. *num* 11. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 66. *cum ſeqq. lib.* 2. Menoch. *conſil.* 1082. *num.* 22. *lib.* 11. vbi tenet repetitionem omnimodam induci ex his verbis, *cum illis modis, formis, & qualitatibus.* Huiuſmodi clauſulis repetituris

turis censentur repeti ea omnia, quæ adiecta sunt in omnibus gradibus præcedentibus, Cened. *singul.* 97. Cardin. Manric. *lib. 6. de coniect. tit.* 13. *num.* 10. Ioann. Garc. *tract. de nobilit. in diuisione operis num.* 51. Mier. *de maiorat. 2. parte quæst. 6. numer. fin.* Vincent. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 403. *num. fin.* Barboz. *in suo Dictionario dict.* 153 & hæc verba repetitiua, scilicet cum eisdem grauaminibus & conditionibus suprà relatis, nullam constituunt differentiam inter relatum & referentem, *l.* 4 §. 1. *ff. de bon. poss. contra tab. l.* 3 §. *eodem modo*, vbi gloss. & Bart. *ff. naut. caup. stabul.* Aretin. *consil.* 155. *col.* 2. Menoch. *consil.* 107. *num.* 369. *lib.* 2. & quòd relatio in hac specie fieri debeat ad expressa, & quæ oculis corporeis legi possunt, tradunt Bart. *in l. quæ liberis*, § *hæc verba*, *in fine, ff. de vulg.* Alex. *in l. fin. numer.* 4. & 6 *ff. de hæred. instit.* Rip. *in l. filiusfamilias*, §. *diui, numer.* 111. *ff. de legat.* 1. Card. Mantic. *dict. tract. de coniect. lib.* 8. *tit.* 14. *in fine.* M. Ant. Peregrin. *tract. de fideic. art.* 32. *num.* 69 *ad fin.*

Cæterùm quòd verba, modo & forma, de quibus suprà, non referantur ad qualitatem masculinitatis præcedentem, tenent Beroyo *consi.* 115. *numer.* 22. *versic. postremo, lib.* 2. vbi dicit referri ad qualitatem legitimitatis, vel ad alias conditiones de qualitate simili, Caualc *d. cis.* 33. *num.* 12. *parte* 4. Petr. Surd. *decis.* 319. *numer.* 8. vbi alios refert Cæsar Manente *cons.* 135. *numer.* 27.

Auctoris verò sententia receptior est, ideóq; relatio fieri debet ad illã qualitatem, quæ omnibus fit communis, & in omnibus possit verificari, Philip. Dec. *consil.* 211 *num.* 4. *lib.* 2. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicomm. art.* 29. *numer.* 17. *ad fin.* Petr Surd. *cons.* 315. *num.* 3. Osasc. *de c. P. dem.* 23. *num.* 40. & 41. vbi de his dictionibus *modo*, & *forma*, & *suprà*, & in specie refert & sequitur Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 403. *num.* 39. de qua re vide D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 117. *num.* 28.

Num. 67.

HIs adde Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *numero* 152. Vincent. Fusar. *de subst. dict. quæst.* 403. *num.* 38. & hoc verissimum est, nisi in casu, quo ratio conseruandæ agnationis expressa sit, vel saltim subintellecta, vt per Francisc. Molin. *dict. quæst.* 24. *num.* 153. de quo actum est *suprà numero* 58.

Num. 68.

HOc casu meritò non datur repetitio, quia masculinitatis qualitas posita fuit tantùm gratia demonstrationis, vt post auct. recensent Menoch. *præsumpt.* 84. *num.* 20. *lib.* 4. Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 403. *num.* 31. ídq; taxatur quando hæc qualitas gratia conseruandæ agnationis expressa est, vt *suprà num.* 58. & per Molin. *dict. quæst.* 24. de qua *suprà num.* 156.

Num. 69. & 70.

PRosequitur D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 2. & *tom.* 5. *cap.* 91. *num.* 84. Fusar. *de substit. quæst.* 346. *num.* 32. & diximus *suprà lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 38. & 40.

Num. 71.

HÆc auctoris conclusio in Hispanorum primogeniis procul dubio verissima est, & tam in iudicando, quàm in consulendo praxis admittit, de qua actum est *suprà cap.* 4. *per tot.* & in idem plura alia adducunt Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 5. *num.* 7. Mier. 2. *parte de maiorat. quæst.* 6. *num.* 40. Auend. *in l.* 40. *Tauri gloss.* 6. *num.* 31. Aluarad. *de coniect.* *ment.*

ment. defunct. lib. 2. cap. 3. numero 41. Catdin. Mantic. *lib. 3. de coniect. tit. 25. num. 7. & 15. & tit. 24. numero 22.* Paz *consil. 29. num. 41.* Petr. Surd. *consil. 120. num. 11. & 312. num. 38. lib. 3.* idem *cons. 316. num. 11. & 12. & consil. 317. numero 38. lib. 3.* Vincent. Fusat. *de substit. quaest. 385. num. 12.* vbi limitat, referens auctorem; & iterum *num. 30.* Caued. *decisione 20. & 208. parte 1.* Menoch. *cons. 803. num. 16. & 17.*

Quod fortiùs asseuerandum est, vocatis masculis per lineam rectam, quorum vocatio ad exclusionem fœminarum facta censetur; & ratio est, quia masculus ex alia linea non dicitur de linea recta, imò potiùs de obliqua & inflexa, vt per Gut. *consil. 13. num. 27.* Gam. *lectione Lusit. 354. num. 6.* & quando aliquis de linea vltimi possessoris superest, non fit digressio ad alias, quæ respectu illius iudicantur transuersales, & obliquæ, ex auct. *infrà cap. 6. num. 30. & num. 33. & suprà lib. 1. cap. 3. numero 12.*

Et hinc est, quòd extante consuetudine, quòd in Baronia non succedat filia, si aliquis relinquat filium secundogenitum, & filiam ex primogenito, hæc succedet, Petr. de Bella Pertic. quẽ refert Sigisin. Lofred. *consil. 39. num. 28.* nam consuetudo præferens masculos in primogenitura, intelligitur de masculo eiusdem gradus, vt præfati auctores recensent, neque ideo, quia vocatur filius masculus, vel nepos masculus, vel pronepos masculus, dicuntur fœminæ exclusæ, eo quòd testator exprimat qualitatem, quæ debebat inesse in eis si essent filij, nepotes, vel pronepotes, tunc cùm masculi sunt futuri, ita Beroyo *consil. 120. n. 74. lib. 2.* vnde vocatio masculorum hoc modo facta non intelligitur ad exclusionem fœminarum, sed ad prælationem masculorum in eadem linea & gradu, ex adductis *suprà.*

Num. 72.

IN Hispanorum primogeniis elementalis conclusio est, quòd fœmina semel à maioratus successione exclusa, non censebitur perpetuò exclusa, sed solùm suspensa durante causa exclusionis, ideóque ea causa deficiente, admittenda erit ac si nunquam fuisset exclusa, vt in præsenti, & *suprà lib. 1. cap 6. num 22.* ostensum est.

Quid verò si institutor maioratus vocauit omnes masculos agnatos, & illis extinctis, fœminas ad successionẽ admisit, posteaquam quidam ex his masculis exclusit fœminam proximiorem, ac demum relicta filia decessit, & contentio orta est inter fœminam exclusam anterioris lineæ, & fœminã filiam vltimi possessoris & eiusdem lineæ, & controuersum non semel, quænam potior sit in successione.

Et pro filia vltimi possessoris vrgent sequentia.

Primò de iure communi id probãt Bald. *consil. 200. lib. 5.* Ricard. de Salicet. *cons. 205.* inter consilia Baldi *lib. 5.* Paul. de Castr. *consil. 191. num. 1. & 2.* Caualc. *decis. 36. num. 271. p. 2.* Angel. *consil. 321.* Socin. *consil. 249. ex num. 21. lib. 2.* Socin. iun. *cons. 126. in principio, & num. 38. cum seqq. lib. 1. & in l. hæredes mei, §. cùm ita, num. 67. ff. ad Trebell.* dicens communem Ruin. pro nepte contra filiam fundatoris, *cons. 159. num. 8. & 9. & cons. 191. à principio, & num. 7. & cons. 10. & 16. lib. 2. & cons. 190. num. 4. lib. 3* Gozadin. *consil. 4. num. 16. & 17.* Philipp. Port. *consil. 121. num. 12.* Zephal. *cons. 413. per totum, & numer. 15. vol. 3.* Surd. *consil. 370. ex num 14.* maximè *numer. 16. vol. 3.* Bertazol. *cons. 98. ex num. 20.* & plures referens Clarus *lib. 3. recept. sent. §. testamentum, quæst. 96. num. 14.* Anton. Ziofius *cons. 7. num. 22.* Alciat. *in l. cùm ita legatur, ff. in fideicommisso. numer. 8. ff. de leg. 2. & cons. 480.* aliàs *cons. 32. ex num. 8. lib. 9.*

qui loquitur quando testator, finita linea masculina, vocauit proximiores, Peregrin. *consil.* 24. *ex num.* 21. *usque ad numer.* 28. *lib.* 2. *& tract. de fideicommiss. art.* 27. *numer.* 19. Thesaur. *decis.* 67. *num.* 5. Franc. Biuius *decis.* 341. *lib.* 4. Andr. Gail *lib.* 2. *pract. obseruatione* 148. Alex. Raudens. *consil.* 2. *numer.* 22. *lib.* 1. & plures adducens Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 483. *ex num.* 29. & *numer.* 42. quærit quid de filiis fœminæ exclusæ.

De iure nostro Regio, pro filia vltimi possessoris idem tenent Greg. Lopez *in l.* 3. *tit.* 13. *p.* 6. glossa *verbo mugeres, quæst.* 9. *versic. sed pone retento eodem themate.* Mier 2. *parte de maiorat. quæst.* 6. *numer.* 49. & 50. Andr. de Angel. *de meliorat. in l.* 11. *gloss.* 9. *num.* 5. *in noua editione.* D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 91. *num.* 63.

Alij in contrarium sentiunt; & pro fœmina exclusa anterioris lineæ consuluerunt Menoch. *consil.* 359. *ex num.* 4. *lib.* 4. *& consil.* 957. *lib.* 9. super lite de Loca & Alexos, pro Duce del Infantado Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 19 vbi testatur decisum contra filiam vltimi possessoris, Mart. *tract. de successione legali* 1. *parte quæst.* 22. *art.* 3. *num. fin.* Tiber. Decian. *consil.* 21. *lib.* 3. Casanat *consil.* 23. *per totum.*

Nos verò in hac controuersia pro filia vltimi possessoris semper consulendum, ac iudicandum duximus. Primò, quia admissa censetur eo ipso quo pater eius successit in maioratu, excludens omnes vsquequo deficiant qui ex illa linea procedunt, ex adductis *suprà cap.* 4. *num.* 14 & reuersio ad aliam lineam quousque possidens linea sit extincta, ratio iuris neque maioratus natura patitur, vt *suprà lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. *& infrà cap* 6. *num.* 29. 30. & 32.

In hac quæstione, an remedium *l.*45. *Tauri* competat contra titulo possidentem, pluribus adductis concludit Paz *de tenut. cap.*28.*num.* 22. videndus ex *numero* 1. quòd in Regio consilio cessabit tenuta, præcedente titulo, etiam non sufficiente, & pro re alienata tantùm rei vendicatio apud iudices inferiores competeret, quia ex alienatione prædicta etsi dominium non transferatur, possessio saltim transfertur, & contra titulo singulari possidentem non dantur remedia possessoria, vt animaduertit auct. *hic numer.* 53. *&* 54. Fatetur etenim tunc remedium *dict. l.*45. locum habere contra occupantem bona maioratus ex titulo vniuersali, qui in eodem maioratu succedere contendit, subdens, quòd verba *dict. l.* vbi, *aunque haya otro tomado la possession dellas*, intelligi debent, non de quocunque possessore, sed de simili, verbum enim *otro* repetit similia, ex glossa *verbo alia pœna, in l. si fugitiui, C. de seru. fugit.* Gonzal. *in regul.* 8.*Cancell. gloss.*3 *numer.*22. P. Thom. Sanchez *lib.*3. *de matrim. disputatione* 20. *numer.* 2. quod repetit Paz *cap.*54.*num.*19.

Contrarium puto verius & receptius, & auctoris distinctionem in hac parte probabiliorem censeo, & in priori specie quæ incipit, *numer.* 55. concludo, quòd si titulus alienationis ab vlteriori possessore maioratus originem traxit, absque causa legitima, veluti quia sine Regia facultate vendidit, donauit, vel qualibet alia ratione alienauit, tunc, cùm talis titulus apertè sit ipso iure nullus, habendus est pro non titulo, ex adductis *suprà lib.* 1. *cap.* 21. *numer.*15. *& infrà lib.*4.*cap.*1.*num.*12. *&* 13. non solùm quo ad translationem dominij, verùm etiam quoad translationem possessionis, quæ ministerio legis 45. in verum successorem, etiamsi res maio

maioratus per tertium sit occupata, transfertur, intelligendo verba prædicta de quocumque possessore, etiam singulari, vt in specie obseruat auct. *suprà cap.* 12. *num.* 16. *&* 17. refert & sequitur P. Molin. *vbi suprà num.* 4. Neque his officit quod adducit Paz *dict. cap.* 28. *num.* 11. subdens quòd etiam ex nullo contractu, dummodo præcedat traditio, possessio transfertur, ex *l.* 1. §. *si viro & vxori. ff. de acquir. possess.* hoc enim de iure communi verum esse fatemur: de iure autem Regio post editum l. 45. Tauri aliud dici oportet, per quam possessio, etiamsi per quemcunque tertium fuerit occupata, in verum & legitimum successorem transfertur, ex auctore *dict. cap.* 12. *num.* 16. *&* 17. & per consequens erit locus tenutæ.

In secunda verò specie distinctionis auctoris, quæ incipit, *Aut titulus ex quo*, Paz *vbi suprà num.* 28. quamuis fateatur eius doctrinam veram esse, & eo casu negotium ad iudices ordinarios & Regia prætoria esse remittendum, concludit tandem hoc fieri debere, non quia talis articulus est altioris indaginis, sed hoc ideo, quia non est articulus tenutæ.

Nos autem, quamuis hæc quæstio controuersa sit, neque huius auctoris sententiam probamus, quatenus firmat remedium *dict. l.* 45. cessare vendita & alienata re maioratus Regia facultate præcedente, nec minus cum Molina nostro asseuerandum esse credimus, tunc negotium ad Regia prætoria esse remittendum, quia altiorem habet indaginem, prout etiam opinantur P. Molin. *dict. disp.* 638. *num.* 4. Velazq. de Auendan. *in l.* 45. *Tauri gloss. fin. num.* 1. *&* 2. Sed constanter & resolutiuè obseruamus, quòd si alienatio ab vltimo possessore maioratus facta est, Regia facultate præcedente, erit locus remedio dictæ legis 45. Tauri, ideóque Regia facultas in hoc iudicio tenutæ impugnari poterit. Ducimur sanè, quia cùm hoc iudicium sit mixtum, vt *suprà num.* 11. in eo discutiuntur ea omnia, quæ petitorium concernunt, dummodo intra terminum instantiæ & à lege præfixum probentur, ex adductis *suprà hoc eodem cap. num.* 16. 24. *&* 25. vbi fuit ostensum, vt in specie Regiæ facultatis tenet Paz *de tenut. cap.* 38. *num.* 17. *&* 20. *& cap.* 75. quibus accedit quòd in iudicio summario habente admixtam causam proprietatis, si præsentetur titulus apparenter validus, admittitur replicatio nullitatis tituli, vt per Cardinal. *in cap. veniens*, *el* 2. *de testib.* vbi Felin. *num.* 13. dicit centum manibus notandum, Put. *decis.* 166. *num.* 1. *lib.* 2. Cartar. *decis.* 447. *num.* 4. *&* 5. Mont. *decis. Arag.* 42. *numero* 96. *& num.* 9. Ofasc. *decis.* 26. *num.* 14. *&* *decis.* 23. *num.* 56. Roland. *cons.* 1. *numero* 70. *&* 76. *lib.* 1.

Et quamuis contrarium probarunt Achil. de Grass. *decis.* 15. *num.* 2. *de restit. spoliat.* Hieron. Gabr. *cons.* 44. *num.* 11. *lib.* 1. Peregrin. *art.* 48. *num.* 31. Rota *decis.* 96. *num.* 5. *in collect.* per Syluestr. Zach. post *tract. de obligatione Camer.* in iudicio tenutæ superior sententia verior & receptior est, cùm sit mixtum, & in eo de omnibus exceptionibus proprietatem concernentibus cognoscatur.

Num. 56. *&* 57.

IDem agnoscunt P. Molin. *dict. disput.* 638. *num.* 5. Velazq. de Auend. *in l.* 43. *Tauri, gloss.* 7. *num.* 8. Rectiùs verò opinatur Paz *dict. tract. de tenut. cap.* 19. *ex num.* 7.

Num. 58. *&* 59.

ADde ipsum auctorem *in calce huius operis numer.* 17. Bald. *in l. ab eo num.* 8. *C. quomodo & quando iudex.* P. Molin. *de quo sup. num.* 5. Ioann. Gutier. *lib.*

*lib.*1. *practic. quæst.* 89. *num.* 3. Paz *de tenut. d. cap.*17. *ex num.*6. vbi refert & sequitur, idque praxis communis obseruat, & ita fuit obtentum in causa Ducissæ de Naxara, & Comitis de Paredes, super oppido de Trebiño & Ducatu de Naxara, & in alia causa, quæ vertebatur inter Dominam Augustinam Gomez de Mendoça, & Dominum Antonium de la Cerda.

Num. 59.

IDem admittunt Gutier. *lib.* 2. *pract. quæst.* 90. *per totam*, Molin. *d. disput.* 638. *num.*5. *versic. sextum est.* Paz *tract. de tenut. tom.*1. *cap.*18. *ex num.*3. vbi refert & sequitur, pluraque alia adducit, idque procul dubio verissimum est, ex mente & verbis *dict. l.* 45. *Tauri*, ibi, *muerto el tenedor del mayorazgo.* quibus verbis apertè colligitur, hoc remedium tenutæ tantùm in casu mortis locum habere, & ideo per contrauentionem conditionis à possessore maioratus factam, nullo modo proponi potest, pro vt affirmat Paz *d. tract. de tenut. cap.*36. *per totum*; quamuis non diffiteamur vt tenutæ locus sit, morte ciuilem naturali æquiparari, vt obseruat auct. *in fine huius numeri*, vtpote si possessor maioratus religionem incapacem bonorum ingrediatur, & professus sit, vel si delictum cõmisit, ex quo ipso iure bona maioratus amisit, vt *infrà lib.* 4. *cap.*11. ostensum erit, tunc enim in regio conuentu, hoc iudicium possessorium intentari potest, ac si morte naturali possessio vacare contingeret. Ita obseruat Paz *vbi suprà num.* 19.

Num. 60. *&* 61.

HIs adde P. Molin. *vbi sup. numer.* 6. *versiculo octauum est.* Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 72. Mier. *de maiorat.* 4. *part. quæstione* 14. *num.*26. Paz *de tenut. tom.* 1. *cap.* 17. *numer.* 18. *&* 24. *&* *cap.* 7. *numero* 20.

Versiculo, Sed dubitari potest. In calce huius operis numer. 17. loculenter adnotabimus.

Num. 69.

MIer. 3. *parte de maiorat. quæst.*22. *num.* 13. *&* *quæstione* 25. *numer.* 82. Ioan. Garç. *tract. de nobilitate, gloss.* 1. §. 2. *numer.* 8. P. Molin. *tract. de iust. & iure, d. disputatione* 638. *num.*9. Paz *in l.*241 *stili. & tract. de tenut. parte* 1. *cap.* 8. vbi disputat, & tandem ex *num.*18. sic concludit, idque in puncto iuris etiam verissimum est, cùm hoc iudicium tenutæ sit recuperandæ, ex auctore *suprà num.* 6. in quo veniunt fructus in consequentiam possessionis, quæ ministerio legis in verum & legitimum possessorem trãsfertur. *l. qui scit.* §. *qui in alieno. ff. de vsuris. l. si fur. ff. de vsufructu.* gl. & *ibi* Doctores, præcipuè Paul. *in l.*3. §. *ex contrario. ff. de adquirend. possess.* Quid in iudicio proprietatis vbi tenutarius victus fuit? Vide D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.*135. *ex numer.*66. *vsque ad finem.*

Num. 70.

DE practica & materia huius interdicti scripserunt Ioseph. Ludouic. *decisione Lucen.* 20. Ioannes Gut. *lib.*1. *canonic. quæstione* 34. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.*2. *claus.* 7. *gloss.* 3. *parte* 10. *ex num.*14. in quo interlocutoriè ac summariè proceditur, sine strepetu iudicij, de qua re vide Gutierr. *vbi suprà numer.* 212. Mier. 3. *parte quæstion.* 7. *à num.* 18. & quòd hoc interdictum non habeat locum in iudicio tenutę, obseruat P. Molin. *dict. disputatione* 638. *num.* 10. quamuis contrarium teneat Mier. 3. *part. quæst.* 12. *num.*2. quem refert & sequitur Paz *dict. tract. de tenut. cap.* 9. videndus ex

num.

num. 1. de qua re vide Ramon. *consil.* 97. *num.* 17.

Nos verò vtriusque Molinæ sententiam probamus, & fortiùs quotiescumque seditio & scandalum timeretur, vt *infrà num.* 72. ostensum erit.

Num. 72.

His adde P. Molin. *de quo proximè*, Mier. *de maiorat.* 3. *parte quæstione* 7. *numer.* 2. Anton. Gom. *in l.* 45. *Tauri, num.* 175. Ioann. Gut. *lib.* 3. *pract. quæstione* 73. *num.* 74.

Num. 73. & 74.

Prosequitur P. Molin. *dict. disputatione* 638. *numer.* 11. idémque agnoscunt Rodriquez *tract. de concursu credit.* 1. *part. art.* 6. *ex num.* 7. Parlad. *rerum quotid. different.* 11. *num.* 6.

CAPVT XIV.

Num. 1. *vsque ad* 10.

Pro hac parte affirmatiua vide Petr. *de fideicomm. articul.* 10. *num.* 11. Bognin. Caualc. *tract. de vsufruct. mulieri relicto. numer.* 194. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 456. *ex num* 95. Ioan. Bapt. Cost. *tract. de rem. subsid. remedio* 50. *numer.* 32. & *remedio* 68. *num.* 6. Mier. *de maiorat. in initio* 2. *part. ex num.* 571. Velazq. de Auend. *in l.* 40. *Tauri, gloss.* 1. *ex n* 35. Ioan. Zephal. *consil.* 181. *lib.* 3. Camil. de Medicis *consil.* 148. Octauian. Cacheran. *decisione Pedem.* 230. Vincent. de Franchis *decisione* 695. 4. *parte*, vbi refert decisum, D. Garçia Mastrill. *decisione Siciliæ* 118. D. Francisc. de Leon *decisione Valent.* 35. *tom.* 1. D. Francisc. del Castill. *decisione* 17. *per totam*, & disputat P. Molin. *tom.* 3. *de iust. & iure, disputat.* 639. *ex n.* 1.

Num. 10. *vsque ad* 16.

Pro negatiua sententia, in quam procliuior est auct. adde Gam. *decisione* 6. *numero* 6. vbi addit. de praxi testatur P. Molin. *dict. disputatione* 639. *vers. hæc sententia confirmatur.* M. Ant. Peregr. *tract. de fideicommiss. art* 41. *num.* 4. Ioannes Gut. *consil.* 13. *numer.* 1. qui subdit, hanc esse veram & practicam resolutionem, Spin. *in specul. testam. gloss.* 19. *num.* 66. Paz *in praxi, tom.* 3. § 3. *numer.* 2. Cened. *ad decret. collect.* 10. Barbos. *in l. non potest videri. ff. de iudic. ex numer.* 12. Ioan. Garç. *tract. de nobilitate gloss.* 47. *ex num.* 9. Vald. *in addit. ad Xuar. dict. allegatione hîc præcitata.* Monte Alegre *in praxi lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 65. D. Francisc. Sarmient. *lib.* 7. *select. cap.* 6. *num.* 6. Gabr. Pereir. *decisione Lusit.* 129. *num.* 1. qui refert Gregor. Lopez sic tenentem. Ioseph. de Sesse *decisione Arag.* 115. *ex num.* 35. D. Garç. Mastrill. *decisione* 108. *ex num.* 3. idque in fideicommissis agnoscunt plures relati per Fusar. *de substit. quæstione* 607. *ex numero* 1. Enric. Rosent. *tract. de feud. cap.* 9. *numer.* 2. *conclusione* 83. *numer.* 18. de qua re vide *infrà numero* 32. vbi hæc opinio limitatur.

Num. 16.

Vide auct. *in calce huius operis, n.* 16.

Num. 17. & 18.

His adde præcitatos auctores *suprà num.* 10. & de interpretatione textus *in l.* 1. *C. de sent. quæ sine cert. quant. prof.* Vide P. Molin. *de quo proximè, versicul. sic ad secundum.* Ioannes Garç. *tract. de nobilitate gloss.* 47. *num.* 17. Giurba *decisione* 17. *num.* 2. Mastrill. *decisione* 118. *ex num.* 13. D. Francisc. de Leon *dict. decis.* 35. *n.* 5. 11. & 15.

Num. 19.

PRosequitur Vincent.Fusar.*de subst. dict.quæst.*607.*num*.3. D.Francisc.de Leon *vbi suprà n*.11.

Num. 20.

IBi,*Nam illæ leges*. Sic interpretantur à Peregrino *articulo* 41. *numero* 6. Aluar. Valasc.*consilio* 184. *ex numer*.2.P. Molin.*vbi suprà*. Stephan Gratian.*tom*. 3.*cap*.456.*num*.95.& de interpretatione text. *in cap.sanè,hic præcitato*, vide Canz. *variarum tom*. 2. *cap*. 3.*titulo de priuileg.ex numer*.463.P.Barbos.*in dict.l.non potest videri,numer*.14. Fulu. Pascian. *consilio* 8.*ex num*.55.Giurb.*dict.decis*.17.*ex num*.18.

Num. 21.

ADde auctores de quibus *suprà*, præcipuè Paz *in praxi tom*. 3. *cap*.9. *§*.1.*ex n*.1. P.Molin. *vbi suprà,versiculo ad quintum*.

Num. 22.

INde conueniunt Mandos. *in praxi commiss*. 5. D.Francisc. Sarmient *dict. lib*.7.*c*.6.Cou.*lib*.1. *variarum cap*.18. Ioan. Gut.*dict.consilio* 13. *numero* 1. Andr. Gail. *lib*.1.*pract.cap*.9. Flam.Carrar. *decis.Gen*. 44.Mynsing.5. *cent.obseruatione* 81. *&* 6. *cent.obseruatione* 90.D.Francisc.de Leon *dict.decisione* 35.*numero* 6.*&* 14.

Num. 23. *vsque ad* 28.

DIcta lex *diffamari*,*C.de ingen.& man.* in quocumque casu præcedente diffamatione ac iactatione solet practicari, vt post auct. profitentur Ioann. Garç.*dict.gloss*.47.*ex numero* 17.P.Molin. *vbi suprà colum. fin.* vbi auctoris sententiam comprobat, & explicat, de quo vide *infrà num*.28.

Num. 28. *vsque ad* 32.

PLura adducunt Aluar. Valasc. *consultatione* 184.*ex numero* 4. Ant.Gabr. *lib*.2.*commun. titulo de action. conclusione* 6. D. Franc.Sarmient.*lib*.1. *select. cap*. 2. *& lib*.7.*cap*.6.Andr.Gail.*dict.obseruatione* 9. vbi Greu. Petr. Barbos. *in l. si quis posteaquam*, *numero* 98 *ff.de iudic*. Mart. *vot*. 95.D.Francisc.de Leon *dict.decisione Valent*.33.*numero* 14. Gabr.Pereyra *decisione* 72.*per totam*.P.Molin.*de quo proximè*.

Num. 32.

HIs adde M. Anton. Peregrin. *dict. articulo* 41. *ex numero* 3. Aluar. Valasc.*dict.consultatione* 184.*numero* 10.Flores de Mena *vbi suprà*, qui de communi testatur,Ioan.Gut. *dicto consilio* 13.*n*.1. Ioan.Garç.*de nobilitate dict.gloss*.47. *ex n*. 16.Fontan.*de pact.nupt.claus*.4 *gloss*.9.*part*. 5. *numero* 27. Fab. de Anna *consilio* 11.*ex numero* 4.Iacob.Menoch. *consil*. 38.*num*. 36.D.Garç.de Mastrill. *dict.decisione* 18. *ex numero* 13. Gabr.Pereir. *decisione* 129. *numero* 2.Don Francisc.de Leon *dict.decisione* 35.*numero* 15. Ioann. Aloys.Ricc. *in addit. ad Franc. decis*. 695. & vlteriùs. Nota primò,quòd si possessor maioratus disputat bona,nõ tãquam libera,vt in præsenti, sed tamquam maioratus, cautio peti, ac præstari debet, ex adductis à Fusar. *vbi suprà num*. 6. Secundò,quòd si quis in hoc iudicio succubuit eo quòd intempestiuè egit adueniente die conditionis,iterum,nõ obstante re iudicata,agere poterit, Fusar. de quo proximè *n.fin*.& nouissimè Camil.de Medicis *cons*.148.*ex num*.2.

LIBER



LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Num. 1. *vsque ad* 11.



HÆc omnia quæ *hic* ab auctore pertractantur, in locis præcedentibus, & ab eo præcitatis, luculenter inuenies, ideóq; præsentis inspectionis non sunt.

Num. 12. & 13.

ADde Aluarad. *tract. de coniectur. ment defunct. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 102. Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gam. decis.* 8. *num.* 6. & *decis.* 20. & 322. *versic. ad secundum*, Gut. *lib* 3. *pract. quæst.* 41. *numer.* 18. Mier. *de maiorat. parte* 3. *quæst* 9. *in princ. & quæst.* 4. 13. 15. & 16.

Num. 15.

IDem in retract. rei communis tenet Caualc. *decis.* 27. *num.* 62. *parte* 3.

Num. 16. *vsque ad* 23.

AVctor obseruat *hic* quòd alienationem rerum maioratus non solùm reuocare non potest is, qui alienauit, verùm neque eius hæres, ex regula vulgari *in l. cùm à matre, Cod. de rei vindicatione*, quam exornant Aluar. Valasc. 1. *parte consult.* 69. Arias Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. matern* 3. *parte à num.* 79 Petr. Surd *cons.* 577. Cæsar Barz. *decis. Bonon.* 64. Mastrill. *decis. Siciliæ* 56. *num.* 34 *& sequentibus*. Cald. Pereyr. *de nominatione emphyt. quæst.* 16. *num.* 25. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideic. art.* 83. Vincent. de Franch. *decis.* 355 *num.* 7. Gam. *decis.* 67. vbi addit Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 557. 8 *numero* 1. *& quæst.* 717. *num.* 7. vbi subdit quòd tunc filius potest alienata reuocare, non vti hæres, sed vti filius vocatus; & quamuis alienatio facta cõtra expressam prohibitionem sit ipso iure nulla, & ideo ab alienante possit reuocari, ex adductis *in vers. nec obstat si dicatur*, & ex Bald. *in l.* 2. 3. *not. C. si aduers. rem iudic.* Flores de Men. *in addit. vbi suprà*. Afflict. *decis.* 335. *num.* 11. Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 717. *& num.* 3. vbi *num.* 4. loquitur de Prælato & Ecclesia alienante, & *num.* 20. & 21. subdit auct. hæc omnia intelligenda esse, quando nullus alius de familia superest qui reuocare possit. Flores de Men. *in addit. ad Gam. dict. decisione* 57. Guttier. *lib.* 3 *pract. quæst.* 41. *num.* 3. & 8. Vincent. Fusar. *quæst.* 557. *num.* 3. & 9. & tandem *num.* 22. in Hispanorũ primogeniis hoc non posse practicari subiungit, de qua re vide Fusar. *dict. quæst.* 713. *num.* 20. reddens rationem, quia statim dominium rei alienatę in sequentem vocatum transfertur, quod verum putamus, & au-

ctoris sententiam admittendam censemus, quando in maioratu adest clausula priuationis, & eo casu sequens in gradu ad reuocandum alienata erit filius, vel nepos alienantis, ex adductis *suprà cap.* 10. *num.* 44. & pro vera intelligentia prædictorum, vide Menoch. *cons.* 1234. *ex num.* 13. *lib.* 13. *& cons.* 1204. *ex num.* 10.

Num. 23.

PRosequitur Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 557. *num.* 20. *cum sequentibus.*

Num. 24. *vsque ad* 28.

HIs adde Gabr. *cons.* 125. *num.* 12. *lib.* 1. Vincent. Hond. *cons.* 3. *num.* 53. *lib.* 1. Iacob. Menoch. *cons.* 89. *num.* 14. *vers. respondeo secundò*, *num.* 25. *& cons.* 125. *ex num.* 6. Vincent. Fusar. *dict. quæst.* 557. *num.* 12. Rota *decis.* 61. *num.* 4. *parte* 2. *in nouiss. &* *decis.* 256. *num.* 5. *eadem parte*, qui tenent inuentarium non liberare hæredem ad præstandum fructum defuncti, quatenus vires hæreditariæ suppetunt, Alex. *cons.* 19. *in fine lib.* 5. Aym. Crauet. *cons.* 225. *num.* 12. Anton. Gab. *de regul. iuris conclus.* 11. *num.* 11. Neque inuentarium opitulatur hæredi in rebus hæreditariis. Zephal. plures alios referens *cons.* 392. *num.* 36. Et ratio est, quia beneficium inuentarij fuit introductum vt hærede præseruaret à damno, non autem vt ex eo plus lucraretur. Catdin. Mantic. *decis.* 226. *num.* 4. Rota *decis.* 270. *parte* 4. *in nouiss.* Petr. Surd. *decis.* 30. *n.* 13. *&* 14. ideoque si res esset à defuncto alienata, & hęres cum beneficio inuentarij successerit, etsi prædicta res fuisset sibi debita, non poterit eam reuocare, si deductis oneribus tantum remanet in hæreditate, quantum valet ipsa res alienata, Petr. Surd. *cons.* 73. *num.* 34. Vincent. Fusar. plures adducens *vbi suprà num.* 13. limitans *num.* 15 nisi in re alienata possit aliqua particularis affectio considerari. Hæc omnia in simplici fideicommisso locum habere posse non negamus, fatemur sanè: at verò in Hispanorum primogeniis praxis contrarium obseruar, vt *infrà num.* 30. subiungit auctor.

Num. 28. *&* 29.

PRosequitur Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gam. decisione* 20. *ex num.* 1.

Num. 30.

HIs adde Parlad. *sexquicent. different.* 18. §. 2. *n.* 3. disputat & Vinc. Fusar. *quæst.* 557. *ex num.* 13. qui *num.* 15. in hanc sententiam procliuior est.

Num. 31. *vsque ad finem cap.*

PRo regula constituit auct. *hic num.* 31. *&* 32. quòd res prohibita alienari si semel facta est alienabilis, semper remanet alienabilis, argumento textus *in l. pater filium*, *ff. quindecim, ff. de legat.* 3. quam regulam exornant Philipp. Dec. *cons.* 88. *num.* 4. *&* 5. Greg. Lopez *in l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. gloss. magna *quæst.* 34. Iacob. Canz. *lib.* 3. *variarum cap.* 21. *ex num.* 210. Paul. de Castr. *cons.* 268. *num.* 6. *vol.* 1. Andr. Tiraquel. *de primog. quæst.* 4. *num.* 58. Fontan. latè *tract. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 1. *parte* 2. *num.* 49. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 721. *ex numer.* 1. & de causa facta semel appellabili Giurb. *decis.* 49. *num.* 7. Sigismund. Scacc. *tract. de appellat. quæst.* 117. *numer.* 111. D. Francisc. Salgad. *tract. de Reg. protectione parte* 3. *cap.* 4. *ex num.* 57. idem *parte* 1. *cap.* 2. *ff.* 5. *numer.* 51. & de re quæ semel exiuit de trunco & familia, Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 119. D. Francisc. Salgad. *d. part.* 3. *cap.* 4. *ex n.* 57.

Nunc

Nunc verò ipsemet auctor *num.* 33. *&* 34. præfatam regulam limitat.

Primò, quando prohibitio realis est, & non personalis, quo casu etiamsi facta est res semel alienabilis, nō durat perpetuò alienabilis, vt prosequitur Fusar. de quo *suprà ex num.* 4.

Limitat secundò, quando causa alienationis realis est, etiam si prohibitio alienationis sit personalis, vt per Fusar. *dict. quæst.* 721. *num.* 8.

Limitat tertiò, *numero* 36. de qua re vide Fusar. *vbi suprà numer.* 9. & tandem *num.* 37. subdit hoc intelligi oportere, nisi res restitutioni subiecta egregia facultate, vel ex causa necessaria fuerit alienata, vt *suprà lib.* 1. *cap.* 10. *&* *infrà hoc eodem lib. cap.* 3. 4. 5. *&* 6. vbi loculenter prosequemur, tunc enim etsi prohibitio sit realis, nihilominus res durat perpetuò alienabilis.

CAPVT II.

Num. 1.

Ibi, *vt mirandum sit de Petro de Peralta.* Non reperitur in numero præcitato, sed *numer.* 124. *versiculo cùm ita*, *contrà Peralt.* post auctorem vide Velazq. de Auend. *in l.* 44. *Tauri, gloss.* 6. *num.* 2. vbi inquit quòd de tituli reuocatione lex 44. Tauri intelligenda est.

Num. 2.

His adde Velazq. *vbi suprà gloss.* 2. *num.* 5. *&* *dict. gloss.* 6. *num.* 6. vbi taxatur Mier. *quæst.* 43. *num.* 6. qui contrarium tenet, & pro Velazq. & auctore, vide Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 8. *quæstione* 6. *num.* 7. D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 109. *numero* 18. *&* 19. quæ regula ampliatur ab auctore *in versiculo similiter*, cui adde Francisc. Molin. *vbi suprà numero* 11. Spin. *tract. de testam.* 3. *parte rubricæ numero* 10. Gregor. *in l.* 10. *titulo* 26. *part.* 4. *gloss.* 1. *in colum.* 5.

Num. 3.

Prosequitur Velazq. de Auend. *in dict. l.* 44. *gloss.* 9. *num.* 16.

Num. 4. *vsque ad* 9.

Regula est iuris trita, quòd clausula constituti habet vim traditionis veræ, etsi modus adquirendi sit fictus, Mier. 2. *parte quæstione* 69. *ex num.* 1. Ioann. Gut. *lib* 3. *pract. quæstione* 66. Angul. *tract. de meliorat, in l.* 1. *gloss.* 5. *numer.* 12. Aldouin. plura adducens *consil.* 59. *numero* 43. Thesaur. *decisione* 38. *in princ.* D. Ioannes del Castill. *tom.* 5. *controu. dict. cap.* 129. *numero* 13. *cum seqq.* Rota per Ludouis. *decisione* 437. *numero* 1. *&* 2. vbi addit *numero* 5. *&* 6. Gratian. *lib.* 1. *cap.* 96. *numero* 17. quæ conclusio ita vera est, quòd licèt ex duobus emptoribus ille sit præferendus, cui res primò tradita fuit, ex *l. quotiens. C. de rei vend. cat.* Hoc limitatur, quando in primo contractu posita fuit clausula cōstituti. Add tio. ad Ludouisc. *decisione* 567. *lit. D.* vbi plures adducit, & refert decisum.

Num. 9.

Pluribus adductis, sic pro constanti tenet Anton. de Amat. *variarum resolutione* 26. *ex num.* 3.

Num. 10. *&* 11.

Idem agnoscunt Velazquez de Auend. *in d. l.* 44. *Tauri, gloss.* 14. *numero* 13. Mascard. *de probat. conclusione* 1185. Morquech *tract. de diuisione bonorum cap.* 6. *ex n.* 32. *&* 34. Ampliatur primò in quocumque contractu secundùm communem opinionē, pro vt in distractu,

quo ex traditione instrumentorum præsumitur, tenet Felin. *in cap. accedens num.* 1. *vt lit. non contest.* Ampliatur secundò *num.* 35. etiamsi traditio non fiat in conspectu rerum donatarum.

Num. 12.

HAnc quæstionem non definit auctor, sed deliberandum censet, quamuis in contrariũ censeat Auend. *in l.* 44. *Tauri ex num.* 10. *&* 14. Vera resolutio est, quòd ad causandam irreuocabilitatẽ maioratus, publica scriptura maioratus coram tabellione tradenda est, Mier. 1. *parte quæst.* 65. *ex num.* 38. Angul. *in l. stipulatus, gloss.* 6. *num.* 6. Castill. *cap.* 149. *ex num.* 7. Morquech *lib.* 2. *de diuisione bonorum cap.* 6. *num.* 31. Tu verò resolutiuè tene extante *d. l.* 44. vt per Mier. 1. *parte quæst.* 65. *ex numer.* 38. Auend. *in d. l.* 44 *ex num.* 1. saltim *num.* 10. *&* 11. Morquech *tract. de diuisione bonorum lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 31.

Num. 14. *&* 15.

HIs adde Mier. 1. *parte quæst.* 40. Auend. *in d. l.* 44. *gloss.* 10. *num.* 3.

Num. 16. *&* 17.

QVòd tertij interuentu, & non aliàs, hæc donatio irreuocabilis efficiatur, tenent post auctorem Mier. 1 *parte quæst.* 23. *num.* 2. Velazq. de Auẽd. *vbi suprà gloss.* 15. *num.* 2. P. Thom. Sanch. *tom.* 1. *de matrim. tit. de sponsalibus lib.* 6. *disput.* 32 *num.* 1. D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controu. d. cap.* 109. *ex num.* 26. *&* *tom.* 6. *cap.* 119 *ex num.* 12. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 12. & in donatione, seu melioratione filio facta pro suscipiendis Ordinibus, D. Alphons. de Narbon. & vide auct. *sup. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. *&* 2. quæ conclusio taxatur *inf. num.* 18.

Num. 18.

VIde Velazq. de Auend. *in d. l.* 44. *gloss.* 15. *num.* 2. Mier. *quæst.* 39. *parte* 1. Fontan. *tract. de pact. nupt. clausula* 4. *gloss.* 1. *num.* 23. Menoch. *cons.* 92. *num.* 79. *lib.* 1. Peregr. *cons.* 78. *num.* 10. *lib.* 3. Canzer *lib.* 1. *variarum cap.* 8. *num.* 34. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 6. *ex num.* 25. *vsque ad* 36. P. Thom. Sanch. *d. disput.* 32. *num.* 2. Angul. *tract. de meliorat. lib.* 6. *gloss.* 4. *num.* 4. Ponte *consil.* 28. Vincent. de Franchis *decis.* 205. D. Ioan. del Castill. *tom.* 6. *d. cap.* 119. *ex num.* 12. quam irreuocabilem fauor matrimonij efficit, & expostulat, cuius contemplatione fit maioratus institutio, pacta, grauamina, atque substitutiones apponuntur, & cum ipso quodammodo confunduntur, ac irreuocabiles efficiuntur, vt per Riccium plures adducentem in addit. ad Franch. *d. decis.* 205. Fontan. *de pact. nupt. clausula* 4. *gloss.* 1. *num.* 10. *&* 19. vbi decisum. Vnde sicut matrimonium rescindi vnius, nec amborum contrahentium voluntate non potest, ita melioratio, siue maioratus institutio, rescindi non potest, cùm pars ipsius matrimonij sit, & hæc omnia communis praxis obseruat, de quibus per auct. *infrà num.* 73.

Hæc receptior cõclusio ampliatur. Primò, vt maioratus institutio contemplatione matrimonij facta, etiam ex ingratitudine in patrem, vel matrẽ commissam, in præiudicium successoris reuocari non possit, prout ostensum est *suprà lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 58.

Ampliatur secundò, etiamsi filius institutus aliquod crimen commiserit, propter quod bona venirent confiscanda, ex auct. *infrà cap.* 11. *num.* 1. *&* 2.

Ampliatur tertiò, etiamsi maioratus Regia facultate institutus fuerit. Mier. 1 *part. quæst.* 26. *ex num.* 1. *cum seqq.* vbi *num* 21. subiungit non licere parentibus

rentibus apponere alias conditiones, vltra eas quæ in Regia facultate fuerant præscriptæ. Quid si institutio maioratus facta est cum reseruatione addendi grauamina, an possint mutari substitutiones? vide Alex. Raudens. *tract. de Analog. lib. 1. cap. 30. numero* 84. quid in iure patronatus, an primus fundator poterit deponere cum licentia superioris in præiudicium vocatorum? vide Mart. *tract. de iurisdictione 4. parte cent. 1. casu 24. numero* 33.

Ampliatur quartò, ad maioratum, seu meliorationem factam contemplatione matrimonij, nondum copula consummati. Francisc. Molin. *tract. de ritu nuptiarum dict. quæstione 6. ex numero* 41.

Cæterùm limitatur superior conclusio, de qua *suprà numero 17. & 18. hic in versic. sed etsi melioratio*, prout ex Mier. & cæteris concludit Castill. *tom. 6. cap. 119. num. 10. cum seqq.* & *num. 36.* ampliat, etiamsi clausulæ quæ irreuocabilitatem inducunt, adiectæ sint, & etiam respectu aliarum vocationum, seu substitutionum, si matrimonium ex postfacto non contrahitur, quo casu melioratio, seu institutio maioratus reuocari potest: vt per Mier. *dict. quæst. 39. num. 11.* Angul. *tract. de meliorat. in l. 1. gloss. 7. num. 9. & 10.* Matienz. *in l. 1. tit. 3. gloss. 8. ex num. 5. recopilac.* Barbos. *in l. si cùm dotem num. 23. ff. solut. matrim.* vbi loquitur etiam in extraneo, explicat, & contrarias opiniones refert Molin. *tract. de ritu nuptiarum lib. 3. quæstione 6. ex num. 52.* Et ratio huius conclusionis est, quia matrimonium est causa finalis, & de natura causæ finalis est, vt ea cessante cesset effectus, vt refert in specie Fontan. *tract. de pactis nupt. claus. 4. gloss. 1. num. 53.* vbi *num. 63.* quid si facto tertij impediatur matrimonium, de quo per auct. *suprà lib. 2. cap. 13. num. 20.* & idem asseuerandum fatemur si cōtrahatur matrimonium, & illud postea declaretur nullum, propter aliquod impedimentum iuris, quod vetuit illud contrahi, ex Fonran. de quo *proximè n. 64.* vbi subiungit hoc procedere, nulla facta distinctione, an donator & donatarius conscij essent, & scientes huiusmodi impedimenti necne, & multa vtilia in materia congerit, & persæpè in praxi occurrentia.

Hæc conclusio ab interpretibus solet limitari, quotiescumque de mente & voluntate patris, vel extraneæ personæ donantis, vel facientis maioratum, constitit quid voluerit donare, etiamsi matrimonium non sequeretur, vt per Barbos. *in l. si cùm dotem, num. 23. ff. solut. matrim.* Monter. *decis. 10. ex num. 27. vsque ad* 38. quos cum aliis nouissimè refert & sequitur D. Ioann. del Castill. *tom. 6 controu. cap. 119. ex numer. 10.* vbi *num. 14.* inuenies, quomodo cōstet aliàs parrem, vel extraneum esse donaturum.

Num. 19. & 20.

AB hac sententia recedit Sarmient. *in d. l. Lucius, num. 7. & 8. hic* præcitata, sed distinctionem Bart. dixit magis communem. P. Surd. *consil. 14. numer. 9. versic. non obstat quamuis, num. 9.* subiungit sustineri non posse, de qua re vide Baeza *tractat. de non melior. cap. 20. numer. 13. & 16.* Ioann. Gutier. *in l. nemo potest numer. 257. ff. de legat. 1. & tract. de iuramento confirmat. 1. part. cap. 12. numer. 15. & lib. 3. pract. quæst. 64. ex numer. 17.* Matienz. *in l. 1. titul. 6. lib. 5. recopilat. gloss. 4. ex num. 24.* Mier. *part. 1. quæst. 31.* Velazq de Auend. *in l. 44. Tauri, gloss. 8. num. 5.*

Contrariam sententiam, quòd maioratus non fiat irreuocabilis ex pacto de non reuocādo, nisi simul iuramentum interueniat, tuentur Mier. *1. parte quæst. 30. & 33.* Angul. *ad ll. melioram. l. 1. gloss. 8. ex numer. 1.* Petr. Barbos. *in l. quæ dotis*

dotis.34.num. 116.ff.solut. matrim. Valenzuel.*consil.63.num.34.* At auctoris opinio probabilis mihi videtur, quòd ex solo pacto de non reuocando, maioratus irreuocabilis efficitur; concludit in præsenti, *num.* 40.45.52. *&* 53. & constanter defendit Castill. *tom.5. cap.* 80.*num.6.& num.*36.& in addit.post dictum caput, Morquech *in tract. de diuisione bonorum,lib.2.num.16.ex numer.*52.

Num.21. vsque ad 30.

His adde Mier *de maiorat.part.1.quæstione 34. numer.* 3. Gut.*lib. 3.pract. quæstione 65.* Cald.Pereir. *de nominatione emphyteut. quæst.* 3. Velazq.de Auend. *in d.l.45.Tauri,gloss.11.numer.3. &* 4. Morquech *tract.de diuisione bonorum, lib.2.cap.6.num.2.fol.nobis* 302.Couarr.*lib.3.variarum.cap.16.num.*12. Sanè in sententiam auctoris propendimus, de qua *num.* 25. *& num.29.versiculo de quibus.* tametsi securius esse iudicamus addere clausulam *Constituti*, quæ vniuersaliter res omnes comprehendat, aut traditam coram tabellione scripturam eius dispositionis, vt *sup.* diximus *numer.* 10. & in specie refert & sequitur P. Molin. *tom.3.tract.2 ff. de iust. & iure, disputatione 58.num.2.*

Num.30.31.vsque ad 40.

Communiter contra stilum *hic* præcitatum tenuerunt alij, quos refert Castill. *tom.6.cap.119.numer.31.*

His adde P. Molin.*de quo proximè,ex num.*40 *cum seqq.vsque ad finem quæstionis.*

Num. 40. vsque ad 54.

Hanc quæstionem, quam fusiùs disputat auctor, definit tandem *num.* 45. & hæc omnia transcribit P. Molin.*disputatione 586. ex numero 1.* & nos verissimum iudicamus, & sic probant Matienz.*in l.1.titulo 6. lib. 5. recopilat.gloss.9.numero 7.*Ioannes Gutier.*tract. de iuram.confirmat.parte 1.cap.12.* Velazq. de Auend.*in l.44.Tauri,gloss.* 19. Fontanus *tractat. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.*21. Barbos. *in l.quæ dotis. numero 126.ff.solut. matrim.*D. Ioan. del Castill. *tom.* 5.*cap.* 80.*numero 6.& in addit.ad Rosent.dict.cap.& tom. 6. controu. cap.* 119. *ex numero* 34. & quamuis contrarium teneat Regens Valenz. *consilio 63.ex numero* 34. Gutier. *quæstione 77.lib.2.*ab hac sententia recedendum est, quam sequitur vltra relatos Morquech *tract. de diuisione bonorum lib.2.cap.6.ex num.52.*

Num. 54.

His adde P. Molin. *d. disputatione 586.numero5.*Ioannem Gutier. *lib.2.pract.quæst.78.*

Num. 55. & 56.

Ab hac communi sententia numquam recedas,vt per Gutier.*pract. part.1.quæstione 22.* Matienz *in l. 1. gloss.9. numero 6.titulo 6.lib.1.recopilat.* Auend.*in d.l.44.Tauri,gloss. 18. per totam.*Petr.*de fideicomm. quæstione 4. in additione post numer. 8. pag. nobis 22. colum. 4. versiculo secundò in contrarium.*Ludouic. Morosc. *resp.52.numero31.* Gutier.*de iuram. confirmat.parte 1.cap.37.per totum.* Fontan. latè *tract.de pact. nupt.claus.* 4. *gloss.*21. *numero* 83. & in specie sic tenet referens auct. & communem dicens Francisc. Molin.*tract.de rit.nupt.lib.3.quæstione 6. ex numero 19.*

Versiculo,in secundo casu. Idem recensent P. Molin. *vbi suprà*, Francisc.Molin.*dict.quæst.6.num.22. 23.& 24.*

Num. 57.

In id ipsum conuenit P. Molin.*de quo proximè num.6.in fin.*

Num.

Num. 58. vsque ad 67.

QVòd acceptatio necessaria non sit extante lege Regia, de qua in præsenti, probant P. Molin. *tract. de iust. & iure, tom. 2. disputatione 236. versiculo iuxta hæc*, Angul. *tract. de meliorat. gloss. 5. in l. 1. numero 28. & gloss. 8. numero 17. in fine*, Zeuall. *commun. quæstione 54. in fine*, Flores de Mena *in addit. ad Gam. decisione* 8. vbi hanc partem aduersùs auctorem constanter defendit Castill. *tom. 5. cap. 130. num. 21.*

Cæterùm in Hispanorum primogeniis contraria sententia verior & receptior est, prout obseruat auctor ex *num. 60.* & post eum pluribus adductis recensent D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controuers. cap. 80. numero 12. & 16. & cap. 93. §. 8. numero 16. versiculo secundò deinde, & cap. 151. numero 13.* Morquech *tract. de diuisione bonorum lib. 2. cap. 6. ex numero 45.* Valenz. Velazq. *consil. 63. numer. 28. cum duobus sequentibus*, quorum sententiam probamus ex adductis etiam ab auctore *infrà numer. 69. versiculo quod in Hispanorum.*

Num. 67. vsque ad 70.

IN contrariam partem inclinare videntur P. Molin. *de quo proximè, ex numero 1* Flores Diaz de Men. *in addit. ad Gam. decisione* 87. vbi iudicatum refert.

Nos verò saltim in Hispanorum promogeniis auct. sententiam probamus ex rationibus adductis *suprà num. 60. in fine, & infrà numero 68. versicul. quod in Hispanorum*, & in specie successionis maioratus tenet Franc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib. 3. quæstione 8. numero 8.* & in pulcro casu Valenz Velazq. *consilio 63. numero 24. cum pluribus sequentibus*, & his concinit Rot. per Farinac. *decisione 262. sub numero 5.* & per Ludouis. *decisione 97. litt. B. n. 8. & 567. n. 3.* vbi licèt stipulatio notarij prosit sine acceptatione ad effectum vt reuocari non possit, verùm ad effectum adquisitionis requiritur acceptatio, vbi addit. alias Rotæ decisiones adducit, de qua re vide P. Thom. Sanchez *lib. 1. de matrim. disputatione 7. numer. 3.* & latè Anton. de Amat. *variarum resolutione 30. num. 6.*

Num. 70. vsque ad 73.

VIde in contrarium D. Ludouis. *decisione 567.* quæ conuincitur ex traditis *in præsenti*, & in extraiudicialibus loquitur Rota per eumdem Ludouis. *decisione 97.* vbi addit. *lit. C.* de communi testatur.

Num. 73. vsque ad 76.

CIrca doctrinam Bartoli *in dict. §. Flauius*, plura adducunt Fab. de Ann. *consilio 32. cum seqq.* Iacob. Canz. *lib. 1. variarum cap. 8. numer. 31.* Petr. Surd. *consilio 305. numer. 4. lib. 3. & consilio 351. numero 35.* Ioannes Anton. Bellon. *consilio 55. numero 16.* & reuera hanc auctoris distinctionem communiter omnes sequuntur, & de prima specie quæ incipit ibi, *in primo casu*, vide Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. titulo 48. ex numero 8.* Alex. Trentazinq. *lib. 3. variarum titul. de donat. resolutione 1. numero 13. & 14.* Stephan. Gratia. *lib. 3. discept. cap. 575. numero 1.* Francisc. Molin. *lib. 3. de rit. nupt. quæstione 8. numero 28.* quam limitat auct. *numero 75.* sequutus ab eodem Molina *tract. de rit. nupt. lib. 3. quæstione 2. numero 59.* Peres de Lara *tract. de vit. hominis cap. 16. numero 54.* Anton. de Amat. plura alia referens *variarum resolutione 30. numero 15.* De secunda specie distinctionis, de qua, *ibi, in secundo casu*, vide etiam auctores citatos, præcipuè Francisc. Molin. *lib. 3. quæstione 8. numero 29.* Matt. *tract. de success. legal. parte 1. quæst. 11. artic. 4. num. 8.* Et quamuis in senatu Sabaudiæ pro opi-

nione Bart. fuit decisum, vt testatur Ant.Fab.*lib.* 8. *Codicis tit.* 33. *de donat.quæ sub mod.definitione* 2.Tandem in materia fideicommissariç substitutionis verior sententia est contraBartol.ex adductis à Peregrin.*tract.de fideicommiss.articulo* 51. *à num.*43. vbi communem dicit, quod adeò verum est, vt neque donantis & donatarij consensu prædicta donatio potest in prçiudiciũ sequẽtium reuocari. Fontan.*p.*1.*clausula* 4.*gloss.*9. *n ex.* 5.

In qua materia quæstio incidit vtilis ac frequens in fori praxi,scilicet an si maioratus fiat ob causam matrimonij, & nulla prole relicta dissoluatur matrimonium, poterit reuocari in præiudicium transuersalium, & eorum, qui ex illo matrimonio non descendunt; & Mier. 1. *part. quæst.* 24. *n.* 39. sententiam affirmatiuam tenet; rectè equidem, quia maioratus in pactis matrimonialibus institutus, etsi non possit reuocari in præiudicium illorum, qui ex illo matrimonio descendunt, ex *l.*44.*Tauri*; reuocatio tamen quoad transuersales permissa est.nam irreuocabilitas præpotens est quantum causæ onerosæ deseruit, quæ tantùm filiis & descendentibus illius matrimonij prospexit & ideo huiusmodi institutio maioratus est causa finalis matrimonij contrahẽdi, ex adductis à Natt. *consil.* 609. *num.* 11. Francisc. Bec. *consilio* 20.*numero* 11.Riminald iun.*cons.* 295. *numer.* 38. *lib.* 3. & pars contractus ipsius matrimonij, sine qua factus non esset. Guid. Pap. *decisione* 145. *numero* 6. Vincent. de Franch. *decisione* 205. *num.* 1. & cum aliis Mont. *decisione* 10. *Arag. numer.* 7. *&* 24. Fontan.*tract.de pact.nupt. clauf.*4.*quæst.*9.*num.*32.*&* 35.*part.*1.Quare ius irreuocabilitatis liberis tantùm illius matrimonij quæsitum est,ex adductis *suprà*.

Et licèt respectu eorum sit causa onerosa, respectu verò transuersalium institutio maioratus est causa merè lucratiua, prout in simili dicitur quòd promissio dotis respectu mariti continet causam onerosam,tamen respectu filiç nuptui traditæ cõtinet causam lucratiuã.*l. ex promissione.ff.de act.&de obligat. l.fin.* §. *si à socero,versiculo ac si neuter.ff. quæ in fraud.cred.*Idque alia ratione confirmatur, nempe si maioratus quo ad transuersales irreuocabilis efficeretur, sequeretur exinde quòd deficiente filio absque liberis pater in fauorem vxoris,vel alterius de huiusmodi bonis testari non possit, quod esset satis durum, & contra naturam pacti matrimonialis,quod in paciscẽtium odium retorqueri non debet. Boër. *decisione* 204.*num.* 14. *ad fin.versiculi*, & hoc probant DD. & hanc sententiam in iudicando & consulendo tenendam duximus semper.

Num. 76.

ADde Castill. *tom.* 5. *cap.*80. *num* 8. Ioan.Gut.*in cap.quamuis pactum, in princip. num.* 38. & aliis comprobat P. Thom.Sanch.*tract.de matrim.lib.* 1. *disp.* 6.*ex num.* 11.quos refert Fontan. *tract. de pact. nupt. clauf.* 4. *gloss* 8.*parte* 2.*ex n.*23. Et post eos Francisc.Molin.*lib.*3. *de rit. nupt.quæst.* 8. *n.*25. *&* 26.& pro hac sententia est textus & glossa *in l. Gallus.ff. de pignorat.act.& in l. quidam ex parte.ff. de euict. & in l.sponsalibus, ff. de sponsalibus*.in qua quæstione semper tenendum & asseuerandum duximus quòd donatarij præsentia cum eius taciturnitate, inducit veram acceptionem, nec expressa alia acceptatio desideratur,& ita obtentum vidimus, quæ prçsentia, nisi verè & realiter probetur, aliàs non præsumitur.Paul.*in l.Titia,*§. *idem respond: per illum textum.ff. de verborum obligat.*vbi Iason *num.* 6. *& in l.*2. *C.de stat.& imagin.*vbi notat Bald.Greg. *in l.*4.*tit.* 4.*partita* 5. *gloss.* 1.*in principio.* Monte *hic* post multorum resolutionem

nem *lib 6. præsumt.* 18. *num.* 1. vbi pro regula ponit præsentiam non præsumi. Nam si præsumeretur, frustra dubitaretur an acceptio esset necessaria nec ne, cùm semper acceptata esset, si præsentia præsumeretur; & an præsumatur acceptatio? vide Gratian. *lib. 2. disceptat forens. cap.* 318. *num.* 34. *&* 35. Et an præsumatur ex sola scientia donatarij, Petr. Surd. *decis.* 112. *num.* 5. Quid si possideant bona in donatione comprehensa, an ex hoc ducatur præsumptio acceptationis, vide *l. Imperator, §. cùm viro ff. de legat.* 2. Socin. iun. *consil.* 122. *lib.* 1. *&* *consil.* 67. *lib.* 3. Bald. *in l. neque ambigi*, per textum *ibi, C. de donat.* Afflict. *decis.* 275. *numer.* 8. *&* *decis.* 393. *numero* 8. Thesaur *decis.* 40 *num.* 12. *versic. Senatus totus*, qui omnes tenent acceptationem præsumi, quorum sententiam probamus, quia possessio subsecuta intelligitur semper ex titulo præambulo donationis, ex gloss. *in l. quædam mulier, ff. de rei vindicatione*, Auend. *de exequend. mand. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *versic. incipienti.* Aym. Crauett. *consilio* 231. *num.* 11. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 74. *num.* 12. Mier. 1. *parte cap.* 36. *num.* 9. Ioan. Bapt. Pontan. *de speciis, cap.* 15. *numer.* 144. *tom.* 4. quod ad irreuocabilitatem donationis sufficit, ex adduct. à Mier. *vbi suprà num.* 4.

In versiculo, hæc autem acceptatio. Pro hac sententia vide Thesaur. *decis.* 70. *num.* 9. P. Thom. Sanch. *lib.* 1. *de matrim. disputatione* 6. *num.* 5. Iacob. Canz. *variarum cap.* 8. *tit. de donat. num.* 15.

Num. 77.

Securè idipsum resoluimus cum Gutierr. *in cap. quamuis pactum, in princip. num.* 57. P. Molin. *disputat.* 264. *versic. iuxta hactenus*, Fontan. *tract. de pact. nupt. part.* 1. *clau s.* 4. *gloss.* 8. *numer.* 6. *&* 7.

Versiculo, similiter etiam. Castill. *tom.* 5. *cap.* 96. *num.* 46. His adde Velazq. de Auend. *in d. l.* 44. *Tauri gloss.* 19. *per totam*, Ioann. Gutierr. *vbi suprà*, & refert decisum Thesaur. *dicta decisione* 70. *numero* 9. refert & sequitur P. Thomas Sanchez *lib.* 1. *de matrim. dicta disputatione* 6. *num.* 6. & post eum Fontan. *tract. de pact. nupt. dict. clau s.* 4 *&* *gloss.* 8. *num.* 5. cum adductis à Morquech *tract. de diuis. bonorum cap.* 6. *lib.* 2. *num.* 47.

Num. 78. *&* 79.

His adde P. Molin. *de iust. & iure tom.* 3. *tract.* 2. *disput.* 587. *numero* 2. Mier. *de maiorat.* 1. *parte quæstione* 38. *per tot.* vbi ex *num.* 1. subdit quòd cùm prædicta clausula sit apposita in fauorem impetrantis, huic renuntiari iure permittente potest, ex *l. si iudex circumuento, ff. de minor. l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, & in specie Auendan. *in dict. l.* 44. *Tauri gloss.* 19. *num.* 2. P. Molin. *vbi suprà*, Monet. *tract. de commut. vlt. volunt. &* *de rogatione fideic. cap.* 6. *numero* 424.

Et hinc est, quòd si quis renuntiat facultati Regiæ quam habebat, ad reuocandum maioratum, si facultas idem continebat, quoad irreuocabilitatem, quòd lex 44. Tauri censetur etiam legi renuntiasse, Mier. *vbi suprà num.* 4. vbi à *num.* 21. & idem econtra si renuntiat l. 44. Tauri quoad irreuocabilitatem, censetur etiam renuntiata facultas Regia, Mier. *vbi suprà numero* 25. *&* 33.

His superaddendũ censemus, quòd pactum de non reuocando, idem operatur, quod renuntiatio expressa facultatis quoad effectum non reuocandi, Ioan. Gutiet. *lib.* 2. *pract. quæst.* 77. *in fine, versiculo ad verò præcedens*, aliàs repugnantiam contineret. nam cùm sit quid incompatibile maioratum reuocari posse virtute facultatis Regiæ, & non posse ratione pacti de non reuocando,

cando, succedit regula, quòd inter incompatibilia positio vnius inducit renuntiationem alterius, *l. similiter, §. fin. ff. de eo quod met. caus. l. hac verba, ff. de verbor. signif. l. si cui legatum, ff. de condit. & demonstrat.* cum aliis relatis à Valdes. *in addit. ad Roderic. Xuar. ampliatione* 10. *num.* 48. *in fine*, Menoch. *consil.* 196. *num.* 20. *versic. vndecimo*, & ibi tota clauis reuocationis pendet ex coniectura ac voluntate disponentis, secundùm Gut. vt *suprà num.* 1. & per pactum de non reuocando voluntas expressè colligitur, cuius quæstionis exemplum erit in testamento habente clausulam derogatoriam, quod non reuocatur nisi de prædicta clausula specialis mẽtio fiat, vt *infrà hoc eodem lib. cap.* 3. *num.* 30. & 33. vbi ostensum erit.

Num. 80.

PRosequitur P. Molin. *dict. quæstione* 587. *num.* 4.

Num. 81.

DIsputat D. Ioan. del Castill. *lib.* 4. *cap.* 35. *à n.* 32. & auctoris distinctio semper mihi vera visa fuit, & receptior ac practicabilior, quam sequuntur Francisc. Molin. *tractat. de rit. nupt. lib.* 3. *quæstione* 2. *numer.* 82. & licèt per transennam, Fontan. *tractat. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 5. *num.* 85. verùm in hac specie non fit reuocatio in vim *dict. l. si vmquam*, sed in vim legis *si totas, C. de inoffic. donat.* vt per Molin. *dict. quæst.* 2. *numero* 83.

Num. 82.

IDem agnoscunt P. Molin. *de quo proximè numero* 6. Angul. *in l.* 5. *titulo de las mejoras gloss.* 4. & *in l.* 7. *titulo* 6. *gloss.* 4. *n.* 1. *in princ.* Mier. 1. *parte quæst.* 24. *numero* 35. Velazq. de Auend. *in l.* 21. *Taur. gloss.* 1. *n.* 15. Azeued. *in l.* 1. *titulo* 6. *lib.* 5. *recopil. num.* 34.

Num. 83.

HIs adde Matienz. *in dict. l.* 7. *titulo* 6. *gloss.* 2. *numero* 8. Azeued. *ibi numero* 1. Angul. *gloss.* 5. Ioannes Gut. *lib.* 2. *pract. quæst.* 67.

Num. 84.

HIc explanatum est, quòd si vir & vxor maioratum condiderunt, etiam de bonis communibus, superstitem proculdubio posse illum quo ad suam partem, altero defuncto, reuocare, quia duo primogenia sunt, quamuis vna videatur esse dispositio, sic post auct. recensent Mier. 1. *parte de maiorat. quæstione* 23. *numero* 2. Ioannes Gutier. *in cap. quamuis pactum, in principio. ff. de pact. in* 6. Burg. de Paz *consil.* 1. *numer.* 24. Azeued. *in l.* 1. *numero* 23. *titulo* 6. *lib.* 5. *recop.* D. Ioan. del Castill. *tom.* 2. *controu. cap.* 18. & *tom.* 5. *cap.* 67. *numer.* 28. *versiculo ego verò*, & *cap.* 89. *numer.* 117. Hieron. Zeuall. *quæstione* 310. *numero* 8. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 6. *ex numer.* 8. & duo testamenta, *l. falsa* 31. §. *final. ff. de condit. & demonst. l. si cui fundus, eodem.* Et ideo alter potest ad libitum reuocare. Iul. Clar. § *testamentum, quæstion.* 60. Boër. Pechius *tract. de testam. coniug. lib.* 1. *cap.* 17. Bell. *consil.* 85. *numer.* 5. Ioannes Gutierr. *consil.* 2. *numer.* 6. P. Molin. *d. disputatione* 587. *numer. final.*

Hæc auctoris conclusio, in fori praxi communiter recepta, ampliatur.

Primò, etiam si maioratus regia facultate institutus sit. Palac. Rub. *in quæstione maioratus*, *quæst.* 959. Burg. de Paz iun. *quæst.* 1. *numer.* 13. & *consil.* 41. *n.* 3. Ioannes Gutier. *d. consil.* 2. *numero* 7. Et ratio est, quia talis institutio maioratus vim habet supremi iudicis, vt ostensum est *lib.* 2. *cap.* 10. *numero* 13. & cùm

cùm vltimæ voluntatis natura mutabilis sit, auctoritate Principis non potest effici irreuocabilis, ex auct. *suprà num.* 2. quod tenet in specie Francisc. Molin. *de quo proximè num.* 11.

Ampliatur secundò, etiamsi ab vtroque cõiuge dictum sit quòd vnum tantùm maioratum instituunt. Boër. *decisione* 276. *numer.* 2. Gam. *decisione* 351. *num.* 1. Aluarad. *tract. de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. Gutier. *dict. consil.* 2. *numero* 7. Zeuall. *dict. quæstione* 310. & de modo & forma succedendi D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 67. vbi ex *numero* 27. quid in capellaniis & anniuersariis à viro & vxore iure maioraratus relictis.

Idque postea ab auctore taxatur *in versiculo sed hoc limitari*, de qua re optimè per Anton. Fab. *lib.* 3. *de error. prag. de cade* 51. *errore* 4. 5. 6. Mier. 1. *parte quæstione* 23. *numero* 4. cui superaddendum censemus, quòd *dict. l. nec fratris, hic* præcitata, loquitur in sorore donante, quæ fratris donationem causâ mortis factam, quoad bona ipsiusmet fratris, non potest reuocare, vt explicat Iacob. Cuiac. *lib.* 20. *obseru. cap.* 6. & procedit in donatione rei particularis, & dict. §. *in venditionis*, in legato rei particularis, secus verò obseruari oporteret si quoad omnia bona consensum præstitisset, cùm in arbitrium alterius non potest testamentum conferri. Roderic. Xuar. qui sic perpendit, *limitatione* 5. *numero* 13. *in fine*, vbi cogitandum relinquit, quod resolutiuè tenent Philipp. Corn. *consilio* 159. *lib.* 4. Sim. de Præt. *de interpretatione vltim. volunt. lib.* 2. *in primo dubio solutione* 3. *numero* 4. *folio nobis* 133. ideoque si vxor consensum præstitisset vt possit de bonis ipsius vxoris testari, ipsius morte voluntas quoad bona ipsius mariti tantùm confirmatur, aliter sibi adimeret facultatem testandi, ex adductis ab auctore *suprà lib.* 2. *cap.* 10 *per tot.*

In versiculo virùm autem, vide Parlad. *vltim. parte quæst.* 7.

CAPVT III.

Num. 1.



His adde P. Molin. *tract.* 2. *de iust. & iure disputatione* 649. *ex numero* 1. D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *cap.* 67. *num.* 57. Carol. de Tapia *decisione* 20. *per tot.*

Num. 2.

PRosequitur P. Molin. *de quo proximè*, de qua re vide Giurb. *decisione* 31. *ex numero* 4. Carol. de Tap. *dict. decisione* 20. Auendan. *tractat. de cens. cap.* 61. *numero* 9.

Num. 3. & 4.

COncludit auct. *hic numero* 3. *versiculo ceterùm*, quòd dotis constitutio nõ est iusta ac publica causa, ad bona maioratus alienanda, prout latiùs *infrà cap.* 6. explanatum erit, quem sequitur P. Molin. *vbi suprà ex numero* 3. deinde reddit rationẽ, ac subdit quòd etsi publica vrilitas in constitutione dotium versetur, hæc causa sufficiens non est, cùm alteri causæ publicæ contraria sit, quæ in perpetuitate & consetuatione rerũ maioratus publicè versatur, in quo casu confunduntur vtriusque causæ priuilegia, & priuilegiis duobus contrariis concurrentibus attenditur illud, in quo de damno vitando agitur, ex adductis à Couarr. *pract. cap.* 6. *numero* 4. Tiraquel. *de priuileg. piæ caus. priuileg.* 26. *numero* 4. *cum duobus sequentibus*. Dec. *in cap. in præsentia*, *num.* 171. *de probat.* Azeued. *in l.* 2. *titulo* 10. *ex numero* 140. *lib.* 8. *recopilat.* & *in l.* 10. *ex num.* 11. *vsque ad* 22. *titulo* 3. *lib.* 5. *recopilat.*

Gut. *lib. 2. pract. quæst.* 115. *num.* 10. Horat. Mandos. *de communicatione priuileg. quæst.* 10. *per totam*, Cald. Pereir. *in l. si curatorem, verbo læsis ex num.* 169. *C. de in integ. rest.* Alex. Trentazinq. *variarum lib.* 1. *tit. de rescript. & priuileg. resolutione* 1. & 2. Ioan. Zephal. *cons.* 7. *num.* 16. & 17. *lib.* 1. Surd. *in cons.* 335. *num.* 70. *lib.* 3. D. Ioan. del Castill. *lib.* 3. *controu. cap.* 16. *num fin.* & in Ecclesia qui cum alia Ecclesia certat, Valenz. Velazq. *cons.* 18. *num.* 87. *cum sequentibus*, vbi *numer.* 90. reddit decidendi rationem, & *cons.* 71. *num.* 49. vbi refert & sequitur D. Donel. *lib.* 21. *comment. cap.* 12. P. Suarez *tract. de legibus lib.* 8. *cap.* 23. *ex num.* 2. & de sententia pro minore contra minorem, Mastrill. *decisione* 44. *per tot. tom.* 1.

Tandem *in versic. imò si bona*, inter alia concludit quòd esset absurdum dicere quòd pro Ecclesiæ constructione possunt bona maioratus alienari, de quo vide P. Molin. *vbi suprà.*

Quid si ad publicum ædificium, quod multum reipublicæ spirituali, vel temporali, commodo, vel ornatui referat, necessum sit euertere domus aliquas, quæ ad maioratum spectent, eritne hæc legitima ac publica causa ad destructionem earum, non solùm consentiente possessore maioratus, verùm etiam eo renitente & inuito. Hæc quæstio vtilis est ac in fori praxi quotidiana, in qua contrariæ sunt Doctorum opiniones.

Prima opinio est affirmatiua, quam tenent Francisc. Marc. *decis.* 534. *num.* 3. Vincent. de Franch. *decis.* 223. *num.* 3. & fuit decisum pro Patribus Societatis Iesu, prout refert D. Francisc. de Leon *decis.* 90. & prosequitur P. Molin. *d. tr. disput.* 649. *ex num.* 1. vbi præstito æquali cambio id concedit, pro quorum sententia facit *l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer.*

Secunda verò opinio est negatiua, quam sequitur Rota per Farinac. *decis.* 372. *num.* 4. *parte* 1. *tom.* 2. *in nouissimis*, vbi fuit decisum cōtra Moniales Sanctæ Catharinæ de Sena, egentes quadam domo pro ampliatione Monasterij, quod iterum tentum fuit in eadem Rota per eundem Farin. *decis.* 676. quas Rotæ decisiones sequitur Fontan. *tract. de pact. nupt. claus.* 3. *gloss.* 1. *parte* 3. *num.* 120.

Nos verò hanc vltimam opinionē libenter amplectimur, in quam procliuior est auct. *in præsenti*, eamque in iudicando & consulendo tenendam esse censemus; maximè quidem si domus, de qua contenditur, palatium, vel antiqua habitatio alicuius veteris, ac nobilis familiæ est, quæ si alienaretur, maximum damnum circa splendorem eius, vel decorem esset passura, quia huiusmodi antiquæ habitationes multum conferunt ad honorem & splendorem familiarum, ex Garcia, & Otalora, quos refert Farinac. *dict. decisione* 372. *num.* 4. P. Molin. *d. disput.* 649. *num.* 4. *prope finem.* neque pro contraria opinione constringit *d. l. si quis domum*, quia exorbitans est, & habet in contrarium *l. nec emere, C. de iure delib. & l. in votum, l. dudum, C. de contrah. empt.* Deinde, quia vt locum habeat, tria desiderantur; videlicet primum, necessitas Monasterij; secundò, contiguitas domus ipsi Monasterio; tertiò, quòd ex tali venditione non sequatur maximum detrimentum, vt referunt auctores pro hac sententia *suprà* adducti.

Num. 5.

Vide P. Molin. *dict. disput.* 649. *num.* 3. *in fine*, D. Ioann. del Castill. *lib.* 3 *controu. cap.* 28. Auend. *de censibus cap.* 63. Mier. 4. *parte de maiorat. quæst.* 1. *ex numer.* 139. & *suprà* à nostris in loco *hîc* præcitato comprobatum est. quibus adde Reduan. *tract. de alienatione rerum*

ecclesiast. in rebus Ecclesiæ vacante, num. 26. Rudolphin. *in cap. fine exceptione 12. quæstione 2. & quæstione 32.* tenentes quòd in alienatione temporali minor solemnitas desideratur.

Num. 6.

De bono cambio diximus *sup. lib. 3. cap. 3. num. 20.* & quod auctor resoluit in præsenti versiculo *quamuis autem*, communis praxis abseruat, de quo per Molin. Theolog. *d. disputatione 649. num. 2. versiculo Altero verò.* Carol. de Tapia *decisione 20. num. 30.* & ita facultates vtplurimum de stilo Regiæ Cameræ expediunntur, & repetit auctor *infrà, cap. 7. numer. 16. versic. aut res.* vbi optimum hoc esse consilium subiungit.

Num. 7. vsque ad 28.

Fvsiùs pertractat auctor, an Princeps possit suum priuilegium reuocare? & *vsque ad num. 11.* partem affirmatiuam comprobat, & deindè pluribus fundamentis concludit minimè id Principi licere, de qua re vide Mier. *4. parte quæst. 6. per totam.* Gutier. *lib. 3. pract. quæstione 76.* Matienz *in l. 6. titul. 10. lib. 5. recop. gloss. 6. num. 6.* Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. 1. parte num. 7.* Menoch. *consil. 331. num. 85. & 89.* P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. lib. 8. disputatione 82.* D. Ioann. del Castill. *tom. 5. controu. cap. 151. ex num. 8.* P. Suarez *de legibus lib. 8. quæst. 27.* Et quid si tale priuilegium transit in naturam contractus, veluti quia ob seruitia concessum est, vide Paul. de Castro *consilio 317. lib. 1. num. 5.* Decian. *consilio 51. numer. 25. 26. & 27. volum. 3.* Menoch. *consilio 156. numer. 33. volum. 3.* Carol. Vandel. *consil. 22. numero 36. volum. 1.* Caccialupus *in repetitione legis omnes populi, numero 181. ff. de Iust. & iure.* Anton. Petr. *de potestate Principis cap. 32. dubitatione 2. principali, numero 56. vsque ad 104.* Lanzelot. Gallia *consilio 44. numero 35. vsque ad 39. folio 23.* Alciat. *consil. 3. lib. 4. folio mihi 370. numero 4. vsque ad 8.* Laurent. Siluan. *consilio 66. num. 17.* Carol. de Tapia *in l. final. de constit. Principis 2. parte cap. 11. num 6.* Georgius Acazius *de priuilegiis lib. 3. cap. 8. num. 1.* & auctor *infrà num. 27.* & quid de modificatione priuilegij, vel concessionis Principis, vide auctorem *infrà num. 17.* Fontan. *tract. de pact. nupt. clausula 4. gloss. 5. num. 21.* Caued. *decis. 19. per totam, parte 2. & decis. 75. num. 10.* vbi de reuocatione donationis, de qua re latiùs per D. Ioann. del Castill. *tom. 5. cap. 89. num. 93.* Valenz. Velazq. *consil. 99. per totum,* vbi de reuocatione gratiarum vrgente causa necessitatis, quem in eadem specie refert Scipion. Rouit. *consil. vlt. per totum vol. 1.* & quando possit interpretari facultatem non concessam ad iustificandum maioratum, Mier. *1. parte quæst. 44.* Castill. *tom. 5. cap. vlt. numero 12.* & auctoris sententia, de qua *hic num. 15. cum pluribus seqq.* in praxi recepta est. Ac in Hispanorum primogeniis dubio procul verissima, potissimum ea ratione, quam assignat auctor *num. 23. & 24. & suprà lib. 2. cap. 2. num. 7.* Sicut enim Principi maioratum, legum Regiarum ministerio institutum, derogare ac mutare non est permissum, ita etiam non licebit Principi maioratum Regia facultate institutum reuocare, vt per Molin. Theol. *tom. 1. tract. 2. disput. 174. vers. sexta conclusio,* Matienz. *in l. 7. tit. 7. lib. 5. recopil. gloss. 5. num. 4.* Aluarad. *tract. de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 4. num. 66.* cum adductis ab auctore *lib. 1. cap. 8. num. 31.* & in specie refert auctorem & sequitur Scipio Rouit. *in pragmatic. Regni, rubrica de reuocatione gratiarum ex num. 1.* saltim *ex num. 28. & 29.* vbi distinguit inter reuocationem re integra, vel non integra factam, de quo in præsenti

num.

*num.*25. Et licèt latè in Couarr. *lib.*3. *variarum cap.* 6. *in principio*, olim contrarium tenuit, postea verò, re maturiùs perpensa in secunda editione Salmãticæ anno 1574. & in cæteris recentioribus, sibi contrarius hanc partem cõstanter defendit, quo errore lapsus Burg. de Paz ab auctore citatus dicto *num.* 10. sequutus fuit Couarruuiam, non in vltima hac editione, sed in priori perlectum.

*Num.*13.

GVtierr.*lib.* 3. *quæstion.* 75. *numer.* 4. *tom.*2. Narbon. *lib.*10. *quæst.* 3. *lib.* 1. *tit.*6. *numer.*12. *&* 13.

Num. 14.

CAstill. *cap.*151. *num.*8.

Num. 28.

HIs adde P. Molin. *disputatione* 650. *ex numer.*1. *&* 2. Mier. *tract. de maiorat.*4. *parte quæstione* 1. *illatione* 1. *num.* 139. *cum sequentibus*, Auend. qui optimè explicat, *tract. de censibus cap.*62. *num.*12.

Num. 29. *vsque ad* 36.

VIde auctores *suprà* citatos, & de clausula derogatiua latiùs per Monet. *de commutatione vltim. volunt. cap.* 5. *num.*9. Mier. 4. *parte quæst.*9. Mart. *tract. de successione legal. titulo* 2. *part.* 4. *quæst.* 4. *articulo* 7. *per totum*, & iuxta adducta in præsenti *num.* 32. Adde Auend. *numero* 22. Rot. per Ludouis. *decisione* 150. vbi addit. Mier. 4. *part. quæst.* 1. *limitatione* 1. *num.*144.

Num. 36. 37. *&* 38.

PRosequitur Mier. *de quo proximè*, & explicat P. Molin. *num.* 5. *per totum.*

Num. 39.

REfert & sequitur P. Molin. *dict. numero* 5. de quo *suprà*, & in facultate impetrata ab vxore de consensu possessoris maioratus, tenet Auendan. *dict. cap.*62. *num.*3.

Num. 40. *vsque ad* 44.

DE hac septima conclusione actũ est latiùs *suprà in loco hic præcitato.*

Num. 44. *&* 45.

IDem colligunt P. Molin. de quo *suprà numer.*5. Put. *decisione* 252. *lib.*2.

Num. 46.

HIs adde P. Molin. *dict. num.*5. Mier. 4. *parte quæstione* 11. *ex numero* 51.

Num. 47.

ID auct. probare intendit iuxta ea, quæ Afflictus & reliqui in Regio assensu adducunt, rectè equidem, cùm de feudo ad maioratum procedat argumentum, ex adductis *suprà lib.* 1. *cap.* 7. *ex numer.* 2. & in specie id agnoscunt P. Molin. *dict. disputatione* 650. *numer.* 6. Cassador. *decisione* 20. *numero* 2. *in princip. de præbend.* qui loquitur in gratia Apostolica, Andr. Molfes. *ad consuetudin. Neap. parte* 7. *quæstione* 15. *numero* 12. Flamin. Paris *de resignatione benefic. lib.*8. *quæstione* 2. *numero* 7. & fuit decisum in Rota (vbi constabat de amissione literarum per testes) *decisione* 471. vbi addit. in recollect. per Ludouis. & vide etiam quæ diximus *suprà dict. lib.* 2. *cap.* 7. *hic præcitato.*

Num. 48.

ADde P. Thom. Sanchez *tract. de matrim. cap.* 5. *numero* 12. Ioann. Francisc.

cisc. de Pont. *decisione 8. per totam*. P. Molin. *vbi sup. num. 7*. Gratian. *tom. 3. cap. 514. num. 17. versiculo imò quamuis*. Vnum tamen in hac parte adnotandum censemus, quòd facto contractu per feudatarium, saluo regio assensu, si reuocat ipse feudatarius contractum ante assensum, non valet, si postea concedatur, etiam cum clausula, *Non obstante*, reuocatur. Intrigl. *de feud. cent. 2. articulo 6. numer. 132. fol. 181*. Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 2. quæst. 30. num. 8. folio nobis 219*. Pont. *consilio 36. numero 1. & 2*.

Et in venditione facta rerum maioratus cum pacto de retrouendẽdo saluo Regio assensu, Camerar. *in cap. imperialem, centuria 59. numero 3*. Ioan. Francisc. de Pont. *consilio 10. numero 11. & 12*. Vincent. de Franch. *decisione 105. numer. 7*.

Num. 49.

IN specie sic concludit P. Molin. *de quo proximè, numero fin.* de qua re scripserunt, Menoch. *consilio 201. numero 67*. Stephan Gratian. *lib. 3. discept. forens. cap. 584. numero 11*. Iacob. Canz. *lib. 3. cap. 3. numero 270*. Petr. Surd. *consilio 419. numero 29*. & iuxta magis communem & receptam sentẽtiam priuilegium ex nõ vsu decennij amittitur, quia hoc tempus inducit augmentum tacitæ ac præsumptæ renuntiationis, ex Felin. *consilio 1. numero 22*. vbi de communi testatur, & ampliat non solùm in eo quod competit alicui ex priuilegio, sed etiam ex facultate competente virtute alicuius contractus, & in puncto optimè per Suar. *tract. de legibus cap. 34. titulo an per non vsum priuileg. amit.* saltim *num. 19*. Quod ampliatur, etiamsi in aliquibus possessor maioratus vsus est intra decennium, quia in cæteris non perpetuatur facultas, ex traditis à Bald. *in cap. plerumque numer. 8. versic. sed pone, de rescriptis*.

Cęterùm contrarium tenet & verius Regens Valenzuela *consil. 71. num. 51. & consil. 94. ex num. 34*.

CAPVT IV.

Num. 1. vsque ad 12.

CAstill. *tom. 5. cap. 65. numer. 3. versic. sed & secundò*. Plura recensent Fusar. *de substit. quæstione 530. per totam*. Perez de Lara *tract. de anniuers. & capellan. cap. 28. num. 26*. Mier. *4. parte de maiorat. quæstione 1. illatione 1. n. 4. & 12*. Menoch. *cons. 1199. num. 4*.

Num. 9.

MIer. *1. parte quæstione 11. numer. 9*. Peralt. *in rubrica de hæredibus instit. numer. 146. versiculo qua ratione probat per septem fundamenta*. Decian. *resp. 51. n. 33. lib. 1*.

Num. 12.

HIs adde auctores de quibus *suprà*, præsertim Mier. *d. num. 12*. P. Molin. *tract. 2. de iust. & iure, disputatione 649. num. 4*. & latiùs *disputatione 149. ex num. 4*. & in bonis Regiæ coronæ Mier. *vbi sup. numer. 15. & 17*. D. Ioann. Franc. de Castillo *decis. 18. num. 14*.

Num. 13. & 14.

VIde P. Molin. *vbi sup.* & dicemus *in fin. ex num. 15*.

Num. 15. vsque ad 20.

PRo Gregorio *hîc* præcitato, videndus est Mier. *vbi suprà numer. 41*. asseuerans, sic de facto habuisse. Nos verò auctoris sententiam, de qua in præsenti *num. 19*. actum est, libenter probamus,

mus,& Gregorij etiam,qui si rectè intuetur, aliter non sentit, vt refert & affirmat P.Molin. *tractat.* 2. *disputatione* 649. *in fine*, & id inferri potest ex *l. quæ conditio.* §.*final. ff.de condit.& demonstrat.* §.*si quis in nomine*, *authent. de Ecclesiast. titul. gloss. verbo domicilium.* Sanè fateri oportet, si aliter res conseruari non possit,subrogationem,ac cum alia permutationem iustam esse, & præsumptam ex voluntate tacita instituentis maioratum, secundùm Mier. *vbi suprà num.* 31. & pro hac sententia expendi possunt *l.penult.ff.de operibus publicis.l.legatum.ff. de administratione rerum ad ciuit. pertinent.l.liberto.* §. *Lucius.ff.de annuis legat.l. legatum. ff. de vsufructu legat. cap.nos quidem, de testament.*& quæ referunt circa commutationem vltimarum voluntatum, Ioann. Petr. Monet. *de commutatione cap.*5. *versiculo quæro septimò.numer.*208.Barbos. *de Episcop.* 4. *parte allegatione* 83.*num.* 12. Riccius *decisione* 1270. *in collect.decis.*

Num. 20. *vsque ad* 24.

DIsputat auctor, an si res maioratus regia facultate vendatur,modò emptor id sciuit quod in facultate ei iniunctum est, securus sit, esto pretium in re alia consumatur? & *num.*20. *&* 21. aliquibus comprobat, emptorem teneri, & curare debere, vt ex ea pecunia id fiat, ob quod ea facultas fuit concessa, de qua re vide Gregorium *in l.*63.*gloss.*4.*num.*8.*part.*3.Couarr. *lib.*2.*variarum cap.*17. Auend.*tract.de censib. cap.* 64. *per totum*, Stephan.Gratian. *disceptat.forens. cap.*45. *&* 196.*numer.*9. *& cap.* 555. *numer.* 8. tandem *num.* 22.*&* 23. contrarium obseruat, tum ex *l.fin. & aliis*, *ff. de exercitoria actione*, per quem textum id tenent P.Molin.*de iust.& iure,tract.*2.*disputatione* 651.*ex numer.*1.Petr. Surd.*decis.*156. *num.* 9. qui auctorem refert.Rota per Ludouis.*decis.* 511. *num.* 9. vbi addit. plura adducit. Osasc. *decis. Pedemont.*171.Auend.&Gregor.de quibus *sup.& in l.*3.*gloss.fin. titul.*1.*part.* 1. Pinell.*in l.*2.*part.*2.*cap.*4.*ex n.* 66. 68. 69.*&* 70.*decis*...*ex n.*200.Cæsar. Manent. *consil.* 17.*per tot.*cùm etiã, quia in regiis facultatibus,quæ ad alienãda bona maioratus conceduntur, vtplurimum iniunctum est, ac de stilo & fori praxi iniungi consueuit, vt pecunia apud sequestrum tradatur, quo vsque ex ea res alia ematur, quo casu emptor tradendo,& deponendo, tutus & securus est, quæ sufficit formam à Principe in facultate præscriptam seruare, ex adductis à Mier.4.*part.quæst.*26.*num.* 33. & similimodo,si solùm in facultate concedatur possessori vendere id posse, vt tale,vel tale quid ex pretio efficiat, securus erit emptor tradendo pretium illi possessori, multóque magis, si in præd.facultate exprimatur,vt pretium illi tradatur, quia tunc ipse maioratus possessor ad recipiendum habet speciale mandatum, quo dubio procul securus & tutus est emptor, idque obseruant post auctorem P.Molin. *de quo proximè.* Auend. *d. cap.* 64. *numer.*14. & communis praxis admittit.

Num. 24.*vsque ad* 30.

REfert & sequitur P.Molin. *d.tract.* 2.*disputatione* 651.*ex num.* 1. & quando pretium succedat loco rei,vide latissimè per Barbos.3.*parte rubricæ.ff.solut. matrim.ex num.*73.nouissimè per Ferrer. *tract.de successione impuber. gloss.*2.*num.* 97. *cum seqq.*Et in feudis, nisi expresse agatur, auctore suppresso, id recenset Rosent.*de feud.cap.*4. *conclusione* 8.*numer.* 2. vbi addit. subdit quòd regulariter res empta ex specie alia,quæ erat in obligatione,illius loco non succedit, ex Bald.& aliis, quos refert idem *cap.* 9.*memb.* 1.*conclusione* 39.*ex numer.*1.saltim *num.* 5.& de qua re plures adducit Giurba

ba *decisione* 111. *num.* 23. & de re permutata cum alia re, fideicommisso subiecta, Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 627. *ex num.* 1. Regens Sesse *decis.* 130. *num.* 14. Cephal. *consil.* 615. *numer.* 12. Costa *de remed. subsid. remed.* 61. *num.* 12. Menoch. *consil.* 70. *numer.* 8. & *consil.* 213. *numer.* 15. Morot. *consil.* 20. *num.* 8.

Et pro ea distinctione Doctores, videlicet quando pretium prouenit ex causa lucratiua, vel ex causa onerosa, vide *l. si cùm seruum. ff. si cert. petat. l. mater. C. de rei vendicatione*, vbi Bald. *numer.* 12. Ias. *in d. l. si cùm seruum, in principio.* Cost. *de remediis subsidiar. remed.* 61. *numer.* 80. & *remed.* 62. *num.* 7. Farinac. *decisione* 681. *num.* 7. *parte* 1. *in nouissimis*, glos. *in l.* 1. *verbo Primo. ff. de distractione pignor.* vbi Bart. Alex. *consil.* 108. *num.* 5. *lib.* .. Gregor. *in l.* 27. *titulo* 13. *part.* 5. *glos.* 1. *ad medium*, Manent. *consil.* 102. *numero* 6. & 7. Negusan. *tract. de pignor.* 5. *part.*, *memb.* 1. *numero* 48. Vrsil. ad Afflict. *decisione* 109. *num.* 2. & 3. Petr. Surd. *decis.* 306. *num.* 4.

Num. 30. 31. & 32.

PRo prima parte huius distinctionis vide P. Molin. *de quo proximè*, & quæ referunt Bald. *in l. quotiens*, §. *si quis primum*, *in fine*, *ff. de hæred. instit.* & *ibi* Imol. *num.* 58. Menoch. *consil.* 340. *numer.* 41. & 42. *lib.* 4. Rota per Farinac. *decis.* 81. *num.* 7. *parte* 1. *in nouiss.* Morosio *respons.* 10. *ex num.* 1. *cum pluribus sequentibus*, & *consil.* 84. *ex num.* 6.

Pro secunda vide P. Molin. *vbi suprà*, & circa adducta *num.* 32. vide auctores relatos *suprà num.* 24.

Num. 33. & 34.

HIs adde P. Molin. de quo *proximè num.* 3 Azeued. *in l.* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil. num.* 6. Regent. Valenz. *consil.* 69. *numer.* 261. & 263.

Num. 35.

IDem agnoscunt Rodriquez *de annuis reddit. lib.* 3. *quæst.* 1. & *lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 6. Vincent. de Franch. *decis.* 60.

Num. 36. & 37.

IN specie vide P. Molin. de quo *proximè*, Mier. 1. *part. quæst.* 11. Flores de Mena *lib.* 1. *variarum quæst.* 20. Francisc. Molin. *tract. de rit. nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 61. & quòd censeatur subrogata in omnibus suis qualitatibus, Petr. Surd. *decis.* 208. *num* 12. Peregr. *art.* 44. *num.* 3 & 30. Caued. *decis.* 176. Beroi. *consil.* 110. *lib.* 1. Valenz. *consil* 60. *numer.* 24. *cum seqq.* & *dict. consil.* 69. vbi *num.* 254. subdit, quòd pro eadem re comperunt remedia possessoria, de quo Fusar. *dict. quæst.* 636 *num* 2. & *n.* 255. quod assumit naturam primordialem eius in cuius locum subrogatur. Et *num.* 256. quòd subrogatur cum omnibus qualitatibus requisitis, & grauaminibus rei, in cuius locum fit subrogatio, & *num.* 257. ita ac si ab initio fuisset eiusdem vinculi & maioratus, & *num.* 258. quod dicitur eadem, prout illa in cuius locum subrogatur, & *num.* 259. concludit hoc esse verum non solùm respectu rei, sed personarũ habentium ius ad eam, & de subrogato in officio, idem *consil.* 73. *num.* 3.

Et hæc regula, scilicet quòd subrogatum sapit & assumit naturam eius in cuius locum subrogatur, fallit quando militat diuersa ratio in subrogato, *l.* 1. §. *si quis autem*, *ff de success. edict.* Bart. *in l.* 1. §. *hæc actio, ff. si quis t st. lib. esse iuss. fuerit, n.* 1. *versic. aut circa diuersam rem*, & plures referens Francisc. Bec. *consil.* 101. *num.* 59. *lib.* 1. D. Francisc. Salgad. *tract. de Regia protectione* 1. *parte cap.* 3. *num.* 45. Regens Valenz *consil.* 63 *num* 177. & 178. & in pulchro casu *consil.* 60. *num.* 4. Hoc ita verum est, quòd si aliquid specialiter

cialiter est dispositum in subrogato, tunc non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, Bart. *in l.* 1. *§. hæc actio*, *num.* 1. *versic. item fallit*, *ff. si quis testamento liber esse iuss. fuerit*, Petr. Surd. *consil.* 53. *num.* 15. *& consil.* 440. *num.* 51. *lib.* 3. Gam. *decis.* 221. *num.* 13. optimè Becius *dict. consil.* 101. *numero* 59. *versic. praeterea*, vbi loquitur in subrogatione vnius feudi in locum alterius.

Num. 38.

Adde P. Molin. *vbi suprà num.* 4. *in fine*, D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap* 89. *ex num.* 83. Camil. de Curt. *in diuers. iuris feudal. cap.* 5. *num.* 29. *folio nobis* 206. Intrigl *de feud. cent.* 2. *artic.* 6. *à numero* 157. Rosent. *eodem tract. cap.* 9. *conclus.* 39.

Num. 39. *&* 40. *vsque ad* 45.

Vide in contrarium Frecc. *tract. de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 29. *sub numero* 8. *vers. facit etiam*, vbi subiungit, quòd Princeps censetur ius suum remisisse, etiam præstito assensu, cum clausula, *iuribus Curiæ & alienis semper saluis*. Sed auctoris sententia communior & receptior est, ex adductis à Molina Theologo *vbi suprà num* 5. D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 89. *ex numero* 119. de qua re videndus est Rosent. *tract. de feud. cap.* 9. *conclus.* 18. *sub numero* 1. *lit. A.*

Num. 45.

His adde Mier. 1. *parte quæst.* 12. *numero* 6. *&* 7. P. Molin. *dict. disput.* 651. *num.* 6. Menoch. *consil.* 104. *num.* 45. Enric. Rosent. *de feud. parte* 1. *cap.* 2. *conclusione* 19.

Num. 46.

Idem agnoscit P. Molin. *vbi suprà num.* 6.

Num. 47. *vsque ad finem cap.*

Prosequitur idem Molin. *d. disput.* 651. *ex num.* 7. & in eadem specie probat Mier. 3. *parte quæst.* 14. *ex numero* 29.

CAPVT V.

Num. 1. *vsque ad* 5.

In hac quæstione cum auctore affirmanter est respondendum noua facultate opus non esse, & id tenent P. Molin. *tract.* 2. *disput.* 652 *ex num.* 1. Mier. 4. *parte de maiorat. quæst.* 3. *ex num.* 1. Felician. *tract. de cens. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 20. & nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. homin. cap.* 23. *ex numero* 24. Flores de Mena *lib.* 2. *variarum quæst.* 21. *num.* 22. idque probatur ex traditis à glossa *in l.* 3. *§. sed vtrùm*, *verbo inuito patre*, *ff. de min.* vbi Bald. Tiraquel. *de legibus connub. gloss.* 5. *ex numero* 165. & in feudo Petr. Surd. *consil.* 30. *in fine*, Mier. *vbi suprà numero* 7. Herman. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 19. Nouarrus *quæst.* 128. *num.* 3. Schrader. *de feud. parte* 8. *cap.* 4. *quæst.* 7. *num.* 25. Scipio Rouir. *cons.* 21. *numero* 12. quorum sententia fortiùs procedit, vbi ex contractu prędecessorum res hypothecæ subiecta est, Simoncell. *tract. de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *inspectione* 4. *numero* 40. Ratio verò prædictorum est, quia facultate Regia bona libera effecta fuerunt, ex auct. *infrà cap.* 9. *num.* 38. quapropter ad illorum distractionem sine alia solemnitate perueniri potest.

Ampliatur primò hæc conclusio in venditione facta cum pacto de retrouendendo,

uendendo, cum assensu Regis. Nam in executione pacti & retrouéditione nó requiritur alius assensus, Marin. Bec. *de subfeud.* Camil. Barell. alios adducens *in summa decisionum tit. de assensu numero* 38.

Ampliatur secundò in datione in solutum, Afflict. *decis* 85. *sub numero* 10. *versic. nec requirebatur.* Idem Frecc. *vbi suprà lib.* 2. *quæst.* 18. Rosent. *eodem tract. de feudis cap.* 19. *num.* 7. *&* 8. Paul. Atiuan. *consil.* 100. *ex num.* 21.

Num. 5.

IBi, *sic vidimus pluries.* Hoc vniuersalis totius Hispaniæ praxis admittit, si enim facultas ad alienanda bona maioratus pro dotis constitutione, siue restitutione, vtplurimum concedi solitum est, ex adductis *hic & infrà cap.* 6. quanto ergo fortiùs pro censûs constitutione, cuius constitutio perpetuitati ac conseruationi maioratus minus præiudicialis est, & damnosa, ex adductis à Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 43. *per totum*, saltim *numero* 31. vbi sic in specie concludit. P. Molin. *de iust. & iure tract.* 2. *disputatione* 652. *ex numero* 1. Camerar. *in repetit cap. imperial. quæst.* 51. *column.* 4. *versic. ex quæstionibus*, Nard, *in addit. ad Isern. in dict. cap. imperialem, sub numero* 5. *versiculo grauius, in fine*, Ponte *cons.* 76. qui *numero* 15. ait passim ita vidisse iudicatum, Rosent. *tract. de feud. cap.* 9. *conclus.* 19. *numero* 3. Camil. de Cutt. *in diuers. iuris feud.* 2. *parte cap.* 5. *ex num.* 5. Andr. Fachin *lib.* 7. *controuers. cap.* 57. Castil. *decisione Siciliæ* 17. *num.* 31. *&* 32 Philip. Pasch. *de patr. potest.* 2. *parte cap.* 7. *num.* 7. Felician. *tract. de cens. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *numero finali*, Mier. 4. *parte quæstione* 1. *limitatione* 2. *num.* 39. *in noua editione.*

Num. 6.

HIs adde P. Molin. de quo *proximè.* Thes. *decisione* 43. *numero* 3. *&* Fachin. latè *lib.* 3. *controu. cap.* 10. Paz *consilio* 4. *num.* 28. vbi in Cancellaria Pintiana iudicatum refert Nauarr. *in cap. si fæneraueris* 1. *quæstione* 3. *numero* 67. *&* 68. & in consilio Neapolitano idem testatur Franch. *decisione* 217. *&* 472. & in Sabaudiæ senatu Thesaur. *vbi suprà numero* 3. *&* 4. & iterum *decisione* 45. & in senatu Sciliæ D. Ioann. Francisc. del Castill. *decisione* 61. *numer.* 22. 23. *&* 25. & in Rota Romana Farinac. *decis.* 259. *cent. nou.* Cæs. Manent. *de contract. lib.* 1. *pact.* 15. *ex num.* 9. & ex præfatis auctoribus, & *infrà* referendis apparet, hoc ita verum esse, siue ex pacto & conuentione tempore contractus matrimonij interesse, & vsuræ dotis debeâtur, siue ex postfacto causa retardatæ solutionis petantur, quod probat Lupus *tract. de vsuris cõmentario* 1. §. 4. *sub numer.* 89. Et quamuis plerique ex recentioribus teneant, quòd in hac vltima specie non aliter viduæ succurri oportet, quàm si ostenderit, sua interfuisse dotem fuisse solutam, & eo tempore lucrũ præ manibus habuisse, vt in solito negotiari probat D. Ioann. del Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 1. *ex numero* 45. Tandem secundùm magis communem & receptam sententiam, etiamsi vidua non probet habuisse præ manibus lucrandi occasionem retardatæ solutionis dotis, interesse debetur ratione lucri cessantis, & etiam propter frequentes redituum annuorum venditiones, Barbos. *in l.* 2. *in principio, numero* 51. *ff. solut. matrim.* vt per Rodriq. *lib.* 3. *de annuis redit. quæst.* 7. *num.* 55. vbi auctorem refert & sequitur; & licèt prædictam sententiam periculosam dicat, ex Bolognet. quem citat, ab ea tandem non recedit *lib.* 8. *quæstion.* 8. *numer.* 20. *ad fin.* & in hanc sententiam procliuior est plures alios

adducens, Anton. de Amat. *variarum cap.* 49. *num* 96. & ita obseruatur in praxi; cæterùm iuxta materiam textus *in dict. cap. salubriter, hic* præcitato, vide Auendan. *de cens. cap.* 31. *numero* 9. Flores de Mena *in addit. ad G. m. decisione* 272. vbi quid in marito circa interesse & vsuras dotis promissæ, & quid in mariti cessionario, Anton. de Amat. *vbi proximè numero* 83. & quid in viduæ cessionario extraneo, dic quòd non gaudet priuilegio vxoris, vt in Aragonia fuit declaratum, teste Regente Sesse *decisione* 253. *numer.* 4. 5. *&* 6. vbi Surd. Barbos. & Grat. allegati, & post eos Cæsar Manent. *de contract. lib. pact.* 15. *numer.* 81. Ant. Costa *consil. o* 45. *numer.* 13. Menoch. *consil.* 703. *numero* 17. *lib.* 8 vbi respondet contrariis, & quòd allegatur per D. Regentē Sesse *decisione* 68. *& decisione* 253. *in princip.* De donatione iuxta obseruantiam illius Regni, non applicatur nuptiali contractui, cuius vigore bona viri hypothecata à cessionario extraneo possideri petuntur, fructibus in sortem principalem nō computandis, quia cessante priuilegio ex mutatione personæ vsura manifesta est, cui non suffragatur statutum quòd standum sit chartæ, cùm sit contra ius diuinū & naturæ, ex foralibus eiusdē Regni dispositionibus. Et quid in tutore qui non posuit pecunias pupillares ad honestum lucrum, Scacc. *tract. de commerc.* §. 1. *quæstione* 7 *parte* 2. *ampliatione* 8. *numero* 227 *cum seqq.* & quid si vidua sit diues, Rodriq. *vbi suprà num.* 54. quid de augmento dotis & arrhis, idem *v. si. ulo amplia secundò* Ponte *decis.* 30. *per totam.* Barbos. *in l. si constante, in princip. numero* 8. *ff. solut. matrim.* Anton. Gom. *in l.* 50. *Tauri, numer.* 51. Gutierr. *lib.* 2. *pract. quæstione* 17. *numer.* 5. Flores de Mena *lib.* 1. *variarum quæst.* 6. §. 2. *numer.* 12. Quid in vidua quæ secundo marito nubens, dotem prioris constituit, Rodriq. *dict. quæst.* 7. *numer.* 56. quid in minore respectu tutoris, non restituentis bona, Auendan. *vbi suprà numero* 10. & quæ debeant concurrere ad hoc quòd dotis retardatæ vsuræ debeantur, vide Paul. *in l.* 3. *ff. de eo quod certo loco.* Gratian. *disceptatione* 244. *numer.* 13. *tom.* 2. *& disceptatione* 700 *numero* 59. *&* 60. *tom.* 4. Mantic. *decisione* 53. *numero* 1. *& decisione* 171. *num.* 4. Rota per Ludouis. *decisione* 204. *n.* 27. *versicul. quo ad condemnationem, cum seqq.* vbi additio. plures Doctores, ac decisiones Rotæ in idem refert. Barbos. *in l.* 2. *in principio. ff. solut. matrim. num.* 39. *ad finem, versicul. illud, cum pluribus seqq.* Et in materia plura alia inuenies apud Riccium *in additione ad Franch. decisione* 217.

Et ex adductis ab auctore *hic* infertur, quòd si possessor maioratus vxorem ducturus, impetrauit facultatem à Rege vt possit bona primogenij pro dotis restitutione obligare, hypotheca afficit bona esse quo ad reditus & interesse dotis non solutæ, quam opinionem vti saniorem & æquiorem secutam fuisse in Camera Imperiali testatur Mynsinger. *cent.* 1. *obseruatione* 64. Negusant. *de pignor. part.* 5. *memb.* 1. *quæst.* 5. *numero* 10. *&* 14. Bursat. *consil.* 103. *num.* 11. qui *num.* 26. testatur ita fuisse iudicatum, & eam tenet Petr. Surd. *decisione* 240. *numer.* 16. & in materia maioratus probant Felician. & in feudalibus Rosent. *de feudis. cap.* 9. *conclusione* 14 *num.* 50. Ponte *consilio* 76. *& consilio* 77. Nam eo ipso, quo Princeps dedit assensum ad obliganda bona maioratus, dedit facultatem ad soluēdum reditus eadem obligatione & ratione eiusdem hypothecæ, absque noua & expressa licentia, vt in specie probat Flores de Mena *lib.* 2. *quæst.* 21. & deducitur ex traditis à Gratian. *tom.* 1. *cap.* 123. *à numer.* 3. Felician. *tract. de cens. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *numero fin.* Rodriq. *tract. de reddit. lib.* 3. *quæst.* 7. *numer.* 70. sic in feudo referunt Rosent. *cap.* 9. *conclusione* 19. *ex num.* 1. Ponte *consil.* 76.

76. *à numer.* 12. *& consilio* 77. & id comprobatur in fideiussore doris, qui tenebitur marito ad dotis nō solutæ inter esse. Rodriq. *vbi sup. versiculo similiter.* Et vbicumque bona maiorarus obligantur maioratus est ad instar fideiussoris, vt ex auctore *infr. lib.* 4. *cap.* 8. *num.*.. Et hæc opinio in iudicando & consulendo semper tenenda est, quidquid contrarium referat decisum Mart. *vot.* 156. qua retenta dicendum est, quòd sicut bona maioratus in casu prædicto pro dotis restitutione possunt alienari, ita etiam possunt pro interesse decurso super dote, ex Peregr. *art.* 42. *numero* 93. quem refert & sequitur Fusar. *de subst. quæst.* 531. *num.* 42. *&* 48. de qua re *infr. n.* 8.

Nam hypotheca fauore dotis constituta afficit bona maioratus, etiam quo ad reditus, & interesse ex vi comprehensionis, non per modum extensionis. Simili modo bona mariti sicut sunt obligata pro dote, ita etiam pro alimētis, quia vxori debentur propter dotem. *l. Lucius. ff. qui pot. in pign. hab.* vbi Paul. *num.* 3.

Cæterùm superaddendum censemus, quòd pro interesse dotis non potest census constitui ex proprio motu Pij V. vt probant Rodriq. *de annuis redit. lib.* 1. *quæstione* 13. *numero* 32. Ludouic. Censius *tract. de censib. part.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 1. *art.* 5. *ex numer.* 4. Auend. *de cens. cap.* 38. *numer.* 11. & maximè, vbi quantitas liquida non est.

Num. 7. & 8.

PRosequitur P. Molin. *dict. disputatione* 652. *numer.* 1. & alia adducens refert nouissimè Anton. de Amat. *dict. cap.* 49. *numer.* 91. de quo vide Fab. *lib.* 5. *Codic. tit.* 8. *definit.* 5. *&* 11.

Num. 9.

NVllus ex his quos auctor pro sua opinione adducit præter Romanum, id ipsum probat, vt notat Camill. Borrell. *tract. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 17. *&* 18. vbi in cōtrarium tenet; sed quidquid is sentiat, auctoris sententia verior & receptior est, ex adductis ab Anton. Fab. *lib.* 8. *Codicis, titul.* 6. *de pignoribus, definitione* 11. vbi in senatu Sabaudiæ decisum refert, & suppresso auctore sic consuluisse testatur Iacob. Canz. *tom.* 3. *variarum cap.* 13. *titul. de iuribus castrorum num.* 365. vbi rationem decidendi adducit, & fortiùs hoc procedit in vsufructuario, Iacob. Menoch. *consil.* 66. ex *num.* 1. & ostensum est ab auctore *suprà lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 23. eo quòd castri iurisdictio dicatur esse de fructibus castri, ex Menoch. *vbi suprà*, & sic nil mirum quòd ad vsufructuarium pertineat, D. Ioan. del Castill. *tract. de vsufruct. cap.* 86. *num.* 19.

Num. 10. vsque ad 15.

PRo hac sententia vide Mier. 4. *part. quæst.* 1. *limitatione.. num.* 138. vbi ex *n.* 115. probare contendit, quòd si Princeps habita relatione & informatione vtilitatis, ad alienanda bona maioratus facultatem concedat, facta subrogatione cum aliis bonis, quæ expresse Princeps in concessione facultatis expressit, non valebit permutatio facta cū aliis, etiāsi sint vtiliora maioratui, subdēs formam facultatis ad vnguem seruandā esse, quæ de cōtractu ad contractum, de tempore ad tempus, de re ad rem, extensionem non recipit, vt *hic* compertum est, & ex adductis à Freccia *de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 38. *à n.* 1. *folio* 255. Enric. Ros. *de feud. cap.* 9. *conclusione* 33. *cum seqq.* & hinc est quòd nil agit qui nō seruat formam, siue à Principe, siue à Prætore positam. nam forma est à Prin

Principe verborum expressio prolata, cui inconsulto eo, nihil addi, vel minui potest, *c.* 1. §. *profectò*, *de lege Corradi*, per quem text. scribentes plura decidunt dubia circa res alienari prohibitas, ad hoc quòd facultates, & decreta seruentur ad literam, vt per Bart. *in l. sicut.* §. *si pater. ff. quibus mod. pign. vel hypoth.* Paul. *in l. quicumque.* §. *fin. ff. de inst. actione*, prout forma mandati seruari debet, Rota per Farinac. *decisione* 39. *numero* 2. *parte* 1. *in nouiss.* nam forma datiua est de esse rei sicut naturalis, *l. quæ tamen. ff. de recept. arbitr.* de qua re vide Prosper. Paseth. *consilio* 117. *numero* 2. Cæsar. Barz. *decisione* 23. *&* 26. & adducta ab auct. *infrà num.* 39.

Num. 15. *vsque ad* 30.

HIs adde Vincent. de Franch. *decis.* 105. *num.* 5. vbi fuit decisum, P. Molin. *dict. disput.* 652. *num.* 2. *versiculo Molina vbi suprà*, quorum sententiam praxis admittit, & nos libenter sequimur. Primò, ex regula vulgari, *cui licet plus, licet etiam quod est minus*, vt in præsenti *num.* 19. Secundò, quia *alienationis* verbum etiam hypothecam comprehendit, ex adductis *hic num.* 17. *&* 18. & à Paulo Cristin. *decis. Belgica* 185 *numero* 18. *tom.* 1. licèt non econuerso.

Tertiò, ex *dict. l. sicut*, §. *sed si permiserit, ff. in quibus caus. pign. vel hypothec.* vbi permisso vno actu alienationis, permittitur etiam omnis alius illi similis, vt per auct. *hic num.* 19. & Fusar. *de substit. quæst.* 678. *ex num.* 25. vbi refert & sequitur, qui *num.* 28. subdit quòd si concessa sit venditio, à fortiori & permutatio erit concessa, si datio in dotem, etiam pro Monasterij ingressu erit concessa, si donatio & legatum erit permissum; reliqua verò prosequitur P. Molin. de quo *proximè.*

Num. 30. *vsque ad* 33.

IN feudo vide Paul. Cristin. *dict. decis.* 185. *num.* 18. & in Hispanorum primogeniis P. Molin. *dict. disput.* 65[illegible] *ex numer.* 3.

Num. 33. 34. *vsque ad* 37.

PRo auctoris sententia vide P. Molin. de quo *proximè numero* 4. Vincent. de Franch. *dict. decis.* 105. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *artic.* 6. *numero* 176. & quòd vbi nulla pœna esset in causa, Vrsil. ad Afflict. *decis.* 355.

Num. 37. *vsque ad finem.*

LAtè disputat Mier. 4. *parte quæst.* 11. *per totum*, & vide Franch. *decis.* 163. *num.* 7. Intrigl. *dict. centur.* 2. *art.* 6. *à num.* 130. P. Molin. *dict. disput.* 652. *in fine*, & iuxta id quod dicitur de facultate nomine dignitatis concessa, vide Mier. *vbi suprà*, & quę de Prælato alienante, saluo Apostolico assensu, tradunt Vincent. de Franch. de quo *proximè*, Rota per Ludouisi. *decis.* 52. cætera inuenies *suprà num.* 10. Quid de fauore dotis, vide Cæs. de Vrsill. *decis. Neapolit.* 2. Afflict. *in cap. Imperialem*, *§.* 24. *num.* 11. *de prohibita feudi alienatione per Federic.* Sigism. Lofred. *consilio* 31. *ex num.* 1. Barb. *in rub. ff. solut. matrim.* 4. *parte num.* 41. Camil. de Curt. *in diuersor. iuris feud. cap.* 5. *num.* 88. *folio* 223. vbi distinguit, quando quis venit ad feudum vt hæres; quando verò ex pacto & prouidentia, de qua re est textus expressus *in l. si ego*, §. *si res, ff. de iure dot.*

CAP.

CAPVT VI.

Num. 1.

VArius *suprà* notatum est *in dict. cap.* 10. *hic* præcitato, & hinc infertur quòd alienationis prohibitio non comprehendit ea, quæ ex necessitate fit, ex adductis à D. Ioann. del Castill. *tom.* 5. *controu. cap.* 113. saltim ex *num.* 3. Mier. 4. *parte quæst.* 1. *limitatione* 2. *per tot.* Vincent. Fusar. *de substit. quæstione* 531. *ex num.* 129. & nouissimè Caualc. *p.* 2. *num.* 263. *&* 264. & in rebus maioratus ita permissa est alienatio, si bona libera deficiant, vt *infrà num.* 15. *&* 19. *&* *cap.* 7. *per totum.*

Num. 2.

HIs adde D. Francisc. de Leon *decision.* 140. *num.* 11. *tom.* 2. qui de communi testatur. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 531. *ex num.* 129. qui refert decisum, *&* *quæst.* 533. *per totam*; & in arrhis vide Barbos. *in l.* 1. 4. *parte ff. solut. matrim. numer.* 15. Mart. *de successione legali tom.* 2. 4. *parte quæstione* 21. *art.* 10. *num.* 49. vbi pro negatiua, & in dotis augmento. Idem Fusar. *de quo suprà, quæstione* 532. *&* *num.* 35.

Num. 3. & 4.

CAstill. *tom.* 5. *cap.* 161. *num.* 39. *versic. hactenus*, Peregrin. *tract. de fideicom. quæst.* 8. *numer.* 409. Sfortia *de fideic. quæst.* 38. *art.* 1. *numer.* 10. Intrigl. *de substit. cent.* 3. *quæstione* 73. *num.* 322. Marius Mut. *decis. Siciliæ* 83. *num.* 23. Fusar. *tract. de substit. quæst.* 586. *in fine*, Iacob. Canz. *lib.* 1. *variarum cap.* 9. *num.* 98. Hieron. Gabr. *cons.* 119. *num.* 52. *versic. secundus etiam forus*, vbi loquitur de simili foro Regni Valenciæ, idque prosequitur Giurba *ad consuetud. Mesan. cap.* 15. *gloss.* 7. *numer.* 7. Mart. *tom.* 2. *de success. legali*, & repetit auct. *infrà numero* 6. *&* *numer.* 19. vbi inuenies quomodo conclusio prædicta in praxi recepta sit.

Num. 4. & 5.

PRosequitur P. Molin. *vbi proximè*, & id tenent Ponte *decis.* 39. Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 531. *num.* 7. vbi subdit hanc opinionem vidisse in praxi seruari.

Num. 6.

DIximus *suprà num.* 3.

Num. 7.

QVòd prędicta authentica *res quæ*, locum habeat etiam in dotis restitutione, post auct. tenent Menoch. *lib.* 4. *præsumptione* 190. P. Molin. *vbi suprà num.* 2. Srephan. Gratian. *lib.* 1. *discept. cap.* 331. Giurb. *ad consuetud. Mesan. cap.* 13. *gloss.* 1. *parte* 1. Vincent. Fus. *de substit. quæst.* 532. vbi latè, subdens temerarium esse ab hac opinione recedere tam in iudicando, quàm in consulendo; quid in dote confessa, idem *vbi suprà num.* 24.

Num. 8.

PRosequitur P. Molin. *vbi suprà, versiculo Bartolus*, & communis, & idem tenent Menoch. *præsumptione* 191. *lib.* 4. *num.* 7. Vincent. Fusar. *vbi suprà, quæst.* 586. *num.* 3. videndus ex *num.* 1. & vide *infrà num.* 16. *&* 25. cum adductis à Mier. 4. *parte quæst.* 28. *numero* 6.

Limitatur primò, quando testator expresè dixisset bona non posse alienari causa alimentorum, Fusar. *numero* 6.

Limitatur secundò, quando filius

grauatus consumpsisset legitimam & Trebellianicam malè vtendo, quia runc illi subueniendum non est cum euersione fideicommissi, Fusar. *numero* 7.

Limitatur tertiò, quando fideicommissum non esset constitutū ab ascendente, Fusar. *num. fin.* & dictum est *suprà num.* 3.

Num. 9.

DE redemptione à carcere, siue à captiuitate, plura scripserūt Menoch. *vbi suprà, præsumptione* 192. M. Anr. Peregrin. *artic.* 42. Stephan. Gratian. *lib.* 1. *discept. forens. cap.* 108. *numero* 30 *&* 37. Vincent. Fusar. *quæst.* 534. *numero* 2. vbi ampliat etiam in capto ab hostibus Christianis, *& quæst.* 535. *ex num.* 1. vbi quid si necessitas & carcerario causata est ex delicto, *& num.* 10. *cum sequentibus*; quid si grauatus sua culpa contraxit æs alienum, de quo P. Molin. *vbi suprà*, licèt remissiuè.

Num. 10. vsque ad 15.

HIs adde P. Molin. *vbi suprà, versic. dubitant Doctores*, Marr. *de successione legal. tom.* 2. *parte* 4 *quæst.* 21. *art.* 10. *ex num.* 28. Menoch. *vbi proximè, præsumpt.* 189. *ex numer.* 96. & auctoris sententia, de qua in præsenti *num.* 11. *&* 12. verior & receptior, ex adductis etiam *infrà num.* 17. *&* 18. *versic. sed idipsum*, quamuis contraria sit communis, & prosequitur latè Vincent. Fusar. *de substit. quæst.* 531. videndus ex *numer.* 67. vbi diuersas opiniones refert, & demum *num.* 72. ita concludit, quorum sententiam probamus, non solū quando ab institutore maioratus expresse in causam dotis, vel alimentorum prohibita est alienatio, verùm etiam, quando id ex coniecturis ac præsumptionibus in comperto est, veluti si dixisset, quòd nullo modo, aut nullo euenru, vel aliud simile alienatio bonorum maioratus fiat, vt per Molin. Theolog. *vbi suprà*, semper enim illa via tutior ac securior est quæ maioratus conseruationi ac perpetuitati fouet, ex adductis *suprà cap.* 3. *num.* 3. *versic. cæterùm.*

Idque rectè ab auctore limitatur *num.* 14. & post eum à Molina Theologo, de quo proximè Fusar. *quæst.* 532. *num.* 6. qui optimè expendit, subscribēs hoc esse de menre omnium, cùm sit obligatio parentis, & non filij, propter quam iure subsistit in rebus maioratus ac fideicommisso subiectis alienatio, vt per auct. *suprà lib.* 1. *cap.* 10.

Num. 15. & 16.

REfert & sequitur Vincent. Fusar. *dict. quæstione* 531. *numer.* 119. *cum sequentibus*, & idem tenent Rot. per Seraphin. *decisione* 465. *&* 481. & per Ludouis. *decisione* 299. Giurba *decisione* 31. *numer.* 9. P. Molin. *vbi proximè numer.* 4. Menoch. *lib.* 4. *dicta præs.* 189. *numero* 161. *&* 162. Barbos. *in l.* 1. *solut. matrim.* 4. *parte* ex *numero* 20. quorum sententia verissima est, iuxta notata *suprà lib.* 1. *cap.* 10. *numero* 4. *&* *infrà numero* 19.

Num. 17. vsque ad 22.

IN hoc articulo distingue vt *infrà numero* 19. *&* 20. & pro distinctione vide Castill. *tom.* 5. *cap.* 65. *numero* 61. Inter has Doctorum contrarias sententias tutior & receptior est ea, quæ tenet, *authent res quæ*, in Hispanorum primogeniis locum habere non posse, pro vt concludit auct. ex *numero* 19. & post eum P. Molin. *vbi sup. numero* 4. Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *parte numer.* 151. *ff. solut. matrim.* Hieron. Gabr. *consilio* 119. *numero* 67. *lib.* 2. Ioseph. Ramon *consil.* 1. *numer.* 54. & hoc verissimum iudicamus, ac

in

in praxi tenendum, quidquid in contrarium cum Padilla & Peregr. sentiat Fusar. *ubi sup. quæst.* 536. *numer.* 5. aliter enim facilè minuerentur, ac abolerentur maioratus, qui in bonum perpetuum, ac splendorem & decorem reipublicæ totius familiarúmque instituuntur. Fatemur sanè regia facultate id effici posse, ac effici consueuit magna subsistente causa, pro vt in forensibus controuersiis receptum vidimus, & ita concludit auctor *infrà numero* 28.

Num. 22.

VIde auctores præcitatos *suprà numero* 9.

Num. 23. & 24.

HIs adde P. Molin. *ubi proximè*, Menoch. *dict. præsumptione* 189. *ex num.* 120. Giurb. *ad consuetud. Mesan. cap.* 15. *gloss.* 7. *num.* 8.

Num. 25.

IDem agnoscunt P. Molin. de quo *proximè*, Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus*, *limitatione* 2. *ad legem Regiam num.* 11. Couarr. *lib.* 3. *variarum cap.* 6. *numer.* 10. Gregor. *in l.* 10 *tit.* 26. *gloss.* 1. *parte* 4. *quæstione* 43. Mier. *de maiorat.* 4. *parte quæstion.* 1. *limitatione* 2. idque fori praxis admittit.

Et pro matrimonio spirituali, vide Ioan. Gut. *lib.* 2. *pract. cap.* 65. *numer.* 8. P. Thom. Sanchez *lib.* 4. *de matr. disputat.* 26. *numero* 7. Cætera verò inuenies *sup. numero* 8. & 9.

Num. 26.

DIximus *suprà dict. cap.* 4. *hic* præcitato, vbi luculenter.

Num. 27.

PRosequitur D. Ioan. del Castill. *tom.* 5. *controuers. cap.* 65. *numero* 59. P. Molin. *ubi suprà numer.* 5.

Num. 28.

NOtant idipsum, P. Molin. *ubi suprà*, Peregr. *de fideic. articulo* 42. *numero* 89. Don Ioannes del Castill. *dict. cap.* 65. *numer.* 6. & *numero* 62. *vers. præterea*, & *numero* 58. & 101. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 544. *numer.* 7. & *numero* 18. & 19. & 134. vide etiam quæ diximus *lib.* 1. *cap.* 10. *numero* 23.

CAPVT VII.

Num. 1. & 2.

IN casibus, in quibus, Regia facultate præcedente, bona maioratus alienari possunt, prout ex præcedentibus capit. apparet non est ad eorum alienationem deueniendum, nisi in subsidium, videlicet bonis liberis deficientibus, vt notat auct. *hic* & *suprà cap.* 6. *numero* 15. & 19. & *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. & post eum, id communiter sequuntur P. Molin. *dict. tract.* 2. *disputat.* 653. *ex n.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. *numer.* 9. Iacob. Canz. *variarum resolut. parte* 1. *cap.* 9. *n.* 109. Addit. ad Ludouis. *decisione* 299. & in feudalibus probant Vincent. de Ann. *allegatione* 115. Camil. de Curt. *in diuers. iuris feudal. cap.* 5. *num.* 91. *folio* 224. subdens etiam quòd, si sunt obligata bona feudalia & allodialia æqualiter, non in subsidium, si creditor exigat à feudalibus, poterit feudatarius cessionem petere aduersùs allodialia, Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic.* 42. *numero* 73. quod adeò verum est quòd si instituens maioratum, vel

 fidei

fideicommissum iubeat fœminas ex bonis fideicommissi, vel maioratus dotari, intelligi debet eius dispositio, quatenus aliunde ex bonis liberis dotari non possint, vt per Rotam apud Ludouis. *decisione* 543. vbi addit. *numero* 8. refert & sequitur auctorem, quæ verissima sententia neminem dissentienrem habet.

Eodem modo in minore compertum est, cuius fauore priùs excutere oportet, an pecunia possit aliunde ad extenuandum æs alienum experiri, ex Roland. *cons.* 35. *num.* 4. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *titulo* 6. *num.*8.& 11. Montan. *tract. de tutel. c.* 33. *numer.* 11. & 16. Simoncell. *de decret. lib.* 1.*titulo* 1.*num.* 44. *versic. postquam, & num.* 45. *versic. oportet*, in quo casu etiam necesse est quòd æs alienum immineat de præsenti, nec sufficiet quòd de futuro speretur, adeò quòd si decretum interuenia tabsque causa vrgētis debiti, etiam si allegetur alienationem pupillo expediri, corruet alienatio. *l. magis puto.§.si æs alienum, ff. de rebus eorum.* Petr. Surd.*consil.*115. *num.* 55. Mastrill. *decisione* 121. *num.*1.& 2. Simoncel. *vbi suprà lib.*2. *tit.*6. *num.*33. Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *num.* 1. & *sequentibus.* Roland. *consil.* 33. *num.*2.& 3. *lib.*1. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.*19.& *sequentibus.* Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 542. *num.*1.

Num, 3. 4. & 5.

HIs adde P. Molin. *dict. disputatione* 658. *ex numer.* 1. Azeued. *consilio* 38. *num.*16. Ricc. *in addit. ad Franch. decisione* 519.

Num. 6. & 7.

PRosequitur P. Molin. vbi proximè *numer.*2.*versic. secundum dubium.*

Num. 8.

VIde P. Molin. de quo *suprà num.* 3. Peregrin *de fideicomm. ff. artic.* 42. *num.*74. Milanens. *decisione* 7. *ex numero* 58. & repetit auct. *infrà num.*15. vbi explicat, & *numer.*17.*vers. sed quando.*

Num. 9. *vsque ad* 13.

PLura alia adducunt P. Molin. & Peregr. *de quibus suprà.* Menoch. *lib.* 4.*præsumpt.*190.*num.*29.

*Num.*13.

IDem probant P. Molin. *vbi suprà numer.*5. M. Anton. Peregrin. *de fideic. art.* 42. subdens decisum *num.* 24. Auend. *tract. de cens. cap.*65.*ex num.*1. saltim *num.* 7. Mart. 4. *parte de successione legali quæst.* 21.*artic.*10.*numer.*11.*tom.* 2. & iuxta prædicta vide auctorem *infrà num.*16. & ratio huius asserti est, quoniam factum legitimè, si consummatum sit, esto deueniat ad casum, à quo incipere non potuit, non retractatur, idque exemplis comprobat auctor *numero* 14. & 15. & pro doctrina Decij *in dict. authent. præterea*, vide Fontan. *de pact. nupt. tom.*2.*claus.* 5.*gloss.*8.*part.*8.*ex n.* 1.& de re semel effecta alienabili diximus *suprà cap.* 1. *num.* 31.sicque alimenta lite pendente præstita non repetuntur, etiāsi in diffinitiua constet ea non deberi, ex auctor. *suprà lib.*2.*cap.*16.*numero* 41.

Num. 16.

IN contrarium vrgere videtur Pereg. *consilio* 35.*numero* 8.*lib.*3. quem simpliciter refert Fusar. *de subst. quæstione* 636. *in fine.* Nos verò cum auctore distinguendum censemus, quem sequuntur idem Peregrin. *tract. de fideicommiss. artic.* 42.*numer.*18. *versiculo contrà verò*, Rodriq. *de annuis reditibus lib.* 2. *quæstione* 19. *num.* 18. Auend.

18. Auend. *dict.cap.* 65. *numer.* 7. P. Molin. de quo *proximè, num.* 5. *versiculo utrùm autem*, & de re irreuocabiliter alienata, vide *suprà num.* 13. & quod obseruat auctor, vbi, *optimum autem consilium*, in praxi receptum est, de quo *suprà cap.* 3. *num.* 6. *vers. quamuis.*

Num. 17. *vsque ad* 32.

PRæsens disputatio in fori praxi quotidiana est, iuxta quam has conclusiones deducendas esse censemus.

Prima conclusio sit quòd creditor antiquior habens scripturam obligationis, & hypothecam generalem, prefertur creditori posteriori cui bona maioratus Regia facultate obligata sunt, *l. qui generaliter. ff. qui pot. in pig. hab. l. si generaliter. C. eodem.* nā prior hypotheca quantumcumque sit generalis, præfertur posteriori, etiamsi hæc specialior sit, vt *hîc num.* 17. & cōprobanr Auend. *tract. de cens. capit.* 57. *numer.* 3. *& cap.* 111. *numer.* 6. Rodriquez *tract. de concursu creditorum* 2. *parte articul.* 1. *num.* 1. 2. *&* 3.

Secunda, quotiescumque in scripturis horum creditorum qui Regis facultatibus experiuntur, apponitur, vt apponi consueuit, clausula illa quòd specialis obligatio non deroget generali, tunc secundi creditores pro suis debitis non possunt compellere priores, habentes dictas facultates, quod præcisè debita ex speciali hypotheca exigant, quę sententia etsi controuersa sit, receptior & communior est, vt per Roland. *consilio* 65. *per tot.* Paris. *consil.* 103. *numero* 3. Vincent. de Franch. *decisione* 5. Mynsinger. *obseru. cent.* 6. *obseruatione* 94. in quo casu *dict. l.* 2. *C. de pignor.* solet limitari.

Tertia conclusio sit quòd vbicumque concurrit creditor antiquior cum obligatione & hypotheca speciali contracta antea quàm bona efficerentur, maioratus non tenetur præcisè de bonis liberis debitum exigere, priusquam ad specialem bonorum hypothecam deueniat, quia illa actio hypothecaria exercetur aduersùs quemcumque maioratus successorem, ex adductis ab auctore *suprà lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. quibus adde quod ostensum est *suprà cap.* 4. *per totum.*

Quarta conclusio sit quòd vbicumque creditor habet sibi bona maioratus Regia facultate hypothecæ subiecta, etiā extantibus aliis bonis liberis, quæ tamen aliis creditoribus obligata sunt, nisi priùs bonis maioratus excussis, nō potest de illis exigere, prout obseruat auct. *in præsenti*, & *n.* 31. refert decisum, quam partem post auctorem sequuti sunt, Anton. Marc. de Amat. *consil.* 95. *numero* 10. *&* 11. Peregrin. *articul.* 42. *numer.* 18. *ad finem.* Cæsar Manent. *decis.* 62. *numer.* 5. Sfort. Perusin. *tract. de fideic. quæstion.* 44. *numer.* 84. Ioann. Gut. *lib.* 1. *pract. quæst.* 146. *num.* 46. D. Francisc. de Leon *decis. Valenz.* 176. *ex numero* 1. vbi etsi *numer.* 5. auctoris sententiam non esse satis tutam affirmet, tandem in eandem partem propensior est.

Contrarium pluribus fundamentis probant P. Molin. *de iust. & iure tract.* 2. *disputatione* 653. *ex numer.* 6. *cum seqq.* Vincent. de Franch. *decisione* 519. vbi refert decisum, Don Franciscus Sarmient. *lib.* 7. *select. cap.* 7. Azeued. *consil.* 38. *numero* 28. *&* 29. Auend. *in l.* 46. *Taur. gloss.* 9. *num.* 8. D. Ioann. del Castill. *lib.* 4 *controu. cap.* 26. *num.* 31. vbi latè disputat, & *in princip. sub numero* 1. *versiculo dubitatur secundò*, aduersùs auctorem refert obtentum.

Quorum sententia (salua tanti viri pace) verior ac receptior est, eámque fori praxis admittit, & in hoc Regio ac supremo senatu non semel admissam vidimus, eo quòd textus *in d. l.* 2. *C. de pignor.* quam pro sua intentione auct. expendit, habet locum tantùm in debitis puris, non verò in conditio-

nalibus, pro vt sunt ea, quæ contrahuntur in bonis maioratus Regia facultate præcedente, ad quorum obligationem, siue exactionem nequaquam, nisi bonis liberis deficientibus, potest deueniri, vt in comperto est *suprà lib. 1. cap. 10. numero 4. & hic numer. 18. & 19.* Quapropter cùm hypotheca specialis sit subsidiaria, videlicet in defectum bonorum liberorum, & ea tantùm creditor bonis liberis deficientibus possit experiri, cessat ratio dictæ legis 2. ex Ioan. And *in addit. ad Speculat. titul. de locat. §. iam decidam. gloss. magna.* Tiber Decian. *resp. 2. num. 142.* Auendan. *in dict. l. 46. Tauri, gloss. 9. numero* 8. Quibus accedit quòd æquitas dictæ legis respicit tãtùm vtilitatem priuatam, per quam omnibus creditoribus consultum est, cui præpotens est fauor publicus, qui in conseruatione bonorum maioratus versatur, ex adductis *suprà lib. 1. cap. 18. ex numero 1. & hoc eodem libro cap. 3. n. 3. versiculo cæterùm, & num. 21.* qua retenta sententia, prout apud pragmaticos communiter recepta est, non obstant adducta per auctorem in præsenti, cui optimè & loculenter P. Molin. satisfacit loco *suprà* relato, & ideo in hac re ampliùs non immoramur.

Num. 32. vsque ad 37.

IN hac quæstione, scilicet cui incumbat probatio, quòd bona libera deficiunt, vt ad bonorum maioratus exactionem deueniatur, contrarię sunt opiniones Doctorum.

Prima est, quòd fideicommissario, siue possessori maioratus hoc onus incumbat, vt post Dec. *hic* pręcitatum tenent Bertrand. Crauet. Ioseph. Ludou. & Marcar. quos refert Cæsar Barz. *decis. Bonon. 105. num. 12.*

Secunda opinio est ex diametro contraria, asseuerans, quòd dicenti alia bona non extitisse, hoc onus probandi incumbit, & hæc dubio procul est de mente omnium, in qua materia sequentes casus occurrere possunt, quos recensere operæpretium erit.

Primus casus est, vbi agitur de distractione bonorum maioratus pro debitis Regia facultate contractis, & tūc creditor probare tenetur bona libera non extitisse, quia actori, vt regulis cõpertum est, semper hoc onus probandi incumbit, & in terminis facultatum defuncti tradit glossa *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, verb. dubitetur, ff. qui satisd. cog. & in l. si creditores, in fine, ff. de priuileg. credit.* & dictam glossam esse communiter approbatam, tradit Couarr. *lib. 2. variarum cap. 6. num. 2.* & plures eam sequentes refert Baëz. *de non meliorand cap. 36. num. 16.* idque sequuntur Menoch. *præsumptione 184. num. 174. lib. 4.* & Anton. Gabr. *lib. 1. tit. de probat. conclusione 7. num. 11. versic. tertiò limita,* Carol. Ruin. *cons. 49. num. 4. vol. 5.* Francisc. Bec. *consilio 100. num. 22.* Milanens. *decis. 4. num. 24. & decis. 5. num. 55. parte 1.* Osasc. *decisione Pedem. 172. numero 6.* Vincent. de Franch. *decis 241.* Mastril. *de is. Siciliæ 256. num. 41. lib. 3.* Iacob. Canz. *lib. 1. variarum cap. 9. numer. 103. versic. contrariam,* vbi optimè explicat, D. Francisc. de Leon *decis. Valent. 171. num. 7. & 8.* Peregrin. *artic 42. num. 181.* Sfort. *de fideicom. quæst. 44. num. 84.* Rot. Gen. *de mercat. decis. 156. à num. 78.* quibus pro hac sententia accedit, quòd maioratus possessor habet fundatam intentionem in maioratu, & in prohibitione alienationis, prout nouissimè in fideicommissis probat Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 542. num. 15. & quæst. 692. num. 31.* in qua specie loquitur auct. *hic num. 34.*

Secundus casus est, quòd vbicunque creditor deficientibus bonis liberis peruenit ad exactionem bonorum maioratus, & est in possessione maioratus possessor, dicens tempore alienationis

tionis alia bona libera extitisse, cùm sit fundamentum suæ intentionis, id probare tenetur, prout notanter subiungit auctor *hic numero 36.* & in arrharum exemplo tradunt Couarr. Baëz Gut. Matiez. Ayora, relati à P. Thom. Sanchez *de matrim. tom. 1. disput. 35. numero* 4. Vincent. de Franch. *decis* 341. Cæsar Barz. *decisione* 104. *num.* 28.

Tertius casus est in petitione arrharum, in qua specie si hæredes mariti asseuerant arrhas metas legis excedere, & de illarum repetitione tractant aduersùs viduam possidentem, communis Doctorum resolutio est, quòd illis probandi onus incumbit, prout in casu præcedenti actum est, vt post Xuar. Baëz, Matienz. tenent Azeued. *in l. 2. tit. 2. lib. 2. recopilat. num.* 19. Mier. *de maiorat. 1. parte quæst. 52. numero* 13. *&* 17. P. Thomas Sanch. *dict. tract. de matrim. lib. 6. disput.* 35. Parlador. *lib. 2. rerum quotid. 1. parte cap. fin.*

Quartus casus est in materia alimentorum. Nam cùm alimenta officio iudicis diuiti non debeantur, sed egeno, & pauperi, ex auctore *suprà lib. 2. cap. 16. num.* 46. Hanc egestatem alimentarius, cùm sit fundamentum suæ intẽtionis, probare tenetur, Petr. Surd. *consil.* 194. *num.* 19. Petr. Barbos. *in l. 2. parte 1. num.* 44. *versic. Primum, ff. solut. matrim.* Anton. de Amat. plura adducens *variarum resolutione* 49. *num.* 61. *&* 62. videndus ex *num.* 59.

Et de materia textus *in l. cùm de lege, hic* præcitata, vide Couarr. *lib. 2. variarum cap. 6. num.* 4. Fulu. Pasc. *lib. 1. de probat. cap. 6. num* 24. Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 20. num.* 3. Hercul. *de negatiua num.* 253. Petr. Barbos. *in l. maritum, num* 24 *ff. solut. matr.*

Num. 37. cum duobus seqq.

PRo constanti id tenent Gregor. *in l. 14. tit. 13. part. 3. column. 2. versic. duodecimò limita,* Ant. Gom. *tomo 2. variarum cap. 13 numero* 14. Ioan. Gut. 1. *parte de iuram. confirmat. cap. 23. numero* 13. Carroz. *tract. de executione 2. parte quæst 25. num.* 3. D. Garc. Mastrill. *decis. Siciliæ* 109. *numero* 11. *& decisione* 108. *num.* 11. *&* 12. *parte* 2. Fontan. *tract. de pact. nupt. tom. 2. clausula 7. gloss* 3. *parte* 13. *num. 7. &* 8. *pag.* 766.

CAPVT VIII.

Num. 1. & 2.

REGVLA in Hispanorum primogeniis est, quòd in prohibitione alienationis causa necessaria nunquam censetur exclusa, Cald. Pereir. *forens. quæst. 23. lib. 1. num.* 77. Zeuall. *commun. quæst.* 656. *numero* 7. Castill. *tom. 5. cap.* 157. *numero* 32. Andr. Fachin. *lib. 7 controu. cap.* 103. *versic. alij vrgent, pag.* 962. & actum est *suprà lib. 1. cap. 10. num.* 4. & *hoc eodem lib. cap. 5. 6. &* 7. Cætera inuenies *infrà ex num.* 8.

Num 3.

HIs adde Iacob. Canz. *tom 2. variarum cap. 16 num.* 98. Iacob. Cuiac. *tom. 4. lib. 11. respons.* Papin. *ad l. iudicatæ §. si creditor, ff. de except. rei iudic.* Steph. Gratian. *tom. 2. discept. forens. cap.* 287. *numero* 9. *&* *tom. 3. cap. 456. ex numer.* 85. Hercul. Marelc. *lib. 1. variarum cap.* 86. *num.* 56. Burg. de Paz *cons.* 14. *num.* 69. Petr. Surd. *cons.* 149. *numero* 28. *&* 41. Ioann. Francisc. Pont. *cons. 9. numero* 4. Menoch. *consil.* 501. *lib.* 6. Caualc. *decis. 2. numero* 46. Ludouic. à Peguer. *decis.* 121. Mohedan. *decis.* 217. Ricc. *collect.* 837. Rota per Ludouisium *decisione* 286. *numero* 9. Giurba *decis. 1. num.* 15. Mastrill. *decis.* 172. *&* 114. *num.* 24. Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. parte* 5. §.

5. ff. 9. *num.*22. Caruall. *p.* 2. *num.* 389. *verfic. ab hac tamen receptiſſima reſolutione.*

Ex quibus omnibus alij negant, alij verò affirmant, nonnulli denique huic diſtinctioni acquieſcunt, dicentes quòd ſi ſuper rebus maioratus contentio eſt, & ſententia profertur quòd res prædictæ vel ſunt liberæ, vel reſtitutioni ſubiectæ. Hæc ſententia omnibus ſucceſſoribus præiudicium generat, tanquam prædio (vt vulgò circunfertur) data: at verò ſi lis vertitur circa vocationem, & prælationem ſucceſſionis in maioratu, ſententiam ſuper hoc interpoſitam ſucceſſoribus nō nocere, poſt Bald. & Andr. de Iſern. probant, Dec. teſtans de communi *conſ.*445. *num.* 24. *cum ſequentibus*, *lib.* 2. Burg. de Paz *dict. conſ.* 14. *num.* 69. Iacob. Menoch. *dict. conſ.lio* 501. *lib.* 6. Matth. de Afflict. *deciſ.* 345. *numero* 20. Graff. *deciſ.* 3. *de re iudic.* Statil. Pacific. *tract. de Saluian. interdict. cap.* 1. *inſpectione* 4. *num.* 134. Valenz. Velaz. *conſil.* 60. *ex num.* 26. vbi diſtinguit, an quis iure hæreditario ſuccedat, an iure ſanguinis, prout eſt ſucceſſio maioratus.

Cæterùm quidquid prædicti in cōtrarium ſentiant, auctoris ſententia longè verior eſt, ac in praxi recepta, & hanc partem ſuſtinent Mier. 4. *parte quæſt.* 14. *à num.* 2. vbi *num.* 7. concludit P. Molin. *tom.* 2. *de iuſt. & iure, diſp.* 647. *ex num.* 2. D. Ioan. del Caſtill. *controu. tom.* 5. *cap.* 157. *per totum*, ſaltim *num.* 16. & 20. Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 61. *num.* 1. & 622. vbi ex *numero* 1. in fideicommiſſis, & ex *numero* 8. in Hiſpanorum primogeniis idem comprobat, proſequitur Paz *tract. de tenut. cap.* 43. *ex num.* 1. & in ſententia confirmatoria fideicommiſſi obſeruat Rot. *deciſione* 384. *numero* 8. *p.* 2. *in nouiſſ. reſolut.* per Farinac. quæ ſicut ſucceſſoribus nocet, ita etiam econuerſo eis prodeſt, Mier. *dict. quæſt.* 14. *numero* 17. qui *numero* 15. quærit de ſententia ſuper iactatione lata iuxta textum *in l. diffamari, C. de ingen. & man. & num.* 60. *de ſententia arbitrorum.*

Et à regula prædicta in iudicando & conſulendo nūquam recedas, quam in forenſibus controuerſiis non ſemel receptam vidimus, tum quia regulis iuris magis adæquatur, quibus ad hoc vt ſententia noceat, tria debent copulatiuè ac complexiuè concurrere, videlicet identitas cauſæ, identitas rei, & identitas perſonæ, ex *l. & an eadem, & l. ſi quis cùm totum. ff. de except. rei iudicat.* Socin. *conſil.* 8. *numer.* 44. & *conſil.* 99. *numer.* 4. *lib.* 1. Rebuf. *titul. de except. num.* 505. *cum ſeqq.* Petr. Surd. *conſil.* 312. *ex numer.* 1. *lib.* 3. Ioan. Franciſc. de Pont. *conſilio* 90. *ex numero* 10. quæ omnia fateri neceſſe eſt in ſucceſſore maioratus cōcurrere; cùm etiam, quia ſi prædicta ſententia ſequentibus non noceret, lites in infinitum protenderentur, cum magna Reipublicæ labe, ac publico diſpēdio, vt obſeruant Mier. *loco ſuprà citato*, poſt auct. *infrà n.* 6. *in fin.*

Quæ receptior concluſio primò limitatur, quando ſententia eſſet colluſoriè, & cum fraude lata, quia detecta fraude & colluſione non noceret ſucceſſori, prout erit oſtenſum *ex num.* 7. *cum ſeqq.* 3.

Secūdò limitatur, quando agebatur de inhabilitate ac illegitimitate perſonæ, Paz *tract. de tenut. dict. cap.* 43. præſertim *numer.* 6. & 9. Vincent. Fuſar. *de ſubſt. dict. quæſt.* 621. *numer* 2. & 622. *n.* 17.

Tertiò limitatur, quando grauatus erat pupillus, qui cauſam defendere non poterat, Vincent. Fuſar. *dict. quæſt.* 621. *numero* 4. & *quæſtione* 622. *numer.* 18. Regens Valenz. *conſilio* 60. *numer.* 46. *cum ſeqq.*

Quartò limitatur in ſententia incidenter lata, cùm principaliter de alio puncto ageretur, quia ſententia quæ aliàs poteſt tertio nocere, nequaquam nocet,

nocet, nisi in his, in quibus agitur principaliter & de per se, non verò incidenter & propter aliud. Vincent. Fusar. *de subst. dict. quaest. 622. num. 31. & 32.* Barth. *in l. saepe, quaest. 1. numer. 3. & 26.* Alex. *num. 76. & 81. ff. de re iudic.* & alios referens Surd. *consil. 189. numer. 42. & numer. 44.* Menoch. *consil. 424. numer. 26. versiculo septimo & vltimo*, & meliùs ipse Menoch. *consil. 904. num. 69.* super successione domus ac ducatus de Cardona.

Et hinc est quòd etsi vsufructuarius potest in iudicio deducere proprietatem ad hoc quòd in vsufructu obtineat, ex adductis à Mastrill. *decis. 146. num. 14.* Pet. Surd. *consil. 162. num. 14.* D. Ioan. del Castill. *in tract. de vsufruct. cap. 20. num. 11.* adhuc sententia lata aduersùs vsufructuarium non praeiudicat domino proprietatis, eo quòd de proprietate incidenter cognitum fuit, vt tradit Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. num. 68.* Caualc. *de vsufruct. numer. 125.* D. Ioann. del Castill. *dict. tract. lib. 1. cap. 34. num. 6.* Rota per Achil. de Grass. *decis. 220. aliàs 8. de sent. & re iud.*

Vnde succedit alia potissima conclusio, nempe quòd si super te principali incidenter pronuntiatur, eo quòd iudex qui de causa cognoscit, directè & principaliter de ea cognoscere non potest, nequaquam exceptio rei iudicatae obest, vt tradit optimè Paul. *in l. 1. num. 7. C. de ordin. iudic.* quem sequitur Ioann. Garc. *de nobilitate glossa 1. num. 20. ad fin.* Cardin. Tusc. *tom. 7. conclusione 177. numer. 41.* vbi testatur ita consuluisse Antonium de Chochis insignem Aduocatum Florentinum, idque clarissimè docet Bartol *in l. Titia, num. 5 ff. solut. matrim.* Quod procedit tam ex defectu potestatis, quàm ex defectu voluntatis, quia non praesumitur iudicem velle quod non potest facere, & sententia intelligitur eo modo, vt potestati iudicis congruat, & valida sit glossa *in l. & puto, verbo non communicari, ff. famil. ercisc.* vbi *numer. 1.* Alex. *in l. 1. §. si quis ita, numero 27. ff. de verb. obligat.* Socin. *in l. miles. §. decem, numero 6. ff. de re iudicat.*

Quintò limitatur, quando sententia est iniusta, quo casu successoribus non nocet. Bald. *in l. 1. C. ad leg. Cornel. de fals. num. 1.* Paul. *consil. 289. num. 4. lib. 1.* Dec. *consilio 445. numer. 41.* Socin. *consil. 81. num. 98. lib. 2.* Crauett. *consil. 622. numer. 5. lib. 4.* Menoch. *dict. consilio 501. numer. 7. & consil. 904. numer. 68.* Vincent. Fusar. *dict. quaest. 622. numer. 30.* vbi hanc opinionem aequissimam esse fatetur.

Sextò limitatur, quando sententia fuisset lata aduersùs possessorem maioratus, propter eius propriam confessionem, quia haec confessio sicuti tertio non nocet, pariter etiam sententia exinde nocere non potest, prout ex Pinel. Menoch Peregrin. & Mier. tenet Fusar. *vbi suprà numero 27.* & in causa nobilitatis quòd confessio patris non noceat filio, vel eius successoribus, tenet Mier. *dict. quaest. 14. num. 9.* quem & alios adducit Regens Valenzuela *cons. 90. ex num. 94.*

Septimò limitatur, quando sententia lata est cum non legitimo possessore maioratus, ex auct. *suprà num. 11.* vbi ostensum erit.

Num. 4.

Vide auctores citatos *suprà num 3.* saltim P. Molin. *dicta disput. 647. num. 2.* Valenz. *consilio 60. num. 54.* vbi limitat Castill. *tom. 5. cap. 157. ex num. 11.*

Num. 5.

His adde Mier. *dict quaest. 14. numero 17. & 31.* Stephan. Gratian. *tom. 2. discept. forens. cap. 287 numero 9. & tom. 5. cap. 869. num. 16.* D. Francisc. Sarmiēt. *in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, numero 4. ff. de legat. 2.* Peguer. *decis. 121.*

*num.*3. Vincent. Fusar.*quæst.*621.*num.*1. & quòd non noceat sententia quibus acta non nocent, probat Valenz. Velazq.*cons.* 60.*num.*45.*&* 46.Castill.*tom.* 5.*cap.* 157. *num.*22.

Num. 6.

EX superioribus deducitur præsens conclusio, videlicet quòd instãtia cœpta cũ maioratus possessore transit in sequentes successores, itavt non debeat sic denuò cum ipsis inchoari, vt post auctorem tenent P. Molin. *dict. disput.*647. *num.*2. *prope finem*, de qua re vide Valenz.*cons.*60. *ex numer.* 6. *cum pluribus sequentibus*, & pluribus adductis Vincent.Fusar. *de subst. quæst.*620. *ex num.* 1. vbi *num.* 2. ampliat in fisco, ex Bald. Angel. & Intrigliol. quos citat,quam ampliationem exornant Peregrin. *lib.*7. *de iure fisci tit.*1. Alfar.*tract. de officio fiscal.gloss.*16. *à num.*21. Mart.*de iurisdictione parte* 4. *casu* 34. *num.* 15. *&* 16. Farinac. *fragment. parte* 1.*lit.l. à numero* 180. *& num.* 184. quando agit contra debitorem debitoris, & *num.* 185. quando non tenetur stare iudicio cœpto quando succeßit priuato, latè Barbos.*in l. si constante* 35. *§ fin. ex numero* 15. *ff. solut.matrim.*

Hæc auctoris sententia quæ in iure (etsi nonnulli contrarium tentarunt) receptior est, ampliatur in instantia actiua, quæ in successorem maioratus transit, sicut passiuè in eum omnis instantia transire debet, Caued. *decis.*198. *num.* 4. *parte* 1. Peregrin. *artic.* 58. *num.* 18. vbi ait esse valde vtile, quòd instãtia actiuè transeat in successorem, propter expensas, fructus & acceßiones, D. Ioan. Mier. *dicta quæst.* 14. *num.* 3. *& in noua additione num.* 13. vbi refert decisum, D. Ioann.del Castill.*lib.*2. *controu. cap.*9. Don Franciſc.de Leon *decis. Valent.*136. *tom* 2. *num.*9. *versic. sed his non obstantibus*. Miramur sanè hunc virum doctißimum, qui in hisce maioratuum controuersiis præ cæteris clāruit, hunc articulum, scilicet an instantia actiuè in successorem maioratus transeat, non attigisse.

Limitatur primò, quando possessor maioratus cum aduersario colludit, ex Fusar. *vbi suprà, num.*4. optimè probat Regens Valenz. *dicto consil.* 60. *ex num.* 61. subdens hanc auctoris sententiam restringendam esse, quotiescunque prædecessor non se bene habuit in adducendis defensionibus, de qua re *infrà num.* 7. dicemus.

Limitatur secundò, vt hęc instantia non transeat in procuratorem defuncti, ex *clementina fin. de procurat.* cuius decisio procedit etiam in ciuilibus profanis, vt refert decisũ Ioan. Thom. Minadoy *decis. Neapolit.* 35. Marin. Frecc. *de subfeud. lib.* 3. *cap.* 15. *folio* 446. vbi loquitur in feudis ex pacto & prouidentia, & in eisdem terminis Alex. Trentazinq. *lib.*2. *variarum, tit. de procurat. resolut.*4. *num.* 16.

Cæterùm in hoc eodem numero subiungit auct. quòd ad hoc, quòd instantia in sequentem successorem pertranseat, sufficit vel sola citatio, vel simplex libelli oblatio, ex Bald. & Angel. quos citat, quem simpliciter refert P. Molin. *d.disp.*647.*num.* 4. *in fine*. Sed prædicti auctores, si attentè legantur, id non referunt. Vera itaque in hac materia resolutio est, quòd aduersùs hæredem transit instantia, si præceßit citatio contra defunctum, & aduersùs successorem maioratus, ita etiam si litis contestatio præceßit. Barb. *in l. hæres absens, in principio, ff. de iudic. numero* 23 24. *&* 25. de qua re vide Couarr. *pract. cap.* 8. *num.*3. *&* 4. Carol.de Grass. *tract. de effectu clericat. effect.*1. *ex num.* 282. *pag. mihi* 148. vbi quid si successor est diuersi fori.

Num.

Num. 7. 8. 9. & 10.

SVperiora procedunt, si à maioratus possessore bona fide lis prosequitur, cæterùm si dolo, fraude, negligentia, aut collusione id fiat, successoribus non nocet, vt *suprà num.* 2. & *infrà cap.* 9. *numer.* 9. Castill. *tom.* 5. *cap.* 157. *numero* 22. 26. & 27. P. Molin. *dict. disput.* 647. *num.* 5. Marc. Anton Peregr. *de fideic. artic.* 53. *num.* 57. 58. & 59. Valenz Velazq. *conf.* 60. *ex num.* 64. *cum pluribus sequentibus*, Vincent. Fusar. *de substit. quæst* 622. *num.* 13. vbi *numer.* 14. subiungit, quòd collusio præsumirur eo ipso, quòd grauatus hæres non curabit iura sua deducere, & *numer.* 15. quod probatur eo ipso quòd non appellauit, vel reductionem non petiit ad arbitrium boni viri, quando sumus in laudo, vt per auctorem in præsenti *num.* 10. de quo etiam Peregrinus *dict. artic.* 53. *num.* 39. Cald. Pereir. *quæst.* 23. *num.* 84. Mier. *dict. quæst.* 14. *parte* 4. *num.* 136. P. Molin. *vbi suprà*, Iacob. Menoch. *dict. conf.* 5001. *numer.* 8. Mastrill. *decis.* 17. *ex num.* 17. Burg. de Paz *consil.* 1. *num.* 103. & idem in supplicatione repetit auct. *in calce huius operis num.* 18. P. Molin. *de quo proximè*, D. Ioan. del Castill. *controu.*... Carol. de Tapia *decis.* 6. supremi Italiæ Senatus *num.* 16. nouissimè Peres de Lara *tract. de vit. hom. cap.* 20. *ex num.* 55. subiungens quòd omnes, quibus etiam in consequentiam sententia nocet, possunt appellare, & quòd tempus à die sententiæ currit, & quòd tempora elapsa contra possessorem maioratus non nocent successori, sequitur Valenz. Velazq. *dict. conf.* 60. *num.* 65. Denique probata fraude, aut collusione, sententia etiam non nocebit ipsi, contra quem lata est, vt obseruant post auct. *hic num.* 8 & 9. P. Molin. *vbi suprà*, Peres de Lara *dict. cap.* 20. *num.* 55. & 56.

Num. 11.

HIs adde P. Molin. de quo *suprà numero* 6. Castill. *vbi infrà numero* 28. & ratio huius conclusionis est, quia eo euentu sententia cum legitimo cōtradictore non fertur, & legitimus contradictor possessor maioratus, non verò successor censeri debet, Couarr. *cap.* 13. *n.* 6. & ille qui habet ius de præsenti, Paz *de tenut. cap.* 43. *num.* 1. M. Ant. Peregrin. *dict. articulo* 53. *numer.* 45. & cui principaliter negotium tangit, ex auct. *hoc eodem cap. num.* 4.

CAPVT IX.

Num. 1.


Efert & sequitur Valenz. Velazq. *consilio* 11. *ex num.* 30.

Num. 2.

EX hoc *n. vsque ad numerum* 20. disputat auctor, an super rebus maioratus compromitti, aut transigi possit, & ex *numero* 7. resolutiuè tenet possessorem maioratus de his rebus transigere, aut compromittere non posse, idque verissimum est, & communis Doctorum praxis obseruat, de qua re vide Mier. 4. *parte de maiorat. quæstione* 22. *per tot.* Gam. *decisione* 151. vbi loquitur de trāsactione super re emphyteurica, & additio infert ad maioratum, testās de communi. M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicom. articulo* 52. *numero* 83. & quamuis in fideicommissis contrarium sentiat Fusar. *de subst. quæstione* 562. *ex num.* 3. in Hispanorum primogeniis ab hac opinione recedere esset durum, longè enim aliquando diuersa fideicommissa & Hispanorum primogenia sunt, vt compertum est *suprà lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *versic. ex quo*, & si aliquando conueniant

inter se plerumque, vel passim dissonant, vt per auct. *dict. lib. 1. cap. 14. num. 12. & cap. 6. numer. 20. hoc eodem lib.*

Hæc receptior sententia ampliatur primò, vt non habeat locum transactio, etiam re apud possessorem maioratus dimissa, ex auctore *infrà ex numero 22. vsque ad n. 28.* vbi erit ostensum.

Ampliatur secundò, etiam in casu statuti iubentis lites compromitti, vt *infrà num. 29.*

Ampliatur tertiò, quòd hæc transactio ex præcepto, vel sententia iudicis non valeat in rebus maioratus, vt *infrà num. 29.*

Ampliatur quartò, etiamsi in compromisso, vel transactione consentiant omnes, quorum fauore alienatio prohibita est, vt *infrà num. 31.*

Limitatur vt compromissum, vel trãsactio super rebus maioratus Regia facultate præcedente valeat, ex adductis *infrà num. 20.*

Num. 20.

PRaxis communis obseruat, quòd transactio super rebus maioratus publica & iusta subsistente causa, Regiáque facultate præcedente valet, vt post auct. probant Mier. 4 *part. quæst. 22. n. 5.* Cald. Pereir. *lib. 1. recept. sentent. cap. 23. numero 117* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. numero 88. & 89.* Caued. *decisione 2. numer. 3. & decision. 77. numer. 8. & 9. part. 2.* P. Molin. *de iust. & iure, 3. tom. disputatione 597. num. 2.* Ioann. Bapt. Cost. qui plura congerit *consilio 3. num. 12.* ídque à Principe fieri posse ex Doctoribus nemo ambigit, cùm is ex iusta causa ius alteri quæsitum tollere potest, vt *suprà lib. 1. cap. 8. numer. 29.* & *hoc eodem lib. cap. 3. in princip. à numero 61.* ostensum est. Cæterùm, an de causis compromissi, seu transactionis credendum sit Principi, vide Dec. *consil. 341. colum. 2. & 3. numero 5.* Natt. *consil. 160. numero 17 lib. 1.* Bartol. *in l. conficiuntur, numero 3. ff. de iure codicil.* In materia vera resolutio est quòd omnino Principi sit credendum. Tum quia in Principe causa præsumitur. gloss. *in l. relegati. ff. de pœnis, verbo ex aliqua causa. cap. cùm à nobis, in fine, de testibus,* Cinus *in l. rescripta, numero 7. C. de precibus Imperat offerend.* & *ibi* Bald. *num.* 10. prosequitur Menoch. *lib. 2. præsumptione 10.* Rodolphin. *de potest. Princip. cap. 6. numer. 203.* cùm etiam Principi de proprio facto asserenti proculdubio credendum est, adeò vt probatio in contrarium non admittatur, *clementina 1. de probat.* vbi glos. *verb. fecisse narramus*, vbi Anchar. *numero 1.* Immol. *numer. 5* & cęteri communiter. Anton. Gabr. *lib. 1. commun. titulo de probat. conclusione 2. numer. 1.* Mascard. *conclusione 1228. numer.* 53. Menoch. *consil. 100. numero 23.* ídque probatur ex eo quod tradit Paul. *in l. cùm hi. § si Prætor, n. 2. ff. de transact.* dicens quòd sufficit quod iudex in decreto super transactione dicat, causa cognita, licèt non exprimat particularia, & si hoc sufficit in iudice, multo magis debet sufficere in Principe, vt argumentatur Decius *cons. 341. numer.* 4. Natt. *cons. 160. num. 17. lib. 1.*

Quod absque dubio procedit in antiquis, ex Alex. *consil. 6. num. 6. lib. 1.* Dec. *consil. 146 numer. 14. versicul. quintò prædict. conclusio*, &, alios referens, Menoch. *lib. 2. præsumptione 10. numer. 64.* Mascard. *d. conclusione 1228. numer. 118.* Nicol. Ienua *in tract. de verbis enunciatoriis lib. 2. quæst. 14. numero 20. & 21.*

Num. 22. vsque ad 28.

HIs adde Mier. 4. *parte quæst. 22. num. 95.* Cald. Pereir. *lib. 1. recept. quæst. 23. numero 114.* P. Molin. *disputatione 557. tom. 2.* Henric. Rosent. *de feud. cap. 9. conclusione 22.* Argent. *ad consuetudinem Fontan. titulo pro transactione*, & latè Cæsar Manent. *cons. 102.* Petr. Surd. *consilio 801. lib.*

lib. 4. Rodoan. *de rebus eccles. cap.* 1. *quæst.* 2. *numer.* 1. & de materia textus *in l. si profundo. C. de transact.* Vltra delatos vide Iacob. Canc. *lib.* 3. *variarum cap.* 15. *à numero* 207. Morl. *in empor. iuris, titulo* 4. *de transactione parte* 1. *quæstione* 3. *folio* 211. Caued. *decisione* 2. *num.* 3. *& decisione* 77. *num.* 8. *parte* 2. Vincent. Fusar. *de subst. quæst.* 563. *num.* 8. Menoch. *consil.* 1236. *num.* 1. 2. *&* 3. Surd. *consil.* 418. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 3.

Bald. *hîc* præcitatus accipi debet, quando percipitur aliquid extrinsecum, puta pars ipsius fundi, quia quod retinetur, non dicitur nouo titulo adquiri. *l. si pro fundo. C. de transact.* Intrigl. *de feud. cent.* 2. *articulo* 5. *numer.* 126. *cum duobus sequentibus.* Gratian. *tom.* 3. *cap.* 476. *numer.* 14. Isern. *in cap.* 1. *de feud.*

Alciat. *sub num.* 4. Afflict. *sub num.* 15. *versiculo extra glossam opponunt.* Valzan. *sub num.* 11. *versiculo an autem.* Ita adquisitum ex causa præsentationis occasione rei maioratus, ipsi maioratui adquiritur, ex adductis *sup. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. *titulo* 8. & eadem ratione adquisita titulo transactionis per actum tenetur successoribus in maioratu restituere. Mier. 4. *parte quæstione* 22. *num.* 93. *in editione.* Perez *articulo* 6. *numer.* 40. Canz. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 209. *& sequentibus.* Fusar. *quæst.* 642. Marisc. *lib.* 2. *cap.* 17.

In qua quæstione vera resolutio est quòd successor in maioratu ad solutionem pecuniæ, quam possessor transigendo pro re penes se dimissa promisit, compelli non debet, vt in specie post auct. obseruat Mier. *dict. quæst.* 22. *ante num.* 61. vbi *numero* 63. possessoribus maioratuum consulit, vt protestentur tempore solutionis, quòd animo repetendi ac ea lege pecuniam præstant, (prout concludit auct. *vbi numero* 25. *in fine*) quo casu successores teneri affirmat, de qua re vide Gratian. *discept. forens. cap.* 476. *num.* 15. addit ad Ludouis. *decisione* 418. *numer.* 16. vbi auctorem refert. Idem praxis admittit in redemtione census à possessore maioratus facta; quia ad hoc vt ipse maioratus teneatur, vel eius successor, in primis scire oportet quo pacto, vel qua lege à possessore redemptio facta est, auct. *ibidem suprà lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 25. *& cap.* 26. *num.* 10. quem in præsenti, *numer.* 26. *&* 27. etiam communiter sequuntur Stephan. Gratian. *tom.* 5. *discept. forens. cap.* 846. *à num.* 11. vbi subdit à prædicta opinione recedendum non esse, & in fideicommissis & feudis litigiosis Cameræ Apostolicæ ita decisum refert Marquesan *de commiss. tom.* 1. *folio* 1109. Addit. ad decisiones Ludouisij *decis.* 418. *num.* 17.

Num. 28.

AB hac sententia recedit Fusar. pluribus in contrarium adductis, *dict. quæstione* 568. *numer.* 6. *&* 7.

Num. 29. *&* 30.

COmmuni suffragio id tenent, Fus. *dict. quæstione* 563. *numero* 5. & pluribus exornat Mier. 4. *part. quæstione* 22. *numer.* 20. & de causis quæ Principem, vel Iudicem mouere possunt, vide Petrum Surd. *consil.* 203. *numero* 26. *volum.* 2. Mandel. *consil.* 185. *numer.* 17. *vol.* 1. Afflict. *decis.* 361. *ex numer.* 4. Peregr. *consil.* 5. *num.* 54. *volum.* 1. Belug. *in specul. Principis rub.* 27. §. *miles, numero* 48. Tandem auctoris sententiam in fori praxi receptam vidimus, sed hoc ita, si Princeps ad transigendum, vel compromittendum partes coegisset, nam regia facultate id effici posse compertum est, de qua re vide auct. *sup. num.* 20. *&* 21. vbi diximus.

Num. 31.

IN Hispanorum primogeniis hæc sententia verior est, & receptior,

 quid

quidquid in contrarium malè sentiat Fusar. *dict. quæstione* 563. *numer*. 4. vbi perperam auctorem refert, quia cùm maioratus natura perpetua sit, ex adductis *sup. lib. 1. cap. 6. num... & lib. 3. cap. 5. numer...* & acceptatione primi vocati sequentibus ius quæratur, provt ex *cap. 2. hoc eodem lib. ex n.* 73. ostensum fuit, quamuis præsentes consensũ præstent, sequentes verò ea transactione non adstringantur, & ita praxis admittit.

Num. 32. & 33.

COmmuniter id tenent Peregr. *de fideic. articul.* 52. *numero* 39. *versic. quod Principis rescriptum*. Vincent. Fusar. *de subst. quæstione* 562. *numero* 11. & 12. quorum sententiam probamus: nam etsi verum sit quòd auctoritas regia omnem suspicionem metus, & fraudis excludat. *l.* 1. *C. de his qui per metum iudic.* cum adduct. à Plat. *in l. si quæ hæreditatis. C. de vendend. rebus ciuit. lib.* 11. *numero* 2. Crauet. *consilio* 253. *num.* 8. *in fine lib.* 2. Roland. *consil.* 83. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 508. *num.* 26. qui loquitur in transactione: attamen auctoritas Principis solùm efficit vt valeat actus, qui aliàs, absque eius auctoritate non valeret; verùm ex hoc remedium rescissorium non excludit, vt auctor asserit, & fori communis praxis obseruat.

Regula est quòd omnes exceptiones, quæ possunt opponi aduersùs contractum, eodem modo etiam post impetratum assensum possunt allegari. Nouar. *lib.* 1. *forens. quæstione* 38. *numero* 12. *versiculo nec obstat*. Latata *consil.* 43. *num.* 3. Peregr. *articul.* 51. *numero* 89. Manent. *decisione* 7. *n.* 50. *vsque ad finem* Montan. *in cap. imperialem, in principio, numero* 53. *fol.* 37. fusè, & communis fori praxis obseruat, quia auctoritas Regis non immutat naturam, & qualitatem contractus, nec efficere potest, quòd contractus metu ac dolo inter partes celebratus inefficax non reddatur, Princeps namque naturam approbat huiusmodi contractus, saluo iure partium, quarum voluntatem sequitur Isernia *in cap. imperialem, de prohibita feudorum alienatione per Federicum, numero* 11. & *ibi* Camerar. *fol.* 79. *col.* 4. Idem Isern. *in cap.* 1. *quis success. ten. num.* 6. Paris de Put. *de re integra feudali. cap.* 267. Freccia *lib.* 2. *quæstione* 29. *numero* 3. Contard. *in l. vnica. C. si de momentanea, limitatione* 258. *num.* 47. Franchis *decisione* 540. *numero* 9. & 10. Valasc. *de partit. cap.* 13. *num.* 70. Nouarr. *quæstione* 38. Latata, & Manent. *vbi sup.* Et ex hoc sequitur quòd non obligantur contrahentes ex eo assensu, sine eorum consensu. Franchis *vbi proximè*. Ricc. *in praxi* 1. *part. decis.* 55.

Hæc recepta sententia limitatur primò, quando huiusmodi transactio per plures annos obseruata est, vt *infrà num.* 37. ostensum erit.

Limitatur secundò, quando Princeps adhibita plena cognitione causæ, & ex certa scientia talem transactionem confirmat, vt post Archidiac. & Ioann. Andr. *in cap.* 1. *de pact. in* 6. *numer.* 3. *sub verbo derogata*. tradit Alex. *consil.* 240. *numero* 10. *lib.* 6. Afflict. *decisione* 403. *num.* 9. & *in cap. quæ sint regalia. numero* 20. Crauet. *consilio* 5. *numero* 2. & *cons.* 253. *numero* 8. Cephal. *consil.* 77. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 1. *numer.* 355. Peregr. *consil.* 102. *numer.* 41. *lib.* 4. Ludolphus Schrader. *consil.* 1. *numer.* 416. *versiculo attamen præcedens opinio, & num.* 463. *versiculo præterea, lib.* 1.

Limitatur tertiò, vbi Princeps vtitur clausula, *de plenitudine potestatis*, quæ efficit vt actus per Principem gestus in dubio reuocari non possit, vt pluribus relatis tenent, Petr. *de potest. Principis cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 4. Peregrin. *de fideicom. articulo* 52. *num.* 121.

Limitatur quartò, vbi adest clausula, supplens omnes defectus, cuius virtute quælibet nullitas aboletur, & apparet

paret ex ea ipsum Principem suprema potestate vti voluisse, adeò constanter & præcisè, vt nullatenus dispositioni contrauenire liceat, vt per Abb. *consil.* 62. *num.* 4. *lib.* 1. Alex. *consil.* 92. *num.* 30. *cum seqq. lib.* 6. Grammat. *consil. ciuil.* 100. *num.* 43. optimè Angel. *consil.* 368. *n.* 3. *versic.* 6. *idem Dominus Imperator.*

Limitatur quintò, quando transactio est geminata, & Princeps eam confirmat, quo casu nullæ rescissioni subiacet, vt responderunt Dec. *consil.* 181. *vol.* 1. quem refert & sequitur Menoch. *consil.* 1111. *num.* 61.

Limitatur sextò, quando scienter cessioni quis renunciauit, & auctoritas Principis intercessit, ex Menoch. de quo *proximè num.* 62.

Num. 34. vsque ad 37.

Contentio apud Pragmaticos non leuis est, vtrùm enormissima læsio aduersùs transactionem possit opponi, de qua re in præsenti actum est, & partem negatiuam probant, Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 102. Andr. Gail. *lib.* 2. *obseruatione* 70. *numero* 9. *cum seqq.* vbi affirmat, hanc opinionem tanquam veriorem, placuisse Cameræ Imperiali, eleganter Anton. Faber omnino videndus *de error. pragmat. decad.* 8. *dub.* 9. *errore* 10. *tom.* 1. *folio nobis* 185. Lanzel. *de attentat.* 2. *parte cap.* 10. *limitatione* 9. *numero* 4. Fontan. *tract. de pactis nupt. clauf.* 4. *gloss.* 9. *parte* 5. *num.* 199 & 200. Morl. *in emporio iuris parte* 1. *numero* 4. *quæst.* 2. *numero* 12. & 13. pulchrè Menoch. *consil.* 401. *num.* 157. vbi plusquam sexaginta Doctores congessit, asseuerantes prætextu læsionis enormissimę transactionem rescindi non posse, & repetit *consil.* 1111. *numero* 73. Gut. *lib.* 2. *pract. quæst.* 141. *num.* 4.

Alij sentiunt quòd habito respectu ad dubium litis euentum, & actionis valorem, hoc iudicium rescissorium debet admitti, & præter adductos *hic numero* 35. *versic. respectu tamen*, vide Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 9. *numero* 41. Rota per Farinac. *decis.* 539. *numero* 2. & *decis.* 629. *numero* 6. & 7. *parte* 1. *in nouissimis*, & *decis.* 461. *numer.* 7. & *decisione* 715. *num.* 2. & 3. *parte* 2. latissimè Fontan. *de pact. nupt. clauf.* 4. *gloss* 9. *parte* 5. *n.* 202. *cum seqq.* Albens. *consil.* 310. *n.* 3. *cum seqq.*

Circa prædicta vera & recepta sententia est, quòd remedium *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* locum habet, quando adest læsio enormissima, habito respectu ad dubium litis euentum, seu ad actionis valorem, sic sentiunt ferè omnes *suprà* citati, & *infrà* referendi, & ab aliis hæc opinio vocatur communis, ab aliis verior, & ab aliis denique æquior, & tutior, & eandem amplexi sunt, Zeuall. *commun. lib.* 1. *quæst.* 72. *num.* 1. *versic. sed verius*, Gregor. sibi contrarius *in l. fin. tit.* 19. *partit.* 6. *verbo mas de la mitad del precio*, Ioan. Gut. 2. *parte quæst.* 141. *num.* 4. & *de iuramento confirmatorio* 3. *parte cap.* 2. *num* 24. P. Molin. *de iust. & iure disput.* 556. *num.* 20. Petr. Surd. *consil.* 451. *numer.* 9. *vol.* 3. Vincent. de Franch. *decis.* 159. & refert decisum in Camera Imperiali Mynsinger *obseruatione* 33. *centur.* 1. & in Senatu Cathaloniæ Ludouic. Peguer. *decis.* 167. & iterum decisum dicit Fontan. *tract. de pact. nupt. tom.* 1. *clausula* 4. *glos.* 9. *parte* 5. *ex num.* 199. & *numero* 203. respondit ad textum *in l. Lucius* § *fin. ff. ad Trebell.* & *num.* 204. respondit etiam ad id quod dicitur de impossibilitate probationis circa dubium euentum, Val. Velazq. *consil.* 88. *ex n.* 2. Ioseph Ram. *consil.* 62. *n.* 32. & ex Petra & Peregrin. remissiuè Vinc. Fusar. *de subst. dict. q.* 562. *n.* 4. And. Fachin. latiùs *lib.* 2. *controu. c.* 26. *per totum*, Rot. per Farinac. *decis.* 461. *num.* 7. *parte* 1. *in nouiss.* optimè Mier. 4. *parte de maiorat. quæst.* 22. *numer.* 75. vbi plura alia adducit, & *num.* 78. de probatione dubij

dubij euentus,& *numero* 84.an requiratur scientia scripturæ fundationis maioratus, & *num.* 97. ampliat, etiam si transactio sit iurata, quod etiam tenet Menoch. *conf.* 1111. *numer.* 75. *& seq.* qui suppresso auctore superiorem sententiam probat,*num.*85.*&* 86.

Ex sola verò læsione iuxta textum *in d.l.*2. transactionem nō rescindi, plusquam notissimum est, *l. fratris. C. de transact.* quia transactio est remedium finiendarum litium, provt res iudicata & iuramentum, *l.* 1. *&* 2. *ff. de iureiur.* & sententia & iuramentum, prætextu enormis læsionis non retractatur, *l. sub pretextu.C. de re iudicat. l. si quis maior. C. de transact.* & in specie id probant Peregrin. *dict. articulo* 52.*num.* 102. Zeuall *vbi suprà num.*3.*& quæstione* 171. *ex num.* 1. Menoch. *dict. consil.* 1111. *n.* 60. quorum sententiam fori communis praxis admittit, & in pacto & renuntiatione idem fatetur auct. *suprà lib.* 2.*cap.*3. *num.*18.

Hæc recepta conclusio, scilicet quòd enormissima læsio aduersùs transactionem opponi potest,ampliatur etiamsi agatur contra tertium, ex adductis à Menoch. *lib. de arbitrar. quæst.*71. *numero* 18. Thesaur. *decis.* 155. *numero* 6. *&* 7. Ioan.Mar. Nouar.*quæst. for. parte* 1. *quæst.* 140. *per totam.* quod ita verum est, nisi actio præscripta sit, ex adductis *infrà num. sequent.*

*Num.*37.*vsque ad* 39.

QVando huiusmodi transactio per plures annos obseruata est, omnis defectus purgatur, *cap. contingit, de transact.* Alciat. *consilio* 1.*numer.* 59.*vsque ad* 61. *lib.* 3. vbi ponderat obseruantiam transactionis per 20. annos, & confirmationem Carol. V. Imperatoris, & pluribus probat Decian. *resp.* 24. *num.* 107. *lib.* 1. Rota per Farinac. *decis.* 715. *numer.* 6. *ad finem*, *parte* 2. *in nouiss.* quia ex obseruantia subsecuta consensus, & ratificatio probatur. Socin. *cons.* 4. *numero* 22. *lib.* 3. Paul. Paris. *cons.* 60. *num.*10.*lib.* 1. Decian. *resp.* 41. *numero* 123. *lib.*2.

Et hinc est quòd actus qui metus causa aduersùs inferentem metum durat per annos 30.aduersùs tertium cum titulo & bona fide decem annis expirat,gloss.cont.Bart.& Bald.*cons.* 189. *lib.* 5. Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloss.* 10. *num.* 14. Vincent. de Ann. *sing.* 341. Alexand. Trentaz. *lib.*1. *variarum,tit. de his quæ vi, resolutione* 2. *num.* 6. Carol. de Graff. *except.num.* 81. Petr.Surd.*cons.*513. *num.*48. *lib.*4.quo casu ex ratione ab auct. perpensa hæc præscriptio omnibus successoribus præiudicat, ex adduct. à Mier. *de quo proximè num.* 59. & praxis admittit.

Num. 39.

EXceptio rei iudicatæ, transactionis,laudi,& his similium, impedit litis ingressum,& de illa ante litis contestationem agendum est, de qua si in initio causa non excipitur,censetur renuntiata, & cognoscitur ex integro de meritis, tanquam si in illa exceptio competeret. Cæsar Barz. *decisione* 154. *num.* 8. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancell. gloss.* 66. *num.* 29. vbi subdit quòd per istam patientiam censetur renuntiatum sententiæ, & rei iudicatæ. Decian. *in l. res iudicata. ff. de regulis iuris num.*4. Rota per Ludouic. *decisione* 317. *num.* 3. vbi addit alias Rotæ decisiones refert, & dicit non sufficere protestationem. Aret. *cons*73.Canz.*lib.*3. *variarum cap.* 17. *num.* 13. Rota per Farinac.*decisione*539.*numer.* 1.Mier.*vbi suprà numer.* 91.Menoch.*cons.* 1112.*numer.* 70. D. Ioann. Francisc. del Castill. *decisione* 124. *lib.* 2. Stephan. Gratian.*disceptat.cap.*445. Reg.Valenz. *consilio*88.*numero* 60.*&* 61.

Num.

Num. 40. usque ad 43.

